Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Praestantiora Opvscvla Illvstrationi Pacis Westphalicæ Inservientia

Fascicvlvs I.

Erfordii: Svmtibvs Jo. Mich. Hagii, MDCCLXXXVII.

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149

Band (Druck) Freier Zugang

~~XXXIX.VII.32~~
36. 9.
Jc - 1256

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1697302149/phys_0002
DFG

PRAESTANTIORA OPVSCVLA

ILLVSTRATIONI

PACIS WESTPHALICÆ

INSERVIENTIA.

FASCICVLVS I.



ERFORDII

SVMTIBVS JO. MICH. HAGII

M DCC LXXXVII.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0005

DFG

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0006
DFG

PRAEFATIO.

Inter omnes, quæ exstant, imperii Romano-Germanici leges & nominis celebritate & argumenti gravitate excellere *Pacem Westphalicam*, neminem, nisi ignarissimum, fugit. Quo factum est, ut non solum justis commentariis hanc *legem fundamentalem* illustrare, *actisque* ejus edendis verum ipsius sensum recludere, sed singula quoque ejusdem capita peculiaribus opusculis discutere studuerint viri eruditi. Hæc autem scripta minora, cum difficilius comparentur, & frustra sæpe quærantur a rerum harum studiosis: non ingratum fore duximus reipublicæ JCtorum, si

insigniora *opuscula*, *illustrationi Pacis Westphalicæ inservientia*, in fasciculos aliquot collecta, in publicum emittamus. Quodsi emtores inveniet primum hocce volumen, pergemus & reliquas non minoris pretii lucubrationes colligere, atque in calce totius operis indicem rerum præcipuarum subjungere. Vale ergo benevole lector & nostris conatibus fave.

SERIES

SERIES OPVSCVLORVM.

I. D. Francisci Jvsti Kortholti *schedion de Processu arresti in causis pacis Westphalicæ prohibito, Giſſæ* 1747.

II. Eivsdem *dissertatio de abusu doctrinæ, quod in causis pacis Westphalicæ exsecutio citra processum locum habeat; defensa Giſſæ* 1750.

III. Eivsdem *commentatio de expunctis in pace Westphalica, ad illustrandum Art. IV. Sect. I. instrumenti pacis Osnabrugensis Giſſ.* 1751.

IV. Pavl Wilhelm. Schmidii *diss. controversiæ quasdam circa recessum exsecutionis ann. MDCXLIX. Norimbergæ conclusum exponens ejusque convenientiam cum ipso instrumento Pacis Westphal. vindicans, defensa Jen.* 1758.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0009
DFG

V. GODOFR. DAN. HOFFMANNI *diss. qua commentationem ad verba J. P. O. Art. V. §. XVI.* (48.) ET INTRA TERMINOS CVIVSQVE IVS DIOECESANVM ET IVRISDICTIO ECCLESIASTICA SE CONTINEAT. *Tübing.* 1777.

VI. EIVSDEM *commentatio juris publici ecclesiastici de die decretorio Kalendis Januarii anni MDCXXIV. omnique ex pace Westphalica restitutione. Tübing.* 1750.

OPVSC.

OPVSC. I.

D. FRANCISCI IVSTI KORTHOLTI,

SCHEDION

DE

PROCESSV ARRESTI

IN CAVSSIS

PACIS WESTPHALICAE

PROHIBITO.

SVMMARIA DISSERTATIONIS.

§. 1. *Instituti ratio.*
§. 2. *Definitio arresti iudicialis.*
§. 3. *Eius divisio.*
§. 4. 5. *Processus arresti fundamentum.*
§. 6. *Transitus ad causas P. W.*
§. 7. *Restitutio ex capite amnestiæ.*
§. 8. *Restitutio ex capite gravaminum.*
§. 9. *Distinctionis inter caput amnestiae & gravaminum fundamentum.*
§. 10. *Differentia quoad effectum.*
§. 11. *Restitutio, quae aliunde fieri dicitur.*
§. 12. *Vberior explicatio.*
§. 13. *Aliunde restituendi vel sunt nominati in pace,*
§. 14. *Vel non nominati.*
§. 15. *Acta circa executionem pacis eiusque adsecurationem.*
§. 16. *In pacis tractatione.*
§. 17. *Arctior modus exequendi.*
§. 18. *Recessus executionis praeliminaris.*
§. 19. *Recessus executionis principalis.*

§. 20. *Quaedam de executione P. W. axiomata.*
§. 21. *In cunctis P. W. cauſis Imperatorem adire licet.*
§. 22. *Subiectionis realis nulla in cauſis P. W. habetur ratio.*
§. 23. *Dominus territorii non poteſt eſſe iudex in cauſa propria.*
§. 24. *Proceſſus arreſti prohibitus* 1) *in cauſa principis propria.*
§. 25. 2) *Si ſtatus Imperii conveniatur ad reſtituenda bona mediata.*
§. 26. 3) *Si mediatus conveniatur, qui viciſſim vi P. W. rem controverſam ſibi adſcribit. In primis ſi ipſum litis obiectum arreſto conſtringatur. Vnicus caſus ubi proceſſus arreſti locum habere poſſit.*
§. 27. *Concluſio.*

§. I.

INSTITVTI RATIO.

Qvamuis a maioribus leges nulla alia de cauſa latae fuerint, niſi vt ciues incolumes conſeruarent; maximopere tamen eſt dolendum, vtiliſſima ſaepe inſtituta multis cauillationibus, multis diſputationibus & altercationibus anſam praebere, & nullam reperiri poſſe rem ita omnibus numeris abſolutam, quin varias ſecum trahat moleſtias & incommoda. Exempla non ſunt petenda e longinquo. Teſtem ſaltim aduoco illud innumerabilium hominum ſanguine euictum Germaniae noſtrae praeſidium, *pacem* nimirum *Weſtphalicam*. Equidem per eam, quae ad ſecuritatem publicae ſalutis facere videbantur, longis curis & vigiliis prouiſa & parata ſunt. Tantum vero abeſt, vt omnia hac ratione tuta & tranquilla ſint facta, vt ipſam illam pacem nouis ſubinde fraudibus, nouis calumniis materiam ſuppeditare videamus. Vnde non alia re magis tum imperii comitia, tum ſumma tribunalia quotidie perſonant, quam querelis de maligna & ſubdola pacis huius interpretatione. Quid? quod noſtra aetate, vt propoſitum, quemadmodum loquuntur, eo facilius obtineatur, *proceſſus arreſti* nouo exemplo cauſſis pacis Weſtphalicae applicari coepit, quo ipſo id agitur, vt quilibet iudex armis & potentia ſuffultus in propria cauſſa, quocunque demum libido tulerit, libere graſſari queat, atque hanc adhuc ex aperta iniquitate ſuo quaſi iure ſibi expetat gloriam, quod officii vices expleuerit, atque iuſtitiam parti, quam bonis omnibus exuit, plene perfecteque impertiuerit. Qua procedendi ratione cum, vt nemo non videt, omnis pacis Weſtphalicae

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0012
DFG

phalicae auctoritas non possit non perstringi penitus atque conuelli, operae pretium duximus, si quaestionem *de processu arresti in caussis pacis Westphalicae* paullo diligentius excuteremus, vbi initio quaedam *de processu arresti* summatim dicemus; quibus deinde, quae *de caussis pacis Westphalicae earumque exsecutione* pro instituti ratione dictu necessaria videbuntur, accedent; vnde denique quid in argumento nostro statuendum sit sua sponte consequetur.

§. II.

DEFINITIO ARRESTI IVDICIALIS.

Est autem arrestum iudiciale licitum *mandatum iudicis, quo ad instantiam partis persona vel res ex loco vel statu praesenti moueri ob iustam caussam prohibetur, donec certum quid fiat.*

* Conueniunt fere quae habent MEV. *de arrestis cap.* 1. *num.* 12. LYNCKER. *de eo, quod iustum est in arresto forensis cap.* 1. §. 2. PVFEND. *introduct. in processs. ciuil. pag.* 733.

§. III.

EIVS DIVISIO.

Imponitur arrestum iudiciale vel formandi iudicii, vel rei seu debiti seruandi caussa. *a*) Illud huius est loci, eiusque primarius effectus est, vt operetur *litispendentiam*, vnde celebris ille *processus arresti. b*)

a) MEV. *l. c. cap.* 2. *num.* 12.
b) MEV. *l. c. cap.* 14. §. 26. *sqq.* LYNCKER. *l. c. cap.* 3. §. 16. BRVNQVELL. *de processu arresti ad effectum sistendi.*

§. IV.

PROCESSVS ARRESTI FVNDAMENTVM.

Iudicem, qui arrestum decernit, debere esse competentem, nemo harum rerum intelligens serio negabit, cum iudex incompetens priuati loco habeatur, nec ipsi teneatur quisquam parere. *c*) De eo saltim disputant, vtrum competentia hoc loco aestimanda sit ex subiectione ordinaria seu ex iure communi, ita vt forum domicilii, contractus vel rei sitae iudici auctoritatem tribuat; an vero sufficiat potestas magistratus in eos eaue, quos quaeue sub iurisdictione sua

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0013
DFG

forte reperit, ita vt *ipsa deprehensione* ad arrestum imponendum fiat competens? *d*) Cui quidem argumento, quod nuper *Collega coniunctissimus, Dom. Prof.* BALSER excussit, *e*) ad praesens non immorabimur, sed sufficiat iam nobis, etiam eos, qui quemlibet magistratum, in cuius territorio res vel personae sistende inueniuntur, pro competente habent, rationem asserti vnice *ex fundata in territorio potestate* petere, quod res & bona intra fines territorii sita domino territorii subiiciantur & hinc iustitiae administratio, cuius promouendae caussa arresta comparata sint, vnicuique domino in territorio suo ius tribuat faciendi id, sine quo illa vel obtineri nequeat vel difficilior reddatur. *f*)

c) *t. t. C. Si a non competent.* MEV. *l. c. cap. 5. num. 9.*
d) FRICCIVS *de iurisdictione immediata summorum in imperio tribunalium non fundata ad decernenda mandata S. C. de relaxandis bonis immediatarum iudicialiter arrestatis* §. 50. LYNCKER. *l. c.* MEV. *l. c Dom.* HOMBERGK *de iustitia arresti a iudice rei sitae contra forensem decreti.*
e) in Programmate *de arresto illicito sine facti.*
f) FRICCIVS *l. c.* §. 50. *n.* 2. HOMBERGK *l. c. p.* 8.

§. V.

CONTINVATIO.

Maneant igitur haec in caussa, quibus omnino consequens est, vt in omnibus negotiis, in quibus exercitium superioritatis territorialis per leges imperii est suspensum, frustra auxilium petatur a processu arresti, cum subducto fundamento necessario corruat, quod ipsi est impositum. Neque quisquam hic aliquid obiiciet, nisi qui monstrosam de arbitrario iure territoriali, nullis prorsus conditionibus adstricto, ideam animo conceperit. Veneramur superioritatem territorialem tanquam liberam & supremam in territorio potestatem in sacris & profanis, quae neque a caesare, neque ab imperio, neque a quocunque alio impediri debet. *Ponunt tamen*, dicente TREVERO, *g*) *limites exercitio huius potestatis leges imperii. Continetur systema imperii Germanici pactis, quae status cum caesare & inter se mutuo consensu iniuerunt. Horum obligatio vniuersalis est, & duplici titulo adstringit status imperii ad obseruanda ea, de quibus inter ipsos conuenit: partim ex indole pactitia, qua paciscentes ad seruanda promissa tenentur; partim ex indole legis, cuius vim & auctoritatem respectu singu-*

singulorum statuum sustinent, dum his pactis norma agendi inesse intelligatur a superiore, nempe caesare & imperio, ciuibus praescripta.

g) In libello, cui titulus: *monstrum arbitrarii iuris territorialis* §. 4.

§. VI.

TRANSITVS AD CAVSSAS P. W.

His ita positis veniamus ad *pacem Westphalicam.* Varia eius sunt capita, quae SCHMAVSIVS *h*) & ex eo, additis nonnullis emendationibus, MOSERVS *i*) exhibent. Vnum e praecipuis est *satisfactio & restitutio laesorum*, cuius hic ratio habenda. Istius autem *restitutionis* cum tria commemorentur genera, quorum vnum ex capite *amnestiae, k*) alterum ex capite *grauaminum, l*) & denique tertium, vti verba pacis habent, *aliunde m*) fieri dicitur, de singulis breuiter videbimus.

h) *In historia Imperii p. 692. sqq.*
i) *In dem teutschen Staats-Recht Lib. I. cap. 19. §. 23.*
k) *Art. 2. sq. Instrum. Osnabrug.*
l) *Art. 5.* m) *Art. 5. §. 13.*

§. VII.

RESTITVTIO EX CAPITE AMNESTIAE.

Restitutio ex capite *amnestiae* pertinet ad eos, *quibus occasione Bohemiae Germaniaeue motuum, vel foederum hinc inde contractorum damnum fuit datum. n)* Notum enim est, bellum tricennale in Bohemia ortum, mox, postquam Ferdinandus Electorem Palatinum eiecisset, eumque cum foederatis & amicis proscriptione damnasset, ad vniuersum imperium circumlatum; tandemque protestantes, per edictum de reddendis bonis ecclesiasticis in extremo discrimine collocatos, ad arma sumenda, & Sueciae Regem belli socium & ducem habendum quasi coactos fuisse. *Quicquid igitur damni aut praeiudicii post exortum hoc bellum ab vna vel altera parte quocunque modo vel praetextu illatum est, tam quoad ditiones, quam quoad dignitates, iura & priuilegia, plenissima & generali amnestia sancita, restitutione reparari debet. o)*

n) *I. P. art. 3. §. 1.*
o) *I. P. l. c in fin.*

§. VIII.

RESTITVTIO EX CAPITE GRAVAMINVM.

Quod vero ad reſtitutionem, quae ex *capite grauaminum* dicitur, attinet, conſtat, *grauamina illa* ſeu *querelas*, quae inter vtriusque religionis ordines poſt Lutheri reformationem tum de bonis eccleſiaſticis, tum de libero religionis exercitio vertebantur, praecipuam cauſſam bello tricennali dediſſe. Fuere quidem motus Bohemici prima belli initia, ſed, vt optime celeberrimus auctor *meditationum ad pacem Weſtphalicam*, p) *tumultus*, inquit, *haec omnia potius, quam bellum in imperio. At ex quo anno* 1629. *edicto Ferdinandeo propoſito, bona eccleſiaſtica per vniuerſam Germaniam ab iis etiam repetita & vindicata ſunt, qui ſuperioribus motibus ſe non immiſcuerant, miſſis per omnes prouincias militum agminibus, edicti exſequendi cauſſa, repente omnia aeſtuabant, querelarum irarumque plena. Vnde Sueci vix arma in Germaniam tulere, cum repente proteſtantes tot iniuriis conſternati certatim ſe iunxere libertatis tuendae cauſſa &c.* Pax igitur alia ratione obtineri non poterat, quam ſi fomes hic irarum reſtingueretur & mutua haec grauamina tollerentur. Exhibebant igitur ſua Euangelici *die XV. Dec.* 1645. quae vna cum grauaminibus Catholicorum legi poſſunt apud *Dom. a* MEIERN. q)

p) *ad Art. V. pr.* q) *Act. P. W. T. 2. lib. 15. §. 2. ſq.*

§. IX.

DISTINCTIONIS INTER CAPVT AMNESTIAE ET GRAVAMINVM FVNDAMENTVM.

Nititur haec a confectoribus pacis r) adoptata diſtinctio inter reſtitutionem ex capite *amneſtiae*, & reſtitutionem ex capite *grauaminum*, ipſa pacis conſtituendae natura. Duo enim hic ob oculos habenda, neque tamen confundenda ſunt: nimirum vt tranſigatur primo de cauſſis inter partes belligerantes controuerſis, deinde etiam de damnis & detrimentis durante bello datis. s) Prius proprie eſt illud, quod *pacem* adpellamus. Poſterius recentiore vſu t) *amneſtia* dicitur. Illa querelas publicas vtriusque partis, quae bello gerendo cauſſam dederunt, decidit; haec ipſius belli, dum geſtum eſt, damna

&

& iniurias: illa negotium, de quo bellum fuit, determinat; haec quae in belli progreſſu acta ſunt. *u)*

r) De viris his maximis & ex omnibus prope Europae gentibus, vt bellum, quod per triginta annos Germaniam non tam vexauerat, quam oppreſſerat, finirent, atque in ſummis rerum aſperitatibus, quibus non niſi aceruis corporum & ciuium ſanguine terrae redundabant, otio poſteritatis conſulerent, ſelectis, merito ſcribit *celeberrimus a* MEIERN in *praefatione ad tomum II. actorum pacis Weſtphalicae: die ganze über die Friedens-Propoſitiones gepflogene Handlung iſt ein ſo vollſtändiges Muſter eines klugen wohlüberlegten und mit faſt übermenſchlichem Fleis ausgeführten Wercks, daß kein Staatsmann in der ganzen Welt ſich ſchämen darf, ſelbige zu einem Exempel der Nachfolge anzunehmen, und von dieſen groſſen Friedensſtifftern etwas zu lernen, vvelche zum Theil hohen Standes, auch alten vornehmen Stamms und Geblüts, durchgehends aber ein Ausbund von klugen, erfahrnen, tapffern und gelehrten Perſonen geweſen ſind, vvelche ein evviges Denckmal ihrer ſonderbaren Geſchicklichkeit durch die nunmehro aller Welt vor Augen kommende Acta geſtifftet haben.* Hinc etiam *pax Weſtphalica* omnes alias pacis tabulas *accurata rerum iuriumque applicatione* ſuperare non ſine ratione videtur COCCEIO in *diſſert. de poſtliminio in pace & amneſtia ſect. VI. §. 4.*

s) Transactio de damnis & iniuriis bello factis natura pacis non continetur, licet ad maiorem eius firmitatem pertineat, quemadmodum hanc cauſſam contra GVDELINVM *de iure pacis cap. 3.* & BESOLDVM *diſſ. iurid. polit. de pace cap. 3. §. 6.* docte & accurate perorauit COCCEIVS *l. c. ſect. I.* Saltim de reſtitutione ablatorum, quod ea poſci non poſſit, niſi nominatim illud dictum fuerit, res certa eſt. Vnde GROTIVS, poſtquam *de I. B. & P. Lib. 3. cap. 9. §. 4. n. 2.* docuiſſet, *quod reges & populi, qui bellum ſuſcipiunt, credi velint iuſtas ſibi eſſe belli cauſſas, cur id fecerint; contra autem iniuriam facere eos, qui aduerſum ſe arma ferrent, nec tutum eſſe pacem ſeruare cupientibus, huic ſe controuerſiae interponere;* num. ſequenti 4. pergit: *atque eandem ob cauſſam nec ſerui nec res bello captae pace redduntur, niſi pactis expreſſum id ſit, quia victor credi vult ius ſibi fuiſſe iſta quaerendi, cui contradicere, id vero fuerat bella ex bellis ſerere.* Clarius adhuc *cap. 20. §. 11. ſq. quia,* inquit, *ad pacem veniri vix ſolet iniuriae confeſſione, ideo ea ſumenda eſt in pactis interpretatio, quae partes quoad belli iuſtitiam quam maxime aequet: quod fieri ſolet duobus maxime modis: aut vt quarum rerum turbata bello poſſeſſio eſt, ex formula iuris antiqui componatur (quae verba ſunt Menippi in oratione, qua de foederum generibus diſſerit) aut vt res maneant quo ſunt loco: quod Graeci dicunt* ἔχοντες ἃ ἔχουσι. *Ex his duobus poſterius in dubio magis eſt vt praeſumatur, quia facilius eſt, & nullam inducit mutationem.*

t)

t) Inuenta est amnestia primum abolendis dissidiis ciuilibus, & proprie notat obliuionem omnium iniuriarum acceptarum. Postea vero etiam in bellorum externorum compositione adhiberi, & ad restitutionem deiectorum quoque, quam alias vi sua non comprehendebat, adplicari coepit. OBRECHT. *in expositione pacis Caesareo Suecicae art.* 2. BOECLER. *de amnestia cap.* 2. WALDNER DE FREVNDSTEIN. *de firmamentis conuentionum publicarum cap.* I. §. 14. COCCEIVS *l. c. sect.* 4. Ceterum variant amnestiae leges & pacta. Est enim vel *vniuersalis* vel *particularis* vel *sine restitutione* vel *cum restitutione* ablatorum, quae iterum diuersimodo placere potest. In pace Westphalica amnestia vniuersalis cum restitutione rerum in eum statum, in quo ante belli initia fuerunt, est stabilita.

u) COCCEIVS *l. c. sect.* 4. §. 5. Quorsum etiam respexit legatus Culmbacensis dicens: *grauamina prius fuisse in imperio quam amnestia opus fuisset.* a MEIERN. *T. III. lib.* 20. §. 26. *p.* 211.

§. X.

DIFFERENTIA QVOAD EFFECTVM.

Sed & effectus restitutionis ex *amnestia* longe diuersus est ab eo, quem operatur restitutio, qua ipsum negotium controuersum componitur & bellum finitur. Illa non nisi damna durante bello vltro citroque data resarciuntur, vnde qui *possessione* est deiectus, non potest recipere nisi *possessionem*, iure *dominii* manente eum, qui illud legitime euicerit. Fit igitur ea *saluis iuribus cuiuscunque.* Aliter omnino comparata est restitutio, per quam transigitur de ipsa belli caussa. Aut enim iure perpetuo fiat oportet, aut pax non erit, sed induciae, neque bellum, manente ipsius caussa, finitum, sed in aliud tempus dilatum fuerit. x) Vtrumque accurate seruatum in tabulis pacis Westphalicae: restituti enim ex capite *amnestiae* non acquirunt nouum ius, sed recuperant saltim statum, quo ante deiectionem erant gauisi, reseruatis cuilibet omnibus actionibus, quas forte contra restitutum habet, coram iudice competente instituendis & expediendis. y) Contra restitutio, qua belli caussa componitur, quaeque in pace Westphalica *ex capite grauaminum* adpellatur, semel restitutos perpetuo tutos reddit, atque ab omni persecutione iuris & facti securos praestat. z) Cumque pace nunquam decernatur de iustitia caussae, quippe quod sine iudice competente, qui hic deest, fieri nequit; sed tantum libera conuentione de eo, de quo lis est, transigatur, dato aliquo vel retento vel promisso: a) facile patet, neque hic pacem aliter obtineri potuisse, quam si

missa

missa omni de iure caussae disputatione, certus status, in mero possessionis facto, sive iusta illa esset sive iniusta, nixus (cum, docente GROTIO, *b*) in bellis sufficiat facti possessio, nec alia attendatur) fundamenti loco poneretur, vt normam conficeret, secundum quam restitutiones faciendae essent. Quem in finem post longas disceptationes tandem placuit status anni superioris saeculi *vigesimi quarti*, vbi *prima dies Ianuarii* obseruatur, si de *bonis ecclesiasticis* quaeritur; *quaelibet* vero *anni huius pars*, si de *exercitio religionis*. *c*)

x) COCCEIVS *l. c. sect.* 6. §. 3. *sqq.*

y) *Art. III.* §. 2. *Quemadmodum vero tales restitutiones omnes & singulae* (nempe ex capite amnestiae) *intelligendae sunt saluis iuribus quibuscunque, tam directi, quam vtilis dominii, in vel circa bona restituenda, sive saecularia, sive ecclesiastica, sive restituenti, sive restituendo, sive cuiuis tertio competentibus, saluis item litispendentiis desuper in aula caesarea, sive in camera imperiali, vel aliis imperii immediatis aut mediatis dicasteriis vertentibus &c.*

z) *Art. V.* §. 25. *Vnicum solumque huius transactionis, restitutionis* (ex capite grauaminum) *obseruantiaeque futurae fundamentum sit die prima Ianuarii, anno millesimo, sexcentesimo vigesimo quarto habita possessio, irritis prorsus exceptionibus, quae ex introducto alicubi exercitio interimistico, vel anterioribus aut secutis pactis generalibus aut specialibus, transactionibus vel litibus motis, caussisue decisis, vel etiam decretis, mandatis, rescriptis, paritoriis, reuersalibus, litispendentiis vel aliis quibuscunque praetextibus & rationibus desumi possent.* add. ibid. §. 33.

a) COCCEIVS *l. c. sect.* 1. §. 3.

b) *De iure B. & P. Lib. III. cap.* 20. §. 12. *num.* 2.

c) Satis, opinor, ex dictis insigne discrimen liquebit, quod inter restitutionem ex capite amnestiae, & eam, quae ex capite *grauaminum* fit, intercedit. Vnde etiam non tantum *Sueci* statim in prima pacis propositione §. II. & VII. capita ista separarunt; v. ADAMI *relat. histor. de pace Osnabrugo-Monasteriensi cap. V.* §. 2. & a MEIERN *acta pacis Westph. T. I. lib.* 5. §. 2. sed & idem fecerunt *caesaris legati* in responsione sua ad istam propositionem. ADAMI *cap. VI.* §. 3. & a MEIERN *T. I. lib.* 6. §. 20. Equidem minus ista probabantur statibus imperii *catholicis*, qui proinde, postquam, vt in conuentu pacis causa instituto vnice quae inter imperium & coronas exteras dissidia intercedebant, componerentur, difficili hac de grauaminibus tractatione (quam tamen legatus Austriacus *pro labore sacrosancto & die feriato expediendo, atque pro boue in puteo*

teo iacente, für den Ochsen, der im Brunnen liege, habebat, vt refert legatus Vinariensis apud a MEIERN *T. II. lib.* 10. §. 11. *p.* 136.) ad statuum seorsim congregatorum comitia remissa, frustra laborassent: ADAMI *l. c. cap. VIII.* §. 2. *sq.* toti in eo erant, vt vtramque restitutionem confunderent, *viam iuris* contra protestantes sibi apertam relinqui, *transactiones* item *& res iudicatas* quoad *grauamina ecclesiastica* æque ac in *amnestia* saluas esse debere adstruentes. ADAMI *cap. XXV.* §. 10. Sed fortiter sese opponebant protestantes, ne quidem ferentes, vt amnestia tanquam conditio tractatui de grauaminibus adiiceretur. a MEIERN *T. III. lib.* 21. §. 11. Ipsi vero cæsarei ministri pro *perpetua* bonorum ecclesiasticorum renunciatione consilia ferebant, quod certissimum futurum esset, vt, nisi perpetuo valitura cum protestantibus ineatur transactio super bonis ecclesiasticis eorum potestati permittendis, illi, ob metum futuri apud seros etiam posteros belli, perpetui non solum foederis inter se, sed etiam cum exteris iisque impiis & acatholicis populis consilia ad apparatus belli instruendos conuersuri sint, nunquam ad publicas imperii necessitates, aut parcissime profecto tributa collaturi. Cum ex aduerso, si protestantibus in perpetuum dictæ ecclesiæ, earumque prouentus & iura per solemnem transactionem concederentur, cessaret futuri belli, & noxiorum quorumuis consiliorum ac foederum metus, essentque ipsi ad publica ferenda onera promtiores &c. vti hæc latius exsequitur ADAMI *cap. XIII.* §. 13. Quibus consiliis Imperator aurem præbuit, & sic res tandem feliciter est confecta.

§. XI.

RESTITVTIO, QVÆ ALIVNDE FIERI DICITVR.

Supereſt tertium reſtitutionis genus; quod *aliunde* pax fieri dicit. Admodum ſollicitos habet hæc vox interpretes. Diuerſas ſententias, addita epicriſi, recenſet *auctor meditationum ad I. P. d)* cuius verba, licet paullo copioſiora, integra hic legere non pigebit. *Interpretes*, inquit, *anxie quæſiuere, quæ cauſæ vel qui tituli intelligantur per hoc vocabulum* aliunde, *ex quibus detur reſtitutio. Errat procul dubio* BUCKISCH, *qui per id medium quoddam inter reſtitutionem ex amneſtia & reſtitutionem ex grauaminibus ſecundum annum* 1624. *conſtitui opinatur.* RHETIUS *iur. publ. lib. II. tit.* 1. §. 67. *intelligit eos, qui* ex gratia *reſtituuntur, quo referri poſſunt, quæ infra* §. 38. *& ſqq. de ſtatibus atque ſubditis domus Auſtriacæ conuenta ſunt. Sed hic ſolus caſus omnem latitudinem vocis* aliunde *exhaurire non videtur, quamuis hoc veriſſimum ſit, non ſequi, hi ex gratia ſunt reſtituti, ergo etiam reditus bonorum eccleſiaſticarum percipiunt,*

cipiunt, quos prima Ianuarii 1624. *non perceperunt. Propius rem tangit* DECKHERVS *e) de pace ciuil. relig. part. I. cap.* 11. §. 80. *p.* 61. aliunde reſtituendos eos fore, qui ex capite læſionis vel deſtitutionis violentæ, aut per amneſtiam aut grauaminum deciſionem obliuioni non traditæ vel abrogatæ, iuuandi. Quid enim iniquius, quam eos, qui iure communi gentiumque legibus pro reſtituendis iudicantur, certo cuidam anno dieiue ſub præiudicio cauſſæ alligare? *Exempla non improbo: ſed ratio ſubſiſtere non poteſt, quia Weſtphalica pax multos, quibus forte ius commune reſtitutionem in ſacris & profanis adiudicaſſet, ſuffragio ſuo non deſtituit modo, ſed & alios in vicem eorum vt reſtituendos ſubſtituit. His addi poteſt, cum quis ex pacto, transactione vel ſententia iudicis reſtitutionem petit, quoties pax Weſtphalica diuerſa non ponit impedimentum, quo procul dubio in conuentu deputatorum Francofurtenſi, cum de vi & ſignificatu huius vocabuli diſputatum etiam fuiſſet, legatus Brandenburgicus Huberus reſpexit, qui die* 31. *Mai. ſt. v.* 1656. *pro voto dixit: Das Wort* aliunde *verſtünde ſich de transactionibus, ſententiis, rebus iudicatis & iuribus ante bellum exercitis: quamuis Altenburgicus legatus eo tempore maluerit nihil definire, ex ingenio illorum hominum, qui ſemper anguem in herba latentem metuunt, quamuis poſt omnes angulos diligenter excuſſos nihil inſidiarum potuerint indicare. Fortaſſis autem illa quorundam ſententia reliquas omnes vincit, quibus placet, hic* aliunde *reſtituendos eſſe inprimis illos*, quos cuiuscnnque articuli inſtrumenti pacis diſpoſitio vel priſtino ſtatui vel nuper conuento reddi iuſſerit. *Exempla habemus hac pace Weſtphalica artic. II.* §. 12. 13. *&* 14. item *artic. XIII.* §. 3. *&* 10. *artic. XV.* §. 4. *&* 7. *artic. XIV.* §. 14. *& quæ poſt pacem publicatam in conuentu Norimbergenſi eius exſequendæ cauſſa indicto de reſtitutione locorum, militumque deductione vtrimque placita & in acta relata fuere: quanquam in eo mihi quidam paullo liberaliores eſſe videntur, qui non modo articuli cuiusdam diſpoſitionem* manifeſtam & exiſtentem: *verum etiam* in poſterum ab accuratioribus eruendam *huc ſufficere putant, addita ratione*, videre pacificatores, non modo præſentibus dubiis, ſed &, ſi quæ oriri poſſent, futuris, præuenire voluiſſe: *quæ ſententia oppido cumbam apperit infinitis litigiis. Nam inter diſſentientes, qui erunt illi accuratiores, quibus in dubiis datum,*

mentem legis ita eruere, vt aliis hac ſententia tanquam pacis diſpoſitione ſit ſtandum. Habebit procul dubio hæc quæſtio eandem difficultatem, quam cum de ſuffragiis ſanioribus diſputatur, maiori ſententium parti prævalituris. Ne taceam, ſumme eſſe periculoſum, poſteris poteſtatem facere, vt ex tabulis pacis, earumque verbis dubiis eruere ſenſum & diſpoſitionem poſſint, ibi manifeſto non exiſtentem, idque præſumtione, quod quis paciſcentibus ipſis fuerit accuratior, qua ſane re conuelli pacem omnem nullo negotio poſſe vident etiam non accuratiores. Hactenus celeberrimus auctor conſueta ipſi elegantia. Quæ quamuis ſatis bene ſe habeant; videtur tamen cauſſa hæc ex ipſis actis accuratius explicanda.

d) Sedes eſt in art. V. §. 13. ubi ita legitur: „Terminus autem anni mileſimi „ſexcenteſimi vigeſimi quarti nullum præiudicium creare debet iis, qui ex „capite amneſtiæ aut aliunde reſtituendi veniunt.“

e) Recenſet hanc nonnullorum ſententiam DECKHER. in libro „de pace ciuili „religioni Germanorum data part. I. cap. 11. §. 80. ita ſcribens: Ex „quorundam, ſatis equidem concludente, ratione, illi (aliunde reſtitu„endi) nimirum ſunt, quos cuiuscunque articuli diſpoſitio vel manifeſto „exiſtens, vel in poſterum ab accuratioribus eruenda priſtino ſtatui reddi „inſſerit; vt videantur pacificatores non modo præſentibus dubiis, ſed „&, ſi quæ oriri poſſent, futuris, conſuluiſſe & præueniſſe.“

XII.

VBERIOR EXPLICATIO.

Inſeruerunt hanc clauſulam primum euangelici *declarationi ſuae in cauſſa grauaminum*, quam legatis Suecicis die 27. Febr. a 1647. exhibuerunt, *apud* MEIERN *Tom IV. pag.* 90. quo tempore reſtitutio *ex capite amneſtiae* infinitis litigiis adhuc premebatur. Etenim, vti relatio de 25. Martii d. a. *apud eundem l. c p.* 161. *ſq.* docet, plerasque principum, comitum, aliarum que familiarum illuſtrium domus, quas reſtitui, earumque mentionem expreſſam fieri volebant Sueci, expunxerant caeſarei, cauſſati: *Daſs die Amneſtie, ihrer Art und Eigenſchafft nach, allein auf diejenige Sachen, die eigentlich ihren Urſprung von dem Krieg haben, und auf die Reſtitution deſſen, ſo intuitu und occaſione deſſelben vveggenommen und entzogen vvorden, zu reſtringiren. Alle übrige aber, da Contradictores cum exceptionibus altioris indaginis vorhanden, davon excipirt*

pirt, und ad praeuiam cauſſae cognitionem ausgeſetzt ſeyn müſten. Recte hactenus: cum proprium ſit amneſtiae, vt diuerſas partes belligerantes ponat. Agnoſcebant quoque idem illud euangelici: ſaltim legatus Grubenhagenſis *l. c. T. IV. pag.* 875. cenſebat: *Ad tractatus gehoere nur cauſſa und effectus belli, doch vvolte er niemand zuvvieder ſeyn.* Atque de cauſſa *Durlacenſi* exiſtimabat legatus Brunſuicenſis: *Certa ratione gehoere es in die Amneſtie, aber er ſorge, das ſey vergebens, und vverde man ſich der Regel nicht bedienen koennen, ſey alſo amicabilis transactio das beſte. &c. l. c.* Non igitur ambigendum, dum cautum voluerunt euangelici reſtituendis ex capite *amneſtiae* vel *aliunde*, eos per hanc vocem poſteriorem inprimis reſpexiſſe ad illos, qui ex belligerantibus non fuerant, quibusque ideo regula amneſtiae generalis non ſatis conſulere videbatur; quorum tamen reſtitutionem ſecundum principia *iuris communis* iuſtam putabant, eorumque, vt res ſine ambagibus procederet, & quia iniquitas temporum non minimam illorum deiectioni occaſionem praebuerat, mentionem in inſtrumento pacis expreſſam fieri volebant. Longum eorum *f)* catalogum, quorum exſpectationem amneſtia generalis non explebat, qui tamen in pace nominati ſunt, vt vel priſtino ſtatui, vel ei, qui peculiaribus conuentionibus erat determinatus, reſtituerentur, dedit HENNIGES *ad art IV. §. 1. not. c.* vt mirum ſit, eum loco §. *praec.* allato eorum non meminiſſe, ſed alia exempla circumſpexiſſe, quae rem ita non exhauriunt. Confirmantur iſta, quod clauſula haec initio adiecta fuit reſtitutioni Principis *Ludouici Philippi g)* comitis Palatini, qui frater fuit *Friderici V. Electoris*, &, cum hic Bohemiam inuaderet, in ipſius exercitu legionem duxit, minor adhuc, neque praeterea bello vlla ratione illigatus, nihilo tamen minus ab Hiſpanis omni ditione exutus. Verba enim in *dicta declaratione de 27. Februar.* 1647. ita habent: *Sub dicto termino* (diei ſcil. primi Ianuarii 1624.) *comprehendatur etiam Palatinus Dominus Ludouicus Philippus, ita quidem, vt licet anno* 1624. *poſſeſſione ditionum ſuarum exutus fuerit, nihilominus tamen eo ſtatu gaudeat in eccleſiaſticis & politicis, in quo ante deſtitutionem fuerat*, quemadmodum quoque terminus anni 1624. nullum praeiudium creare debeat iis, qui ex capite amneſtiae aut aliunde reſtitu-

ſtituendi veniunt. apud a MEIERN *l. c.* Quae in ſchedio, quod eodem tempore lingua Germanica confectum fuit, ita redduntur: *Es iſt auch der Terminus* 1624. *denenjenigen nicht zu Nachtheil gemeinet, vvelche ex capite amneſtiae oder andern Urſachen ihre Reſtitution vviederum erlangen. Dahero dann der Herr Pfaltzgraf Philipp Ludvvig, vvievvohl er anno* 1624. *in poſſeſſione ſeiner Lande und Leute nicht gevveſen, doch nichts deſto vveniger in eccleſiaſticis & politicis in den Stand geſetzet vverden ſoll, darinnen er und ſein Land und Leute vor ſeiner Entſatzung ſich befunden. apud eundem l. c. pag.* 100. Referri quodammodo poterat reſtitutio principis huius ad *amneſtiam*, quod tanquam hoſtis ab hoſte ditione priuatus fuit. Ipſe tamen eo tempore, quo laudata declaratio exhibebatur, amneſtiae beneficio, quia terminus eius adhuc dubius erat, non contentus, alio prorſus fundamento, nimirum *innocentia ſua, ab ipſo Imperatore agnita, quodque bello illigatus non fuiſſet*, nitebatur. Ita enim non tantum legatus eius, MARTINVS MILAGIVS, in libello memorali, quem ſtatibus imperii d. $\frac{1}{11}$ Maii 1646. tradidit, rationes ſubducebat; *h)* ſed etiam principes euangelici in monitis ſuis ſuper inſtrumento pacis caeſareo d. 2. Maii 1646. apud MEIERN *T. III. p.* 77. ponebant: *In ſpecie aber vvaeren Plenarie zu reſtituiren und zu denominiren - - - Ihro Fürſtl. Gnaden Herrn Pfaltzgraf Ludvvigs Philipps zu Lautern, vveil dieſelbe ſchon in anno* 1623. *für unſchuldig erkannt vvorden, und ſie ſonſt mit der Pfältziſchen Sache gar nichts zu thun gehabt, noch ſich jemals darein gemenget.* Erat igitur Princeps Ludouicus Philippus ex *iure communi, gentiumque legibus* indemnis praeſtandus, neque reſtitutionem demum a pace vel ſancita amneſtia exſpectare debebat. Tantum ad ſecuritatem faciebat, vt ea nominatim in pace decerneretur. In pacatas enim gentes, eorumque iura & ſubditos vi agere omnium iudicio nefas & iniuria habetur. Tandem ceſſerunt caeſarei & plerosque, quorum cauſſas initio a tractatibus pacis excluſas volebant, pace, comprehendi, eorumque mentionem expreſſam fieri permittebant, cui rei commodiorem locum quam in capite amneſtiae, quae iam nõn amplius ad ſolos belligerantes, bellique cauſſas & effectus reſtricta; ſed & ad alia damna & iniurias, quas partes etiam bello non implicatae, *opportunitate & iniquitate temporum*

porum allectae sibi inuicem quocunque colore fecerant, extensa erat, non reperiebant, quorsum etiam caussa Principis Ludouici Philippi reiecta fuit, quae nunc *art. IV. §.* 20. occurrit. Vt igitur hactenus sub *aliunde* restituendis plures comprehendantur, qui nunc quoque ad *amnestiam*, pro amplitudine, quae postea huic voci in pace Westphalica tributa est, pertinent; quae non infima difficultatis caussa videtur, quam interpretes in explicatione huius vocis hucusque repererunt.

f) Exempli gratia considerari potest caussa *viduae Saincnsis*, quam post obitum filii Elector Colonienſis omni ditione spoliauerat, quod feudum extinctis masculis ad se deuolutum contenderet, *art. IV. §.* 30. Item caussa *comitum Nassouiorum ad Saracpontem*, quorum ditiones Dux Lotharingiae obtentu sententiae cameralis occupauerat *l. c. §.* 30. *&c.*

g) Principis huius mentionem initio in capite grauaminum fecerant euangelici. Postquam enim statum anni 1624. pro termino posuissent, iungebant per modum exceptionis eos, quibus terminus iste nocere non deberet, interque illos ciuitates nonnullas imperiales, quae quoad aequalitatem inter vtrique religioni addictos in muneribus publicis seruandam, termino isto eximebantur, & Principem nostrum Palatinum; addita clausula generali, qua iis, qui ex amnestia vel aliunde restituendi essent, prospiciebatur. Placuit tandem post varias disceptationes, de quibus MEIERN *Tom. III. p.* 413. *&* 416. *Tom. IV. p.* 153. *&* 177. vt Princeps hic locum suum in capite amnestiae (*art. IV. §.* 20.) sortiretur: mansit tamen dicta clausula in capite grauaminum, quae eo magis necessaria videbatur, quod tunc temporis de termino *amnestiae* nondum inter partes conueniisset, adeoque omnino cauendum esset, ne quae circa grauamina placuerant, ad aliena traherentur. Vnde simul patet, qui factum, vt saepe laudata clausula nunc post ciuitates imperiales *art. V. §.* 13. legatur, quae res suspensum tenuit HENNIGES *ad h. l.* Quae praeterea de hac re inter caesareos, Suecos & euangelicos acta fuerunt refert MEIERN *Tom. IV. pag.* 133. 153. *&* 178.

h) Ita enim ille apud MEIERN *T. III. p.* 506. *Was gestallt Pfaltzgrav Ludvvig Philipsen Fürstliche Durchlaucht gleich anfangs dieses langvvierigen Kriegsvvesens, nemlich in anno* 1620. *und ehe sie ihr* 18. *Iahr erreichet, und zvvar aus keinen andern Vrsachen, als aus bloser vermeynter ratione status vel belli, von Land und Leuten kommen, ist männiglich und also bekannt, dass es ohne Noth ist, vveiteren Bericht davon zu geben: dahero zvvar ohnverlängt erfolget, dass nicht allein vveyland die Römische Kayserliche Majestät FERDINANDVS II. christmildisten Andenckens, bey dem Conuent zu Regenspurg eingangs*

gangs des 1623. *Iahrs Sie vor unſchuldig erkläret, und deſſelbigen vvie auch in den folgenden Iahren unterſchiedliche Reſcripta an die Regierung zu Brüſſel um Reſtitution dero Landen oder zum vvenigſten der Gefäll zu ihrer Alimentation, ertheilen laſſen - - - - - Nun ſetzen Sie auſſer allem Zvveiffel, es vverde Ihr jedermänniglich nach ſo langem ausgeſtandenen Elend und entzogener und entrathener Mittel gern gönnen, daſs Sie ihre vvenige und zumahl ruinirte Lande mit allen denen Rechten, vvie Sie die zuvor beſeſſen und verlohren, nach viel verfloſſenen Iahren vviederum beſitzen, genieſen und behalten mögen. Weilen aber deren in der unlängſt ausgehändigten Duplic mit Nahmen, vvie von andern beſchehen, nicht gedacht; und in puncto amneſtiae & reſtitutionis ſtatuum der Terminus ad annum* 1618. *noch zur Zeit nicht beliebet, ſondern vveiters zurück gezogen, darunter Sie aller zeitlichen Wohlfart bereits deſtituirt gevveſen: haben Sie befohlen, deſſen in Zeiten gute Erinnerung zu thun, und allenthalben in ſchuldiger Gebühr anzuhalten, es dahin zu richten, und mit Nahmen zum und an den Friedens-Schluſs bringen zu helffen, damit Ihr dero geringe Lande mit aller Gerechtigkeit, vvie Sie dieſelbige hiebevor beſeſſen, und deren unſchuldig entkommen, ruhig gelaſſen &c.*

§. XIII.

ALIVNDE RESTITVENDI SVNT VEL NOMINATI IN PACE;

Probe vero cauendum, ne vno poſito alterum negemus. Vox *aliunde* eſt vox generalis; complectitur igitur procul dubio omnes reſtitutionum titulos & cauſſas (*alle andere Urſachen*, quemadmodum ſtatus ipſi hanc vocem explicarunt § pr.) quae in pace Weſtphalica occurrunt, quaeque ſingulare quid habent. Quamobrem huc pertinent reſtitutiones ex *gratia*, de quibus *art. V.* §. 38. Item omnes iſtae, in quibus pax a regulis, quibus alias reſtitutiones ex *amneſtia* & *grauaminibus* nituntur, receſſit, eorumque iura peculiaribus conuentionibus & diſpoſitionibus determinauit, quorſum inprimis ſpectant, quae in *art. XIII.* de *epiſcopatu Osnabrugenſi* conſtituta ſunt. Vnde tam crebra mentio *articulorum aliter conuentorum* e. g. *art. V.* §. 24. *art. XVI.* §. 14. inprimis *art. III.* vbi diſpoſitum, ne clauſula ſaluatoria, ſub qua reſtitutiones ex amneſtia fiunt, deroget compoſitioni grauaminum & *reliquis articulis aliter conuentis*; eadem fere ratione, qua noſtro loco, in capite grauaminum, cautum legitur, ne ſtatus anni 1624. praeiudicium creare debeat iis, qui ex amneſtia aut *aliunde* reſtituendi veniant.

* Interim

* Interim non nego, omnes, qui hac paragrapho recenſetur, etiam ad caput vel *amneſtiae*, vel *grauaminum* referri poſſe, licet in quibusdam a regula diſcedant. Si quis igitur *aliunde* reſtituendos pro ſeparata reſtituendorum ſpecie habere nolit, me non adeo habebit diſſentientem. Excipio ſaltim eos, quibus vi ſolius iuris communis reſtitutio debetur, de quibus §. ſequenti.

§. XIV.

VEL NON NOMINATI.

Neque etiam repugno, eos huc referri, quibus reſtitutio vi *ſolius iuris communis* debetur, quamuis pax nullam eorum mentionem faciat, dummodo nihil diuerſi in ea reperiatur conſtitutum, quae ſententia fuit legati Brandenburgici in conuentu deputatorum Francofurtenſi. Qua de cauſſa *aliunde* reſtituendi in *nominatos* & *innominatos* non inconcinne diſpeſci poſſunt. Et hactenus etiam ſat bene ſe habet ratio DECKHERI ſupra allata, *iniquum nimirum eſſe, eos, qui iure communi gentiumque legibus pro reſtituendis iudicantur, certo cuidam anno dieiue, ſub praeiudicio cauſſae alligare*, quam HENNIGES reprobat (§. cit.). Quamuis enim pax Weſtphalica multos, quibus forte ius commune reſtitutionem in ſacris & profanis adiudicaſſet, ſuffragio ſuo non deſtituat modo, ſed & alios in vicem eorum, vt reſtituendos ſubſtituat; pertinent tamen iſta vel ad belli cauſſas, de quarum iuſtitia in pace ſancienda fruſtra diſputatur, vel ad alias controuerſias particulares conuentione partium transactas. Extra haec in factis, quae communi gentium iure pro illicitis habentur, quorſum procul dubio ſpectat ſpoliatio innocentis, & denegatio iurium omnium iudicio indubiorum, ratio iniquitatis manifeſta eſt, ſi quis reſtitutionem omnimodam neque vllis conditionibus aut reſtrictionibus alligatam negare voluerit.

§. XV.

ACTA CIRCA EXSECVTIONEM PACIS EIVSQVE ADSECVRATIONEM.

Ne autem iſta, tanta cura & ſollicitudine conſtituta, effectu deſtituerentur, ſed cunctis perpetuum accederet robur, de *exſecutione pacis* eiusque *cautione* (*adſecurationem* vocant) tum in ipſa de

pace sancienda tractatione, tum post eam concluſam enixe & ſollicite laborarunt pacificatores. Cura exſecutionis demandata fuit Imperatori, ita vt ſub eius auſpiciis ipſiusque iuſſu per *duces & directores circulorum*, *vel etiam commiſſarios*, cuncta ad effectum perducerentur. *i)* Definitus quoque eſt modus exſecutionis, vnde iis, qui ex pacis conditione aliquid poſtulant, certius & firmius eſt auxilium, quam ex ordinariis iuris remediis. *k)* Sed quantuscunque ſit reſtituendarum fauor, diligenter tamen prouiſum, ne quis in *propria cauſſa* iudex & exſecutor fieret. *l)* Quamobrem nec imperii ſtatibus libera exſequendi facultas, qua alias in territoriis ſuis gaudent, eſt relicta. Quae vt eo clarius eluceſcant, ex ipſis actis rem illuſtrabimus.

i) *art. XVI. §. 2.*

k) Luculenter non minus quam accurate *modus procedendi in cauſſis reſtitutionum ex inſtrumento pacis Weſtphalicae* a nonnullis Principum euangelicorum ablegatis anno 1720. explicatus eſt peculiari libello, quem exhibet MOSER *im teutſchen Staatsrecht* I. *Th. p.* 479. & FABER *Europ. Staatscanzley.* 39. *Th. p.* 467.

l) Loquor de ordine iuris ſui conſequendi; minime vero de eo, quo quis ſemel rite reſtitutus turbationes & factas ſibi iniurias repellit.

§. XVI.

IN PACIS TRACTATIONE.

Equidem in conceptionibus pacis primis, quas Sueci d. 14. april. 1647. vid. MEIERN *T. V. p.* 458. deinde Caeſarei d. 2. Iun. e. a. MEIERN. *T. IV. p.* 557. publici iuris fecerant, articuli *exſecutionis* & *aſſecurationis* admodum adhuc conciſi erant. Sed exhibebant poſtea d. 14. Iun. 1648. Sueci *notas* ad inſtrumentum pacis caeſareum, iisque varias iungebant nonnullorum articulorum formulas, interque eas etiam formulam *exſecutionis* & *adſecurationis* ſub Lit. H. & I. atque priori inſerebant ſequentia: *Quodſi vero moderni reſtituendorum bonorum vel iurium poſſeſſores non attentis caeſareis edictis & requiſitione reſtituendorum, moras nectere, & in reſtitutione vel minimum tergiuerſari praeſumſerint, incurrant quidem in poenam infra articulo de adſecuratione determinatam, ipſis vero reſtituendis tum liberum ſit eligere, ſiue illius, in quo degunt, ſiue vicini*

vicini alicuius circuli ducem, Crauß Oberſten, Directoresue, auſſchreibende Fürſten, vel etiam alios imperii ſtatus, vel denique foederatoram regnorum officiales, qui requiſiti (modo non fiat in propria cauſſa) ad primam reſtituendorum inſtantiam, & poſt exhibitam reſtituendorum & praeſtandorum authenticam ſpecificationem teneantur illico, tam ipſi, quam in caſum reſiſtentiae aut pertinaciae vicini, iuxta ordinem exſecutionis, iunctis vna cum ipſius reſtituendi viribus, ſine omni exceptione, excuſatione, vel mora, ſumtibus tamen tergiuerſantis, reſtitutionem vel praeſtationem expedire & exſequi. Et haec exſecutio principaliter locum habeat, vbi ſtatus imperii & libera eiusdem nobilitas, nec non vbi modernus magiſtratus loci ſuis vel ſubditis, vel conciuibus aliquid reſtituere, cedere, aut praeſtare tenetur. Quodſi vero in ipſius reſtituendi territorio, ſiue prouincialis, ſiue ſubditus, ſiue quicunque alius non ſtatus imperii *ad reſtituendum, cedendum, ſiue praeſtandum aliquid ex hac pacificatione obligatus, etiamſi monitus, moras tamen nectere perſeuerauerit, eo caſu, publica hac lege permiſſum eſto etiam domino territorii aut ſuperiori, propriis viribus (absque tamen exceſſu) adhibitis notario & teſtibus, ſe in priſtinum ſtatum reponere & in vniuerſum ea expedire, occupare, praeſtare, ad quae reſtituens vigore huius pacificationis tenetur.* MEIERN *T. V. p.* 934. Verum contradicebant caeſarei legati, & totum hunc articulum omnino omittendum volebant, quod priori diſpoſitioni, vbi de exſecutione per edicta caeſarea facienda cautum eſſet, repugnet, omnia euertat, atque diſcordiis & bellis occaſionem praebeat. MEIERN *Tom. VI. p.* 88. Veniebat hinc controuerſia iſta in deliberationem principum imperii, vbi ſententiae diuiſae erant, catholicis a parte caeſareorum ſtantibus; euangelicis vero pro *domino territorii* pugnantibus, eique contra *mediatos* exſecutionem permittendam eſſe cenſentibus. MEIERN *T. VI. p.* 93. Tandem & Sueci & principes imperii, expuncto penitus hoc articulo, in ſententiam caeſareorum deſcendebant, *m*) vti patet ex iis, quae refert MEIERN *T. VI. p.* 104. iuncta *formula exſecutionis noua* apud eundem *l. c. p.* 106. *ſq.* eoque facto modus faciendae exſecutionis in inſtrumento pacis *art. XVI.* ita fuit circumſcriptus:

§. 1. *Simulatque vero inſtrumentum pacis a dominis plenipotentiariis & legatis ſubſcriptum & ſignatum fuerit, ceſſet omnis hoſti-*

litas, & quae supra conuenta sunt, vtrimque e vestigio exsecutioni mandentur.

§. 2. *Inprimis quidem Imperator ipse per vniuersum imperium edicta promulget, & serio mandet iis, qui hisce pactis & hac pacificatione ad aliquid restituendum vel praestandum obligantur, vt sine tergiuersatione & noxa intra tempus concluſae & ratificandae pacis praestent & exsequantur transacta, iniungendo tam Directoribus, Ausschreibenden Fürsten, quam Praefectis militiae circularis, Crays-Obristen, vt ad requisitionem restituendarum, iuxta ordinem exsecutionis & haec pacta, restitutionem cuiusque promoueant & perficiant. Inseratur etiam edictis clausula, vt quia circuli Directores, Ausschreibende Fürsten, aut Praefectus militiae circularis, Crays-Obrister, in causa vel restitutione propria minus idonei exsecutioni esse censentur, hoc in casu, itemque si Directores vel Praefectum circularis militiae repudiare commissionem contingat, vicini circuli Directores aut Praefecti militiae circularis eodem exsecutionis munere etiam in alios circulos ad restituendorum requisitionem fungi debeant.*

§. 3. *Quodsi etiam restituendorum aliquis Caesareanos Commissarios ad alicuius restitutionis, praestationis vel exsecutionis actum necessarios censuerit, quod ipsorum optioni relinquitur, etiam illi sine mora dentur:*

§. 4. *Quo casu, vt rerum transactarum effectus eo minus impediatur, tam restituentibus, quam restituendis liceat statim concluſa & subscripta pacificatione binos aut trinos vtrinque nominare Commissarios, e quibus Caesarea Maiestas vnum a restituendo, alterum a restituente nominatum, pares tamen numero ex vtraque religione eligat, quibus iniungatur, vt omnia, quae vigore huius transactionis oportet, absque mora exsequantur. Sin autem restituentes Commissarios nominare neglexerint, Caesarea Maiestas ex iis, quos restituendus nominarit, vnum deliget, aliumque pro suo arbitrio, obseruata tamen vtrobique diuersae religioni addictorum paritate, adiunget, quibus commissionem executionis demandabit, non obstantibus exceptionibus in contrarium factis. Ipsi deinde restituendi mox a concluſione pacis de transactorum tenore notum faciant interessatis aliquid restituturis.*

§. 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0030
DFG

§. 5. *Omnes denique & singuli siue status, siue communitates, siue priuati, siue clerici, siue saeculares, qui vigore huius transactionis, eiusdemque regularum generalium, vel specialis expressaeque alicuius dispositionis ad restituendum, cedendum, dandum, faciendum, aut aliud quid obstricti sunt, teneantur statim post promulgata Caesarea edicta, & factum restituendi notificationem, sine omni tergiuersatione vel oppositione clausulae saluatoriae, siue generalis, siue specialis alicuius supra in Amnestia positae, aut quacunque alia exceptione, itemque sine noxa aliqua, omnia, ad quae obligantur, restituere, cedere, dare, facere, & praestare.*

§. 6. *Nec Directorum & Praefectorum circularis militiae aut Commissariorum executioni quisquam, siue status, siue miles praesertim praesidiarius, siue quilibet alius se opponat, sed potius executoribus assistant, liberumque sit dictis executoribus contra eos, qui executionem quouis modo impedire conantur, suis vel etiam restituendorum viribus vti. n) &c.*

m) Notatu dignum, in disputatione ista de exsecutione per *Dominum territorii* facienda vnice in quæstionem venisse bona mediata, que a *non statu* possidentur. Quodsi igitur caussa *statum imperii* spectat, de exsecutione Domini territorialis ne cogitatum quidem fuit, siue caussa esset *propria* siue *aliena*, ipsis Suecis hoc casu nihil aliud volentibus, quam vt liberum esse deberet *restituendo*, cuius vellet circuli ducem directoremue, vel alios imperii status, vel etiam foederatorum regnorum officiales eligere. Quod tamen & ipsum est reiectum ex ratione in textu adducta.

n) Mentio hic iniicitur de viribus ipsorum restituendorum adhibendis. Quodsi vero quis inde colligere vellet, exsecutionem in caussa propria esse permissam, næ ille a vero nimium aberraret. Permittitur enim tantum exsecutoribus in pace constitutis, vt, si opus esset, etiam restituendorum vires in auxilium vocent, ita vt cuncta ab ipsorum auspiciis & moderamine dependeant.

§. XVII.

ARCTIOR MODVS EXEQVENDI.

Post pacem conclusam noua de eius exsecutione agitanda erant consilia. Proponebant igitur Euangelici *arctiorem exsequendi modum*, inque eo *num.* 10. denuo *domini territorii* mentionem faciebant,

bant, ita tamen, vt iterum *mediatos* siue *priuatos* a statibus imperii accurate distinguerent. Verba apud MEIERN *T. IV. p.* 785. hæc erant: *Falls auch die Restituenten nur mediati oder privati wären, so sollen die subdelegirte, wie auch die Domini Territorii, ob sie zwar in propria causa interessirt, nach nunmehro längst verflossenen Termino wieder dieselbe, ohnerwartet anderweiter Commission, zu exequiren Macht haben, auf weitere thätliche Wiedersetzlichkeit aber solche mediatos, oder auch priuatos, alsobald zu Verhaft ziehen, und als reos fractæ pacis exemplariter abstrafen; Wärens aber Reichsstände, so soll gegen ihr Land und Leute, nach Ausweis des Instrumenti Pacis, bis auf erfolgende Refusion aller Kosten und Schulden, auch ihre Aussöhnung bey Ihrer Kayserl. Majestät und dem Reich, exequirt werden.* Ast re ad cæsareos delata, hi respondebant: *Sie hätten die Contenta desselben, nebst den adiungirten Punctis circa arctiorem modum exsecutionis durchgangen, und . . . mit den Catholischen daraus communicirt, hoften auch, sie würden denen Evangelischen . . solche Antwort deshalb wiederfahren lassen, davon sie Contento haben würden. Sie, die Kayserlichen, vor ihre Personen, hätten ratione Materialium sonderliches nichts dabey zu erinnern, weil dem Instrumento pacis allerdings nachgegangen wäre*, allein möchte man die Worte: Domini Territorii, heraus nehmen; denn ja keiner Iudex, oder Executor in propria causa seyn solte. apud MEIERN *T. VI. p.* 794. Qua in re etiam concedebant euangelici.

§. XVIII.

RECESSVS EXSECVTIONIS PRÆLIMINARIS.

Nondum his laboribus res confecta erat, sed accedebant adhuc *duo recessus*, alter *præliminaris*, alter *principalis*. Et in præliminari quidem recessu §. 3. iis, quibus aliquid est restituendum, fuit permissum: *Durch ihre eigene Mittel, auch Hülf derer nächst an Handen habenden Kayserlicher, Königl. Schwedischer, oder anderer Waffen, und also manu militari sich zu restituiren und einzusetzen, welche wiewohl militarische, doch rechtmäßige Exsecution keinesweges für eine Contravention des zu Osnabrück und Münster geschlossenen Universal Friedens gehalten und angezogen werden, und noch dazu die wiedersetz-*

ſetzliche Reſtituentes allen daraus flieſſenden Schaden und Unkoſten zu erſetzen ſchuldig ſeyn ſollen. Hactenus igitur exſecutio in cauſſa propria nihil habet vitii. Verum vehementer erraret, qui hanc poteſtatem *reſtituendis* ſimpliciter, iisque ſimul facultatem *in propria cauſſa cognoſcendi* datam exiſtimare vellet. Pertinent iſta vnice ad caſus, quos conuentus Norimbergæ celebratus *liquidos* edixerat, atque peculiari deſignatione, quæ ſub *lit. A.* dicto receſſui iuncta fuit, comprehenderat. Neque aliter præterea locum habent, quam ſi officium ordinariorum exſecutorum antea fruſtra fuerit imploratum. Id quod clariſſime patet ex iis, quæ præcedunt: *So dann Churfürſten und Stände des Reichs betreffend, verbleibt er dabey, daß in dem Puncto Reſtitutionis . . . die caſus liquidi ab illiquidis zu ſepariren und dergeſtalt zu forderſamſter Richtigkeit zu befördern, daß die Caſus liquidi, welche entweder in dem Inſtrumento Pacis ſpecialiter, und mit Namen ausgedruckt, oder doch unter denen Regulis generalibus unverneinlich begriffen, ſonderlich was in der Nähe und Kürze der Zeit halber ohne das leichtlich abzurichten iſt;* als nemlich die in beyliegender Deſignation Lit. A. ſpecificirte, *noch vor dem erſten, andern und dritten Termino Exauctorationis & Euacuationis erörtert und exſequirt, in Entſtehung deſſen denen Reſtituendis noch vor Ausgang des letzten Termini Exauctorationis & Evacuationis erlaubt ſeyn ſolle, auf weitere Oppoſition oder Tergiverſation der Reſtituenten, und wann dieſelbe durch die Crayßausſchreibende Fürſten oder Executores zu der Schuldigkeit anderſt nicht zu bewegen, mit und neben denſelben, oder durch ihre eigene Mittel &c.* Reliquorum adhuc *illiquidorum* caſuum diſceptatio intra trium menſium ſpatium finiri debebat, non a parte, cuius intererat, ſed ab iis, vti §. 4. ſqq. d. rec. expreſſe diſponitur, quibus in negotii datum fuit. Quæ omnia vberius illuſtrari poterunt ex *tomo primo actorum exſecutionis*, vbi frequens ſeparationis *caſuum liquidorum ab illiquidis* mentio. Inprimis huc facit *concluſum principum imperii de 1. Iun. 1649. Wollen die Fürſtl. Abgeſandten nicht ermangeln, auf einen bequemen Tag die nach vermöge jüngſt* ausgeſtellter Deſignation *deſiderirende Reſtitutiones durchzugehen, und woferne darinnen* caſus clari & liquidi, *und die in inſtrumento pacis fundiret ſeyn, zu finden, an ihrem Ort nach Möglichkeit ver-*

vermitteln helfen, auf daß denen Grauatis die Reſtitution, in Kraft mehrgedachten Inſtrumenti Pacis eheſtens gedeye; die non clari & illiquidi aber an gehörigen Ort verwieſen werden. *Acta exſecut. T. I. p.* 76. Immo tantum abeſt, vt in actis circa laudatum receſſum præliminarem vnquam de cognitione in propria cauſſa concedenda vel cogitatum fuerit, vt poſtquam cæſarei in *declaratione de* 8 *Mai.* 1649. poſuiſſent: *Den erſten Puncten belangend, nemlich die Reſtitution ex capite amneſtiæ & gravaminum, darinn giebt der Friedenſchluß Art. XVI. klare Maas und Ziel, daß Ihre Kayſerl. Maj. vermittelſt der Herrn Crayßausſchreibenden Fürſten und Crayß Obriſten, oder geſtallten Sachen nach, durch andere Commiſſarien, die Execution verfügen, und einem jeden, ſo ſich dem Friedenſchluß gemäs dazu legitimiren wird, reſtituiren ſollen, welches dann von Stund an des geſchloſſenen Friedens, ſo viel ſich nur darum angemeldet und vermittelſt deſſelben Inhalts dazu befugt ſeyn* darüber aber die Cognition nicht den Reſtituendis ſelbſt *oder der Königl. Majeſtät in Schweden, ſondern vermög Friedens-Schluß den Commiſſarien von beyderley Religionen zuſtehet, unweigerlich geſchehen, und noch heutiges Tages geſchicht, auch ins künftige geſchehen ſoll und muß. Act. exſecut. T. I. p.* 41. Sueci in replicis ſuis, quoad prohibitam ipſorum reſtituendorum cognitionem, nihil plane opponerent, ſed tantum reſponderent: *Weil demnach der Friedenſchluß die Fortſetzung der Execution Kayſerlicher Majeſtät Direction* allein *zuordnet, ſo haben Ihre Königl. Majeſtät in Schweden ſich an dieſelbe* allein *zu halten. Dannenhero auch die Herrn Kayſerlichen nochmaln erſucht werden, dies höchſtnöthige Executions-Werk vermöge des erſten in Art. III. und XVI. §. Reſtitutione &c. ex capite amneſtiæ & Gravaminum fundirt und übergebenen Aufſatzes allerdings zur Wirklichkeit zu befördern. Was die von den Herrn Kayſerlichen fürgeworfene Königlich-Schwediſche Cognition betrift; ſo iſt nicht ohne, daß Ihre Königliche Majeſtät zu Schweden, neuer unentſchiedener Gravaminum halber, ſich keine Cognition anmaſſen; allein über die hiebevorige, den Evangeliſchen Ständen zugefügte, und durch Hinterhaltung der Iuſtiz annoch bedrückende Beſchwerung, haben Ihre Königl. Majeſtät zu Schweden bishero, Gott Lob, geführte ſiegreiche Waffen, derſelben nicht allein die Cognition, ſondern*

auch

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0034
DFG

auch deren Neben-Deciſion, attribuiret, dahero höchſtgedachte Königl. Majeſtät billig wegen der decidirenden Gravaminum Execution zu vigiliren. Es wäre dann, daß derſelben Iniuſtitia belli, und die Schuld ſo vieler tapfern Helden unſchuldigen Blutvergieſſens wollte beygelegt werden. ibid. p. 49. Vt igitur argumentum a permiſſo armorum vſu in cauſſa ab iis, ad quos ea res pertinet, deciſa, ad cognitionem ſuper cauſſa dubia non valeat.

* Quod ad armorum vſum in cauſſis P. W. notandum, regulam eſſe, *vt nulli omnino ſtatuum imperii liceat, ius ſuum vi vel armis perſequi, art. XVII. §. 7.* Exceptio eſt, vt, ſi cauſſa aliqua ab iis, quibus huius rei ius eſt, liquida pronunciata, poſt fruſtra imploratum exſecutorum pacis auxilium, non tantum propria auctoritate armisque rem ad effectum perducere liceat, *receſſ. exſec. §. 3.* ſed etiam poſt *triennium* omnes & ſinguli transactionis huius conſortes cum *parte læſa* conſilia viresque jungere teneantur, *art. XVII. §. 6.*

§. XIX.

RECESSVS EXSECVTIONIS PRINCIPALIS.

In receſſu exſecutionis principali nihil ab iis, quæ hucusque expoſita ſunt, diuerſi ſtatuitur, ſed cuncta ad exſecutionem pacis pertinentia deciſioni imperatoris, atque, qui iuſſu ipſius agunt, ducum directorumque circularium, & eorum, qui nunc temporis ſpeciatim ad exſecutionem deputati fuerant, vbiuis relinquuntur.

§. XX.

QVÆDAM DE EXSECVTIONE P. W. AXIOMATA.

Hæc breuis eſt legislationis circa exſecutionem pacis Weſtphalicæ, quantum inſtituti ratio exigit, hiſtoria. Vnde colligimus, I.) imperatorem eſſe exſecutorem huius pacis; II.) Si ſtatus imperii conueniatur ad reſtituenda bona mediata, nullam eſſe domini territorialis iurisdictionem, ſiue cauſſa ipſum tangat, ſiue minus. III.) Dominum territorialem nunquam iudicem poſſe eſſe in cauſſa propria, ſi vel maxime ipſi res ſit cum ſubdito ſiue priuato.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0035
DFG

§. XXI.

IN CVNCTIS P. W. CAVSSIS IMPERATOREM ADIRE LICET.

Ex primo axiomate nulla poteſt ſupereſſe dubitatio, quemlibet, qui ex pace Weſtphalica aliquid petit, aut de turbatione contra eam queritur, quamuis lis ſit de bonis mediatis, ſtatim imperatorem adire, neque eum inuitum, vt cauſſam iudicio territoriali ſubmittat, cogi poſſe. Quod etiam diſertis verbis diſponitur in *receſſu executionis principali §. 28. So viel dann andere in den dreyen Terminen nicht ſpecificirte - - Reſtitutions-Fälle betrift, die ſollen pro excluſis keinesvveges gehalten, . . . ſondern* männiglichen *expreſſe reſervirt und vorbehalten ſeyn, ſeine Nothdurft hernach bey ſeines, oder wie im Inſtrumento Pacis verſehen, nächſt angelegenen Crayſes ausſchreibenden Fürſten, oder gar* bey Kayſerl. Maj. *gebührend vor und anzubringen, allvo er damit gehörig . . . vverden ſolle.*

* Conferri poteſt *Perilluſtris de* LVDOLF *ius camerale S. 1. §. 4. pag. 45.* vbi contra DECKHERVM *diſſentientem* diſputat. Qua occaſione non poſſum, quin illud quoque moneam, fruſtra prouocari ad iudicium *auſtrægale*, ſiue *legale* ſiue *conuentionale*, ſi lis intercedit cum eo, qui de turbatione contra pacem Weſtphalicam queritur. Ec hinc, licet alibi concedas, auſtrægas *conuentionales* in cauſſis mandatorum S. C. prætermitti non poſſe (quod tamen falſiſſimum eſt); nulla tamen ratione doctrinæ huic locus eſſe poſſet in cauſſis pacis Weſtphalicæ, vbi, peculiari exſecutionis modo conſtituto, cuilibet facultas imperatorem ſtatim adpellandi eſt permiſſa.

§. XXII.

SVBIECTIONIS REALIS NVLLA IN CAVSSIS P. W. HABETVR RATIO.

Ex ſecundo axiomate ſequitur, vt minime in cauſſas P. W. quadrent, quæ alias de ſubiectione ſtatuum imperii *reali*, quam vocant, ratione bonorum in alieno territorio ſitorum, ſat firmis rationibus proferuntur. Neutiquam deſerimus HERTIVM noſtrum in diſſertatione *de ſubiectione territoriali.* §. 3. Sed nihil ibi legas de

cauſſis

cauſſis P. W. ſuper quibus ſi interrogatus fuiſſet vir æternæ memoriæ, procul dubio aliter reſpondiſſet.

* Addo, non eſſe extendendam doctrinam iſtam vltra limites ſuos. Sane ſi princeps bona in alterius territorio *vi pactorum familiæ*, adeoque iure non *priuato* ſed *publico* prouinciæ poſſidet; & poſtea ſuper ipſis illis pactis, eorumque recta interpretatione lis oritur: abs re alieniſſimum foret, alterum alterius compaciſcentis iurisdictioni ex capite rei ſitæ ſubiicere velle.

§. XXIII.

DOMINVS TERRITORII NON POTEST ESSE IVDEX IN CAVSSA PROPRIA.

Denique ex tertio axiomate patet, perperam omnino ad cauſſas P. W. adplicari, quæ de domino territorii vi conſuetudinis ſubditos in proprio iudicio conueniente vulgo diſputantur. Neque hanc conſuetudinem negamus, quæ ſaltim iis in locis, vbi iudicia per miniſtros iuſtitiæ bene ſunt conſtituta, nihil habere dubii videtur. Sed quemadmodum illa, a natura & eſſentia iudiciorum nimium diſcedens, non eſt extendenda; ita contra expreſſam pacis Weſtphalicæ litteram, quæ, vt ſupra attulimus, a nulla re magis, quam a cognitione in propria cauſſa abhorret, nullum ipſius poteſt eſſe momentum.

§. XXIV.

PROCESSVS ARRESTI PROHIBITVS 1) IN CAVSSA PRINCIPIS PROPRIA.

Hi ſunt limites iurisdictioni territoriali in pace Weſtphalica clariſſime poſiti, qui cum verbis, aut ex actis publicis, aut ex ipſo pacis inſtrumento deſumtis, a nobis probati fuerint, non veremur, dicam eam ob rem! nobis ſcriptum iri. Propius igitur accedimus ad ſcopum noſtrum; *proceſſum* ſcilicet *arreſti*. Exulat ille in omnibus cauſſis, in quibus exercitium iurisdictionis territorialis eſt ſuſpenſum. (§. V.) Cum itaque quod ad cauſſas P. W. attinet, iurisdictioni territoriali omnis vis & poteſtas abiudicata ſit in cauſſa domini territorialis propria, ſiue lis ſit cum conſtatu ſiue cum ſubdito; (§. XXIII.)

luce meridiana clarius adparet, nullum hac in parte proceſſui per arreſtum formando relinqui locum, ſed eum eſſe prohibitum & iniuſtum, atque per mandata S. C. a ſummis imperii tribunalibus merito coërcendum. Neque eſt, quod aliquis hic metuat exceptionem, quam GAILIVS *de arreſt. cap.* 7. *n.* 1. & BLVMIVS *proceſſ. cameral. tit.* 33. *n.* 37. contra mandata, quæ ſuper *conſtitutione imperii de arreſtis* decernuntur, concedunt, *arreſtatum* ſcilicet *in loco arreſti non eſſe ſtatum imperii, ſed ſubditum arreſtantis*, quo probato mandatum tollendum volunt. o) Etenim proceſſus arreſti in cauſſa domini territorialis *propria*, ſi lis ad pacem Weſtphalicam ſpectat, ſimpliciter eſt prohibitus & iniuſtus. Vnde non opus eſt, vt hoc caſu in auxilium vocemus conſtitutionem iſtam *ſpecialem de arreſtis*, ſed mandatum ex iure communi ſuper *quatuor caſibus*, vti loquuntur, petitur. p)

o) Quam tamen opinionem graviſſimis argumentis impugnat LYNCKER *de grauamine extraiudiciali cap.* 9. *part.* 2. §. 58. *ſqq.* cuius ſententia etiam, donec aliud lege imperii ſtatuatur, vſu fori obtinet, vt docet B. de LVDOLF *in iure camerali Sect.* 1. §. 9. *n.* 7. *exeunte p.* 97.

p) Probe a ſe inuicem diſtiguenda ſunt mandata ſuper *quatuor caſibus*, quæ vbi factum nullo iure iuſtificabile eſt commiſſum, ſemper locum habent; & mandata ſuper *conſtitutione aliqua ſpeciali*, v. g. *de pignorationibus, de arreſtis &c.* Hac conſtitutiones complectuntur *ius ſingulare*, mandatis S. C. locum etiam in iis cauſſis dantes, in quibus ea de iure communi decerni non poſſunt, vnde etiam tot ſunt adſtrictæ conditionibus, quæ probandæ ſunt ab eo, qui in illis intentionem ſuam fundat. *Pignorationes* enim & *arreſta* ex iurisprudentia Germanorum non ſunt facta ſimpliciter prohibita. Quodſi igitur in *arreſto* concurrit factum aliquod omni iure iniuſtum, res ex iure communi eſt decidenda, vbi conditionibus, quæ conſtitutiones ſpeciales circumſtaut, non opus eſt.

§. XXV.

2) SI STATVS IMPERII CONVENIATVR AD RESTITVENDA BONA MEDIATA.

Idem omnino eandem ob cauſſam dicendum, ſi *ſtatus imperii*, quamuis *a tertio*, ex pace Weſtphalica ad reſtituenda bona, in alieno territorio ſita, conueniatur, quia tunc quoque nullum eſt iurisdictionis territorialis exercitium. (§. XXII.)

§. XXVI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0038
DFG

§. XXVI.

3) SI MEDIATVS CONVENIATVR, QVI VICISSIM VI P. W. REM CONTROVERSAM SIBI ADSCRIBIT, IN PRIMIS, SI IPSVM LITIS OBIECTVM ARRESTO CONSTRINGATVR. VNICVS CASVS, VBI PROCESSVS ARRESTI LOCVM HABERE POSSET.

Denique etiam proceſſus arreſti prohibitus iure cenſetur, ſi a *tertio mediatus* ſiue *priuatus* conueniatur, qui rem controuerſam viciſſim vi P. W. ſibi adſcribit, q) cum quilibet, qui ex pace dicta aliquid petit, aut de turbatione contra eam queritur, imperatorem ſtatim adire, neque, vt coram iudicio territoriali litiget, cogi queat. (§. XXI.) Quæ prohibitio in primis locum habet, & cum pœna fractæ pacis coniuncta eſt, ſi quis eum, qui ſemel ex pace legitimo modo reſtitutus fuit, nouis actionibus impetiturus, iurisdictionem hac ratione fundare vellet, vt ſtatim ipſum litis objectum arreſto conſtringatur, & reſtitutus ante cauſſæ cognitionem poſſeſſione deiiciatur. Clara enim ſunt pacis verba *art. XVII. §. 4. Qui vero huic transactioni, vel paci publicæ, conſilio vel ope contrauenerit, vel exſecutioni aut reſtitutioni repugnauerit*, vel etiam legitimo modo ſupra conuento & ſine exceſſu facta reſtitutione, ſine legitima cauſſæ cognitione & ordinaria iuris exſecutione reſtitutum de nouo grauare tentauerit, *ſiue clericus ſine laicus fuerit, pœnam fractæ pacis ipſo iure & facto incurrat, contraque eum iuxta conſtitutiones imperii* reſtitutio & præſtatio cum pleno effectu decernatur & demandetur. r) Et quid, quæſo, fiet de reſtitutis ex capite *amneſtiæ*, ſi eiusmodi procedendi modus eſt licitus? ſemper ibi fit reſtitutio *ſaluis iuribus quibuscunque*. Actor itaque, ſi bona eſſent mediata, facili negotio ſibi conſulere poſſet, modo a iudice rei ſitæ impetraret arreſtum, quæ optima eſſet via, pacis diſpoſitionem eludendi, & reſtitutum ſine longis ambagibus rurſus deiiciendi. Eſt igitur ille modus procedendi a pace Weſtphalica ita alienus, vt nihil poſſit eſſe magis.

q) Si *mediatus* vel *priuatus*, qui ad reſtituendum ex pace Weſtphalica conuenitur, nullo pacis patrocinio ſe tueri poſſet, negans tantum actoris

intentionem; non adeo repugnarem, tunc huius arbitrio relictum videri, vtrum coram domino territorii, an alibi, ius suum persequi velit. Qui forte *vnicus* casus est, vbi in caussa P. W. processus *arresti*, caeteris paribus, locum habere posset. In statibus imperii, si ad restituenda bona mediata conueniuntur, res aliter comparata, quippe qui in his caussis iurisdictione territoriali simpliciter sunt exemti. (§. XVI. & §. XX.)

r) Verba: *Qui vero - - legitimo modo supra conuento & sine excessu facta restitutione, sine legitima caussae cognitione & ordinaria iuris exsecutione restitutum de nouo grauare tentauerit*, obscura aliquo modo & captiosa videntur *celeberrimo auctori meditationum ad I. P. O.* Duobus enim modis ea declarari posse. Vno: *qui semel restitutum legitimo modo, supra art* 16. *conuento, & restitutione sine excessu facta, grauare de nouo tentauerit sine legitima caussas cognitione & ordinaria iuris exsecutione*; & altero: *si quis restitutum legitimo modo & restitutione sine excessu facta de nouo grauare tentauerit, hoc praetextu, quasi restitutio sine legitima caussae cognitione & ordinaria iuris exsecutione facta sit.* Ipse tamen priorem declarationem verbis legis magis conuenire existimat, quam nos quoque prae altera amplectimur. Etenim verba illa: *legitimo modo conuento & sine excessu*, initio tum a formula, quam Sueci exhibuerant, *Act. pacis T. V. p.* 936. tum ab ea, quae secundum monita principum composita fuerat, *l. c. T. IV. p.* 95. *&* 110. aberant, conceptione ita habente: *Qui vero - - facta restitutione, sine legitima caussae cognitione & ordinaria iuris exsecutione restitutum de nouo grauare tentauerit.* Addebant postea demum Sueci, restitutionem factam esse debere *modo legitimo conuento & sine excessu, d. T. VI. p.* 110. procul dubio, vt potentiorum ausibus obicem ponerent. Vnde patet, quaestionem esse non potuisse, *vtrum, si restitutio modo conuento & sine excessu facta esset, eam sub praetextu, quod legitima caussae cognitio & ordinaria iuris exsecutio non praecesserit, rescindere liceret?* cum *legitimae caussae cognitionis & ordinariae iuris exsecutionis* mentio iam facta fuerit, antequam de restitutione *modo conuento & sine excessu* facienda aliquid dictum esset. Quantum igitur ego quidem capio, respicitur hoc loco in primis ad restitutos ex capite *amnestiae*, qui, si semel modo conuento & sine excessu restituti sunt, in *quieta possessione* relinqui debent, donec per legitimam caussae cognitionem & ordinarium coram iudice competente institutum processum aliud cuictum fuerit.

XXVII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0040
DFG

XXVII.

CONCLVSIO.

Plura ad praesens non addo. Tantum adhuc testor, me per ea, quae hactenus de *processu arresti in Caussis P. W. prohibito* attuli, nihil omnino detractum velle eminentissimis iuribus & officiis, quae alias statibus imperii, omnibus & singulis, circa tuendam pacem Westphalicam competunt & incumbunt. Sed ponunt ista semper caussas *liquidas*. Cum contra hoc loco de caussis *illiquidis*, per caussae cognitionem adhuc expediendis, disputatum fuerit.

FINIS.

OPVSC. II.

D. FRANCISCI IVSTI KORTHOLTI,

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI DE ABVSV DOCTRINAE QVOD IN CAVSSIS PACIS WESTPHALICAE EXSECVTIO CITRA PROCESSVM LOCVM HABEAT.

SVMMARIA DISSERTATIONIS.

SECTIO I.
DE EXSECVTIONE GENERATIM.

§. 1. *Quid exſecutio?*
§. 2. *Vnicum exſecutionis obiectum eſt cauſa liquida.*
§. 3. *Cauſa liquida quaenam?*
§. 4. *Quid inſtrumentum garentigiatum, & quatenus ex eo ſimplex exſecutionis petitio competat?*
§. 5. *De exſecutione citra proceſſum.*
§. 6. *De actione rei iudicatae, actione confeſſoria & proceſſu exſecutionis.*
§. 7. *Exſecutio cauſae alicuius certa, & tamen cauſa ipſa poteſt eſſe incerta.*
§. 8. *De differentia inter proceſſum exſecutionis & proceſſum exſecutiuum.*
§. 9. *Ius exſequendi cuinam competat?*
§. 10. *Alia eſt exſecutio principis vel iudicis, alia miniſtrorum.*
§. 11. *Legibus paſſim eſt definitum, per quas perſonas exſecutiones ſint perficiendae.*
§. 12. *Exſecutores ſunt vel meri vel mixti.*
§. 13. *Merus exſecutor nullas ſibi vindicare poteſt partes iudicis.*
§. 14. *De mixto exſecutore.*

SECTIO

SECTIO II.

DE IVRE EXSEQVENDI IN IMPERIO R. G.

§. 15. *Ius exsequendi in Imperio a primis temporibus Imperatoris est.*
§. 16. *Imperantibus Maximiliano I. & Carolo V. munus exsecutiones perficiendi ducibus circulorum est delatum.*
§. 17. *Idem munus postea quoque directoribus circulorum est constitutum.*
§. 18. *De insigni præeminentia directorum atque ducum circularium præ reliqua exsecutorum classe.*
§. 19. *Directores atque duces circulorum in propria caussa nunquam, contra mediatos vero non nisi in subsidium iure exsequendi gaudent.*
§. 20. *Directores atque duces circulorum sunt exsecutores meri, neque vlla ipsis competit iurisdictio in reliquos status.*
§. 21. *Idque verum est siue exsecutio rerum iudicatarum, siue exsecutio legum & pacificationum imperii spectetur.*
§. 22. *Dubia nonnulla, quod ad exsecutionem pacificationum atque legum Imperii attinet, recensentur.*
§. 23. *Solutio dubii primi,*
§. 24. *secundi,*
§. 25. *tertii,*
§. 26. *quarti.*
§. 27. *Ius exsecutionem decernendi & mandandi hodienum penes Imperatorem subsistit.*
§. 28. *An suprema Imperii tribunalia exsecutionem circulorum per mandata remorari queant.*

SECTIO III.

DE EXSECVTIONE PACIS WESTPHALICAE.

§. 29. *In causis P. W. regulariter exsecutio citra processum obtinet.*
§. 30. *Summa capitum P. W. diuisio.*
§. 31. *De capite amnestiæ & grauaminum.*
§. 32. *De negotiis, quibus nihil commune fuit cum bello tricennali, & quæ tantum maioris firmitatis causa pacis tabulis sunt inserta.*
§. 33. *De vi confirmationis, quæ pactis vel transactionibus antea iam absolutis P. W. accessit.*
§. 34. *De firmamentis P. W.*
§. 35. *De clausula, vt pactum in vim legis fundamentalis valere debeat.*
§. 36. *De indole guarantiæ pacis generatim.*
§. 37. *Guarantia suscepta guarando nullam iurisdictionem tribuit.*
§. 38. *De guarantia, quæ super P. W. promissa fuit, speciatim:*
§. 39. *Conclusio ex dictis de vi & effectu confirmationis, quæ in P. W. pactis vel transactioni accessit.*
§. 40. *Modus exsecutionis in causis P. W.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0043
DFG

§. 41. *Quo ad summam rei attinet, idem est, qui in aliis Imperii exsecutionibus.*
§. 42. *Singularia quædam, quæ in exsecutione P. W. occurrunt, ex ipso pacis instrumento.*
§. 43. *Quæ post pacem conclusam accesserint.*
§. 44. *Arctior modus exsequendi & recessus exsecutionis vnice ad caput amnestiæ & grauaminum, atque exauctorationem militu & eiacacuationem locorum pertinent.*
§. 45. *De cognitione, quæ in arctiore modo exsequendi directoribus & ducibus circulorum vindicatur.*
§. 46. *De recessibus exsecutionis Norimbergensibus.*
§. 47. *Acta in comitiis 1653 & 1654.*
§. 48. *Conceptio concluſi de potestate deputatorum per Moguntinum.*
§. 49. *Monita Euangelicorum.*
§. 50. *Constitutio in R. I. N. §. 191. sqq.*
§. 51. *Acta in comitiis ab anno 1663.*
§. 52. *Capitulationes cæsareæ.*
§. 53. *Quis lædens & quis læsus dici debeat?*
§. 54. *Modus procedendi in causis restitutionum ex instrumento P. W. iussu quorundam legatorum Euangelicorum publicatus.*
§. 55. *De iudice in causis P. W. quæ ad caput amnestiæ & grauaminum non pertinent.*
§. 56. *An suprema Imperii tribunalia exsecutionem circulorum in causis P. W. sistere queant?*

SECTIO IV.

DE ABVSV DOCTRINAE, QVOD IN CAVSIS P. W. EXSECVTIONE TANTVM OPVS SIT, NON PROCESSV.

§. 57. *Abusus primus in peruersa applicatione remediorum restitutionis.*
§. 58 *Alter abusus, si quis exsecutionem sibi arrogat in causa propria.*
§. 59. *Tertius abusus, si quis, vt sententiam iudicis competentis declinet, causas P. W. sine discrimine ad comitia Imp. defert.*
§. 60. *Quartus abusus, si quis exceptiones, quæ substantiam & valorem P. W. non impugnant, admittere nolit, vbi de exceptione præscriptionis.*

SECTIO

SECTIO PRIMA.

DE EXSECVTIONE GENERATIM.

§. I.

QVID EXSECVTIO?

EXSEQVI generatim idem est ac *peragere*, *perficere*, *implere*. Vnde frequentes in iure nostro locutiones: *exsequi mandatum*, *exsequi nuptias*, *exsequi actionem & accusationem* &c. conf. BRISSONIVS *de verborum significatione*, voce: *exsequi*. Specialius *exsecutio* est *actus*, *quo is*, *qui partes officii sponte implere detrectat*, *ad eas perficiendas cogitur auctoritate publica* a).

a) Interpretes, vtplurimum vnice de *exsecutione rei iudicatæ* solliciti, huius quoque mentionem in definitione iniicere solent. Sed cum non tantum *res iudicata*, sed quodlibet aliud quoque ius quæsitum, si *clarum et plane liquidum* est, obiectum exsecutionis esse queat, definitio paullo laxius concipienda fuit. vid. RHETIVS *de except. parat. exsec. imped. C. I. n. 2. sq. Vol. II. diss. iunctim editar.*

§. II.

VNICVM EXSECVTIONIS OBIECTVM EST CAVSSA LIQVIDA.

Vnicum exsecutionis obiectum est caussa *liquida*, vti inter omnes conuenit, b) Quemadmodum enim, vbi res certa & definita est, iniquum foret, partes per processum & iudicii strepitum amplius circumducere; ita ab omni iure est alieniſſimum, in iis, de quibus adhuc lis & disputatio intercedit, ante caussæ decisionem, exsecutionem poscere velle.

b) COLERVS *de processib. exsecut. P. III. cap. I.* FRIDERVS *de mandatis cap. LIX. sqq.*

§. III.

CAVSSA LIQVIDA QVAENAM?

Caussa autem pro *liquida* habetur vel *per se & ante sententiam iudicis*, vel *per rem iudicatam*. Priori respectu duplici inprimis ra-

tione alæquid *liquidum* dicitur, vel *quod verum & iustum esse in præsentia ex confessione aduersarii constat*, vel *quod celeriter & expedite probari potest c)*. Verum vti probationis celeris & expeditæ vsus satis insignis est in *processu executiuo*, qui non est ipsa executio, sed tantum executionis præparatorium (§. VIII.), & in materia de *compensationibus*, quibus in casibus pro liquido etiam illud habetur, quod, licet nondum liquidum, mox tamen ad liquidum potest perduci: ita argumentum ab expedita vi probandi ad effectum executionis *realis* ductum solide refellit MEVIVS *d)* & ex eo CONRADI *e)*, quod sola probationis fides, quæ saluis semper ex altera parte exceptionibus intelligitur, non adfert vim executionis. Quin ex ipsa negotii natura, & vnanimi iurisconsultorum sententia manifestum est, quando de *executione reali*, per vim & arma perficienda, agitur, aliam causam dici *liquidam* non posse, quam *in qua nihil ad definiendum supereſt*. Id quod esse nequit, quam si aut ipso executionis tempore de causa executioni mandanda inter partes conueniat, aut dubitatio, quam alter forte iniicit, audita fuerit atque discussa *f)*. Etenim per negationem rei ius actoris redditur dubium, & negantes debitores non oportere vi armata terreri, dicitur in *L. 9. C. de O. & A. g)* Vt proinde firmum stet atque inconcussum, executionem non dari, nisi in *confessum* aut *iudicatum*.

c.) Addunt tertio loco causam, *vbi de facto non disceptatur, sed quæ iuris tantum quæstionem habet*, quod ius semper certum sit. ZANGER *de except. P. III. cap. VIII. num. 95. sqq.* VINNIVS *select quæst. iuris lib. I. cap. L.* Sed, quamuis hoc satis bene se habeat, si quæstio aliqua certo iure definita est, veluti si quæratur: *an in contractibus bonæ fidei vsuræ debeantur ex mora?* tamen in casu iuris *dubii & controuersi* res aliter comparata, vbi longis sæpe disputationibus causa peragenda est. Quia tamen aliter omnino procedendum, si *factum* in controuersiam vocatur, aliter si *ius*; casus isti merito separantur, ceu quoque factum in *R. I. an. clɔ lɔc LIV. §. 191.* vbi inter casus Pacis Westphalicæ *illiquidos* & *dubios* distinguitur, de qua re infra pluribus.

d) *Von wucherlichen Contracten P. II. C. III. §. 17.*

e) in dissert. *de executione citra processum non ex quouis documento publico per ord. iudic. Elect. Saxon. recogn. impetranda §. XXIII.*

f) Res optime patescet, si leges quae de *causis liquidis* praecipiunt, inter se contendamus. Quando enim de *executione* agunt, distertis verbis, vt de causa

cauſſa vel *confeſſione partis*, vel ex *re iudicata* conſtare debeat, requirunt, ceu adparet ex *L.* 9. *C. de exſecut. rei iudicatae*, qua Imperatores *Diocletianus & Maximianus* reſcribunt: *Eos, quos debitores tuos eſſe contendis, apud rectorem conueni prouinciae: qui*, ſiue debitum confeſſi, ſiue negantes & conuicti fuerint condemnati, --- *cum latae ſententiae -- meruerint* exſecutionem, *iuris formam tibi cuſtodiet.* add. *L.* 31 *&* 36 *ff. de re iudicata.* Quando autem cauſſam *liquidam* interpretantur etiam eam, quae *celeriter & expedite probari poteſt*, tunc non de exſecutione, ſed de aliis negotiis, quae cognitionis exitum & ſententiam exſpectant, quaeritur, quemadmodum ex *L.* 14 §. 1. *C. de compenſat.* quae huius materiae ſedes eſt, apertum fit.

g) Si vnus ius quoddam ſibi competere adfirmat, alter vero negat, illo rationes, ob quas ſibi competat, allegante, hoc easdem refutante, vel alias in contrarium adferente, adeſt *controuerſia*, uti *Illuſtris L. B. de* WOLFF rem exprimit in *iure gentium* §. 562. Et hinc, quando in *C.* 10. *X de cohabitat. clericor.* quaeritur: quinam clerici concubinarii in officiis ſuis vitandi ſint? & pontifex regerit, eos vitandos eſſe, quorum peccatum notorium eſt *per ſententiam, ſeu confeſſionem, aut per euidentiam rei, quae celari non poſſit:* bene *Illuſtris* BOEHMER *I. E. P. L. II. tit.* 1. §. 10. *ſed quid*, inquit, *ſi clericus concubinarius contradicat, deſuperque litem moueat, annon tunc audiendus, an vero praetextu* notorii *plane a limine iudicii repellendus? id papa in* cit IX. *haut adſerit: nec adſerendum, quamuis ſummarie procedi queat.* Immo, licet facti iurisque notorietas extra dubitationem poſita ſit, tamen adhuc dubia eſſe poteſt iuris ad factum applicatio, adeo, vt nec eo caſu ab exſecutione incipiendum, ſed potius ſingula, quae circumſtent, probe ſint excutienda. *B. Cancellar.* WEBER *in elect. proceſſ. ſummarii* § *VI.* Quod exemplo illuſtrat *Illuſtris* BOEHMER *l. c.* §. 9. ſi nimirum quis publice libellum famoſum affixerit, neque conſtat, vtrum id inſania, dementia, an ex proaereſi fecerit? Alio ordine ſi proceditur, proceſſus eſt *tumultuarius*, quem Canoniſtae in *notorio ſuo* effinxerunt; ſanior vero tum catholicorum tum euangelicorum iurisprudentia abhorreſcit. Addi poteſt IO. SAM. STRYKII *examen doctrinae de notorio*, & COCCEII *de abuſu mandatorum S. C.* §. 3. *ſqq.*

§. IV.

QVID INSTRVMENTVM GARENTIGIATVM, ET QVATENVS EX EO SIMPLEX EXSECVTIONIS PETITIO COMPETAT?

Ex dictis liquet, quid tenendum ſit de *inſtrumentis, garentigiatis*, quibus vulgo vim *exſecutionis paratae* tribuere ſolent. Dicuntur

tur instrumenta *garentigiata h)* proprie, quae clausulis exsecutiuis munita sunt, e. g. *Daß dieser vergleich tanquam res iudicata angesehen, und der Contrauenient gleich per praeceptum zu dessen Erfüllung angehalten werden solle*; vel, *daß der Glaubiger Macht haben solle, mit oder ohne Recht, absque litigii sufflamine, ohne vorhergehende Citation und Proceß alsobald per viam facti zu procediren i)*. Vnde hodienum ex vsu Camerae Imperialis, nisi instrumento insertae sint clausulae exsecutiuae, verbis quibuscunque, processus *mandati* locum non habet, docente LVDOLFO *k)*, quem non recte cepisse videtur *Illustris* MOSERVS *l)*. In aliis iudiciis sensim inualuit, vt quodlibet chirographum, licet clausulis exsecutiuis destitutum, modo ex eo statim liquido adpareat, *quis, quid, cui & ex qua caussa debeat*, pro instrumento garentigiato habeatur, & exsecutiue ex eo agi queat *m)*. Siue autem instrumentum garentigiatum ex significatu suo proprio & antiquo, siue ex eo, quem recentior aetas ipsi imposuit, interpretemur, certum est, exsecutionem exinde simpliciter neque peti, neque decerni posse, nisi aut I) ita sit comparatum, vt confessionis iudicialis similitudinem habeat, quod fieri potest, si initio statim ad effectum paratae exsecutionis speciatim a debitore in iudicio fuerit recognitum, facta numeratae pecuniae & debiti confessione, cum renunciatione omnium exceptionum & vlterioris recognitionis *n)*; aut II. maiori adhuc, quam qua vel res iudicata vel confessio gaudet, contra omnes exceptiones, quae ipsus capita impugnant, munitum sit securitate, quorsum in Germania pertinet *instrumentum Pacis Westphalica o)*, de quo suo loco. Alias iuris analogia non patitur, contra non auditum neque condemnatum exsecutionem decernere, si vel maxime instrumentum *publicum* fuerit, aut *recognitum*, quia hac ratione iudici quidem fides de contractu facta est, quod ipsum tamen exceptiones, quas reus forte contra exactionem habet, non excludit *p)*. Equidem moribus in eiusmodi caussis *processus exsecutiuus* inualuit: sed ille non ab *exsecutione*, verum a *praecepto* inchoatur, quod deinde sufficiens caussae cognitio, & hanc demum sententia & exsecutio sequitur (§. VIII.)

h) Quaestionem de *instrumentis garentigiatis* non satis expeditam appellat *B. de* LVDOLF *in systemat. iur. camer. sect I. §. 10. p. 134.* Occasionem obscuritati dedisse videtur, quod veteres interpretes *fidem probationis & vim exsecutionis* non semper separauerint, neque satis distinxerint inter *confessionem*

fessionem iudicialem, & *extraiudicialem*, itemque inter confessionem *puram* & *absolutam*, atque confessionem *respectiuam*, qua in re saepius peccauit ICtus eximius, FRIDERVS, *de mandatis cap. LVIII. sqq.* quem deinde plerique omnes secuti sunt. Satis tamen lucis adferunt SCHILTER *Exerc XIII.* §. 15. *sqq.* BOEHMER *de actionib. Sect. II. cap.* 8. §. 8 *sq.* CONRADI *de exsecutione citra processum* §. 3. *sqq.*

i) *rec. deput. de a. c lɔ lɔ c.* §. 31. *sq.*

k) *loco citato.*

l) *Reichshofraths-Process P. I. cap.* 2. §. 38. *pag.* 105.

m) BOEHMER & CONRADI *loc. citat.* Ceterum ex dictis facilis erit ad decidendum quaestio, vtrum ex instrumento, quod disertis verbis de bonis *in inferiore prouinciae cuiusdam parte loquitur*, *exsecutiue* peti queant bona in *superiore istius prouinciae parte* sita? Enimuero tantum abest, vt ex eiusmodi instrumento ius actoris liquido adpareat, vt potius nullum ipsi ius agendi esse statim in oculos incurrat, adeoque non tantum processus exsecutiuus exulet, sed etiam actor penitus iudicio arceri debeat.

n) B. *de* WERNHER *in enunciat. for. hodiern. P. II. enunc.* 461. BERGER *elect. process. exsecut.* §. *XXIV.* & *oecon. iur. lib. IV tit XXX.* §. *II. not.* 3. CONRADI in laudata iam aliquoties dissert. *de exsecutione citra processum per tot.*

o) *Instrumentum Pacis Westphalicae* quoad vim exsecutionis non tantum cum *re iudicata* omnino conuenit, cui etiam propterea disertis verbis aequiparatur in *art. XVI.* § 12. *in fin. I. P. O.* sed etiam multo maiore, quam illa, auctoritate pollet. Etsi enim res iudicata pro veritate habeatur, plures tamen sunt exceptiones, quibus omnis ei effectus adimi potest, de quibus auctores infra (§ VI.) laudati tractant. Praesto praeterea est remedium *restitutionis in integrum* propter argumenta noua, quae *factum* respiciunt. *Tertio* quoque, quod sua interest, opponere licet, quia res iudicata ipsi neque prodest, neque obest. Quae omnia aliter se habent in instrumento P. W. quod instar *legis fundamentalis* valet, & contra cuius tenorem nullae prorsus exceptiones locum fortiuntur, neque alia quaestio admittitur, quam quae aut excessum exsecutionis aut *satisfactionem* eorum, quce placuerunt, spectat.

p) Nimis igitur liberales sunt, qui instrumentis garentigiatis indistincte eandem vim, eundemque effectum tribuunt, quo gaudet res iudicata, ceu faciunt FRIDERVS *de mandat. cap. LXIX. n.* 6. MEVIVS *P. I. decis.* 240. *n.* 6. & ab his laudati, quorum vero errorem iam confutauit LYNCKER *de grauam. extraiudicial. cap. III. part. II.* § 27. *num* 4. *sqq.* Sane clausula, quod instrumentum tanquam *res iudicata* valere debeat, rem non conficit. Cum enim, si quis in alio foro, quam vbi sententia dicta est, exsecutionem rei iudicatae sine subsidialibus petere velit, simplex exsecutionis

nis petitio non admittatur, sed nova notione opus sit, MEVIVS *P. VI. decis.* 202. BRVNNEM. *proc. ciuil. cap. XXIX. n.* 9. multo magis idem hoc in solo instrumento, clausula *iudicati* tantum munito, valebit.

§. V.

DE EXSECVTIONE CITRA PROCESSVM.

Itaque vbi aut *res iudicata* adest, aut *confessio iudicialis*, eaque *pura* & *absoluta*, aut *instrumentum*, quod vel similitudinem habet confessionis iudicialis, vel maiori adhuc, quam res iudicata & confessio, pollet auctoritate, nullo *regulariter* opus est processu, sed exsecutionem statim citra omnem cognitionem & sententiam *q*) petere & impetrare licebit, quae exsecutio *parata*, vel exsecutio *citra processum* appellari solet.

q) Quemadmodum tamen Romani distinguebant inter confessionem, quae ante litis contestationem in iure facta erat, & eam, quae lite iam contestata superueniebat, vt illic nulla sententia opus esset, hic autem iudex causam sibi semel commissam sententia terminare deberet, vid. PAVLI *recept. sent. lib. V. tit. V. §. 2.* ibique SCHVLTINGIVS: ita hodie vtplurimum propter *expensas* aliasque *praestationes* sententia accedere solet. BOEHMER ad D. h. t. §. 8.

§. VI.

DE ACTIONE REI IVDICATAE, ACTIONE CONFESSORIA, ET PROCESSV EXSECVTIONIS.

Dixi: *regulariter*. Quamuis enim per *rem iudicatam* & *confessionem* rebus incertis & litibus dubiis finis imponatur, vt post alterutram iuris ratio exsecutionem in continenti fieri flagitet; tamen, cum res incerta fieri possit variis modis, e. g. quando sententia incerta est ex natura *actionis vniuersalis*, & sic dubitatur, quaenam res singulares sub ea comprehendantur, nec ne? vel quando de ipsa *confessione* controuersia postea mouetur; aut aliae *exceptiones* exsecutioni opponuntur, de quibus integris scriptis tractant eruditi *r*): sua sponte patet, ante discussas has quaestiones causam nondum omnino esse liquidam, & hinc necesse esse, vt illae legitime expediantur, quod apud Romanos per *actionem rei iudicatae s*) vel *actionem*

nem confeſſoriam t) fieri ſolebat, vnde in noſtris foris *proceſſus exſecutionis.* Germanice: *der Hülfs-Proceß u).*

r) ZANGER *de except. P. III. cap. XXVI. num. 54. ſqq.* AMSEL *de eo, quod ſiſtit exſecutionem.* RHETIVS *de exceptionibus paratam exſecutionem impedientibus.* WILDVOGEL in diſſertatione eiusdem argumenti.

s) *Actionem iudicati* non tam tendere ad id, vt exſecutio fiat, ſed vt *de facto* aliquo iudicetur quod reus inficiatur, ex communi actionum natura, quibus ſemper quaeritur, an aliquid pateat, ſiue liqueat? probat SCHVLTINGIVS *ad* PAVLI *rec. ſent. L. I. tit. XIX. §. 1. not. 2.* Itaque aut circa rem iudicatam omnia erant liquida, & tunc de ſola exſecutione cogitabatur, atque ad eam perficiendam implorabatur Praetoris officium; aut aliquid ſupererat controuerſiae, & haec per actionem iudicati erat expedienda. Addi poſſunt, quae eam in rem diſputata fuerunt inter HVBERVM & THOMASIVM *in iſtius praelectionibus ad ff. tit. de re iudicata §. 50.*

t) De actione *confeſſoria* legi merentur, quae laudatus SCHVLTINGIVS notauit *l. c. lib. II. tit. 1. §. 5. not. 12.*

u) conf. SCHILTER *exerc. XLVI. §. 3.* vbi de conuenientiis & disconuenientiis actionis rei iudicatae & proceſſus noſtri exſecutionis.

§. VII.

EXSECVTIO CAVSSAE ALICVIVS CERTA, ET TAMEN CAVSSA IPSA POTEST ESSE INCERTA.

Quo ipſo manifeſtum eſt, accidere ſaepe poſſe, vt de negotio aliquo, ſi in vniuerſum ſpectetur, certi ſumus, quod exſecutioni mandari debeat, incerti autem, quousque in quaeſtionibus ſingulis, quae circa iſtud oriuntur, exſecutio fieri debeat. Sic nullum eſt pactum validum, nullum teſtamentum, vbi de exſecutione eorum, quae conuenta vel diſpoſita ſunt, dubitari poſſit. Quamobrem etiam eiusmodi negotiis vtplurimum clauſulae exſecutiuae accedunt, & exſecutores conſtituuntur, quibus ſimul modus per promtiſſimam exſecutionem omnia ad effectum dandi praeſcribitur. Nihilominus cum ad exſecutionem ſingulorum capitum deuenitur, infinitas quotidie naſci videmus lites tum de mente paciſcentium vel diſponentium, tum de aliis exceptionibus, quibus alter exſecutionem aut tollere aut minuere intendit. Vt ſuo fundamento non deſtituatur illud practicorum: *poſſe exſecutionem ſententiae eſſe certam, ſed ſententiam ipſam incertam*, quia nihil vetat, vtrumque e. g. verum eſſe: heredi-

tatem ad te pertinere, & tamen rem illam, de qua quaeritur, non esse hereditariam *v*).

v) FABER *in codice definitionum forensium lib. VII. tit. XX. definit. X. not.* 1. *sq.*

§. VIII.

DE DIFFERENTIA INTER PROCESSVM EXSECVTIONIS ET PROCESSVM EXSECVTIVVM.

A processu *exsecutionis* differt omnino processus *exsecutiuus x*), moribus receptus, qui locum habet, si actor instrumento *garentigiato* nititur (§. IV.). Ille enim proprius est rei iudicatae, quando lis principalis per sententiam iam est decisa vel aliis causis aequipollentibus, (§. V.) & eo collineat, vt actor fructum sententiae consequatur. Quapropter *regulariter* hoc casu ad id, vt exsecutio fiat, citatione partis aduersae non est opus *y*). E contrario in processu exsecutiuo initium quidem fit a *praecepto*, & exceptiones, quae altiorem habent indaginem, remouentur: quoad reliqua autem ipsa lis principalis legitime disceptanda est coram iudice competente, neque antequam ea per rem iudicatam definita fuerit, ad exsecutionem progressus fieri potest *z*). Vnde quoque palam est, non ordine inuerso, ceu nonnulli putant, hic procedi, sed ordine recto, summariter tamen *a*).

x) BERGER *Elect. D. F. Supplem. P. I. tit. XVIII. pag.* 186. *& oeconom. iuris lib. IV. tit. XXX. §. 2. not.* 2. SCHILTER *exerc. XIII. §.* 15. HORN *de processu summario §.* 7. WEBER *elect. process. summar. §.* 14.

y) LYNCKER *de grauam. extraiudiciali cap. III. part. II. §.* 28.

z) Equidem plerique tum veteres tum recentiores interpretes ita loqui solent, ac si in processu exsecutiuo initium fiat ab exsecutione. FRIDERVS *de mandat. cap. LVIII. sqq.* MEVIVS *P. I. decis.* 240. *n.* 6. BOEHMER *de action. sect. II. cap. VIII. §.* 9. *in fine.* Quin etiam in ipsis legibus imperii locutio ista occurrit. *rec. deputat. de anno* cIↃIↃC. §. 31. *C. O. C. part. II. tit.* 25. *pr.* Sed si modum procedendi, quem & leges imperii *R. I. N. §.* 76. & ipsi illi doctores modo laudati in processu exsecutiuo praescribunt, *vid.* FRIDERVS *l. c. cap. LXXIV.* considerare volueris, facile patebit, exsecutionem illis dici pro *praecepto exsecutiuo*, adeoque re ipsa nullum esse dissensum. conf. LVDOLF *system. iur. cameral. sect. I. §.* 10.

10. *num.* 2. MOSER *R. H. R. proceſs P. I. cap. I. §.* 7.

a) Sic concidit noua & hucusque inaudita nonnullorum doctrina, quod in cauſſis, quas proceſſu exſecutiuo perſequi licet, arreſtum ſtatim locum habeat. Arreſtum enim eſt ſpecies exſecutionis realis. Quemadmodum vero proceſſus exſecutiuus ab exſecutione reali non eſt inchoandus, ita nec ab arreſto eum incipere permiſſum erit, niſi aliæ cauſſæ accedunt, quæ arreſtum licitum faciunt. Prouocant quidem ad MEVIVM. P. *I. deciſ.* 240. *num.* 4. BLVMIVM *proceſs. cameral. tit. XXXIII. §.* 40. GAILIVM *de arreſtis cap. V. num.* 3. Sed MEVIVS manifeſte agit de ea ſpecie, vbi debitor non tantum pro ſecuritate, ſed potiſſimum citiori conſecutione crediti *indubii & plane liquidi*, facultatem arreſti in ſe & bona ſua conceſſerat creditori, quo in caſu arreſta licita eſſe nihil habet controuerſiæ. GAILIVS autem & BLVMIVS *ll. cc.* de differentia inter *arreſtum* & *ſpolium* tractant, atque cuilibet peculiaria eſſe remedia docent. Nihil vero ibi de *arreſto* in cauſſis exſecutiue peragendis *ſtatim* locum inueniente.

§. IX.

IVS EXSEQVENDI CVINAM COMPETAT?

Ius exſequendi in republica originetenus competit principi, & ſub eius auſpiciis magiſtratibus conſtitutis. Nemo enim ipſe in cauſa ſua, auctoritate propria aut pactum aut ſententiam exſecutioni mandare poteſt, niſi amiſſione iuris ſui plecti velit. *b*) Quin etſi creditori a debitore pacto conceſſa fuerit poteſtas exſecutionem proprio auſu perficiendi, tamen ob diſciplinæ publicæ rationem contra reum inuitum & reſiſtentem nullus huius conuentionis eſt effectus, ſed iudex pro facienda exſecutione implorari debet. *c*)

b) *L.* 13. *ff. quod metus cauſſa L.* 7. *C. vnde vi.*

c) BRVNNEM. *ad L.* 3. *C. de pignor.* STRYK *de cautel. contract. ſect. II. cap. I. §.* 36. PVFENDORF. *introd. in proceſs. ciuil. P. V. cap. I. §.* 3. *pag.* 683.

§. X.

ALIA EST EXSECVTIO PRINCIPIS VEL IVDICIS, ALIA MINISTRORVM.

Nemo vero putabit, principem vel iudicem, dum exſequuntur, ipſos in rem præſentem ituros. Vtuntur ad id opera delegatorum,

qui accepto mandato de exsequendo causam ad effectum perducunt, &, si ipsi eminenti dignitate præfulgent, porro ministros suos adhibent, consummationi operis vltimam manum admoturos. Quamobrem doctores non immerito distinguunt inter exsecutionem *ministrorum* & exsecutionem *principis* vel *iudicis*. Illa vi ac manu fit, & *realis* dicitur in strictiore significatu; hæc vero *iussu* & *imperio*. *d*)

d) COCCEI. *de notione & exsecut. austrægar. sect. I. §. 11.*

§. XI.

LEGIBVS PASSIM EST DEFINITVM, PER QVAS PERSONAS EXSECVTIONES SINT PERFICIENDAE.

Quem in finem, quia multum reipublicæ interest exsecutionem ita fieri, vt & iussionibus principum atque magistratuum sua constet auctoritas, & turbæ atque tumultus, qui ex peruerso exsequendi modo facile oriri possunt, obuiam eatur, publicis legibus passim definiri sueuit certus modus, qui in eligendis personis, ad exsecutiones peragendas, seruari debeat. Sic Romani regulariter tantummodo in caussa *publica* exsecutionem *militarem* admiserunt; vbi autem duntaxat priuatorum caussa agebatur in lite *priuata*, eam arcuerunt, *ciuilem* iudicis cohortem, armatam tamen, sufficere putantes, neque nisi in subsidium, si apparitio ciuilis ad iussa exsequenda satis non esset, vsum militaris adminiculi concedentes. *e*) Sed nec per *priuatos*, quamuis magistratus auctoritas interuenerit, exsecutionem fieri potuisse, verum exsecutores ordinarios ad id adhibendos fuisse contra SALMASIVM *f*) docet SCHVLTINGIVS *g*). Quodsi denique bona, in quæ exsecutio facienda, sub alius iudicis iurisdictione & imperio sita fuerint, hunc de exsecutione facienda per litteras, quas subsidiales vocant, rogandum esse, peruagata res est. *h*) Nullibi autem maiore cura aut illustriore apparatu caussam exsecutionis instructam videmus, quam in Imperio Germanico, de quo sectione sequenti.

e) Clara est eam in rem *L.* 1. *C. de officio militarium iud.* ibi: *nunquam omnino in negotiis priuatorum vel tuitio militaris, vel exsecutio tribuatur.* Quæ luculento commentario instruxit IAC. GOTHOFREDVS *ad L. vn. cod. Theod. tit. eod.* Tom. I, pag. 61. *edit. Ritterian.* Militare auxi-

auxilium tamen succeſſiſſe, vbi *apparitio ciuilis* non ſufficiebat, patet ex *L.* 10. *C. de epiſcop. & cleris. & L.* 2. *C. de his qui latrones.* conf. BYNKERSHOEK *L. III. obſ.* 14. vbi quoque, quod in *L.* 68. *ff. de rei vindicat.* per *militarem manum* non milites, qui ſacramento merent, ſed ciuilis iudicis cohors, armata tamen, ſeu apparitores & exſecutores litium, intelligi debeant, egregie illuſtrat.

f) *de mod. vſurar. cap. XIII.*

g) *ad Pauli rec. ſent. L. V. tit. V. not.* 23.

h) BRVNNEM. *proceſs. ciuil. cap. XXIX. num.* 9.

§. XII.

EXSECVTORES SVNT VEL MERI VEL MIXTI.

Perſonæ iſtæ, quæ ad exſecutiones perficiendas, ſiue neceſſitate iuris, ſiue ex libera voluntate, adhibentur, dicuntur *exſecutores*, atque in *meros* & *mixtos* diſtinguuntur. Exſecutores *meri* ſunt, qui omni iurisdictione in perſonas vel bona, in quæ exſecutio fieri debet, deſtituuntur; exſecutores *mixti* autem, qui iurisdictionem habent, & quibus adeo exſecutio mandatur in ſubſidium iurisdictionis. *i*) (§. XI.)

i) BOEHMER I. E. P. *Lib. II. tit.* XXVII. §. 57. PEREZ *ad C. tit. de exſecut. rei iudic. n.* 3. *in fin.*

§. XIII.

MERVS EXSECVTOR NVLLAS SIBI VINDICARE POTEST PARTES IVDICIS.

Merus exſecutor, quia nullam iurisdictionem habet, & ad nudum exſecutionis miniſterium deputatur, nullas ſibi partes iudicis vindicare, & hinc nec de vlla exceptione, quæ contra exſecutionem obiicitur, cognoſcere poteſt, *k*) niſi aut exceptio exſecutionis ordinem tantum ſpectet, an in hac vel illa re fieri debeat, nec ne? *l*) aut *cognitio* ipſi ſpeciatim delata fuerit. Quicquid igitur reus extra hos caſus excipit, coram iudice competente eſt proponendum & diſcutiendum. Immo ſi forte coram exſecutore proponatur, hic nihilo magis cognitionem aliquam ſibi ſumere poteſt, ſed omnem quæſtio-

nem ad ſuperiorem remittere, eiusque iuſſum ſecundum exſpectare tenetur, exſecutione interim dilata. Neque obſtat *L. 4. C. ſi contra ius vel vtilitatem*, vbi verba habent: *Et ſi non cognitio, ſed exſecutio mandatur, de veritate precum inquiri oportet: vt, ſi fraus interuenerit, de omni negotio cognoſcatur.* Etenim optime hanc legem expediuit IACOBVS GOTHOFREDVS *m*), oſtendens, eam vnice ad fidem & veritatem precum ſeu ſupplicationis pertinere, ad quam *reſcriptum principis*, altera parte inaudita, proceſſit, non ad exſecutionem *rei iudicatae*; deinde in legis huius ſpecie eundem & exſecutorem & ordinarium eſſe, puta *conſularem Campaniae*, vt igitur ad *meros* exſecutores nullatenus pertineat.

k) L. 6. & 8. C. de exſecut. rei iudicatæ C. 5. X. de ſentent. & re iudicata. GAILIVS lib. I. obſ. CXIII. num. 7. ſq. BRVNNEM. proceſs. ciuil. cap. XXIX. num 14. COLERVS de proceſs. exſecutiu. lib. IV. cap. I. num. 121.

l) L. 15. §. 4. & 6. *ff. de re iudicata.*

m) *ad L. 4. C. Theod. de diuerſis reſcriptis Tom. I. pag.* 18. *ſqq.*

§. XIV.

DE MIXTO EXSECVTORE.

Quod ad *mixtos exſecutores* attinet, longa eſt quæſtio, quousque poteſtas illorum de exceptionibus contra exſecutionem obiectis cognoſcendi ſe extendat, quam vero in præſentia, cum ad ſcopum noſtrum non faciat, plene expedire non vacat, præſertim cum omnis fere diſputatio eo redeat, an mixtus exſecutor, ſi de nullitate ſententiæ, cuius exſecutio ipſi mandata fuit, notorie conſtat, exſecutionem denegare queat? quod non ſine ratione adfirmant FABER *n*) & BOEHMER *o*), ne iudex ſuper exſecutione requiſitus iniuria adficiat eos, quibus propriæ iurisdictionis tuendæ gratia potius ex officio ſuccurrere debet. Ceterum nullam exceptionem, quæ litem principalem ipſam eiusque merita reſpicit, ad cognitionem mixti exſecutoris pertinere, inter omnes conuenit *p*).

n) *In codice definitionum forenſ. lib. VII. tit. XX. def.* 1.

o) *In I. E. P. lib. II. tit. XXVII.* §. 57.

p) *L. penult. in fin. ff. de confeſſis.* MYNSINGER *centur. III. obſ.* 69. PEREZ *ad tit. C. de exſecut. rei iudicatæ, num.* 4. BRVNNEM. *proceſs. ciuili cap. XXIX num.* 12.

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

DE IVRE EXSEQVENDI IN IMPERIO R. G.

§. XV.

IVS EXSEQVENDI IN IMPERIO A PRIMIS TEMPORIBVS IMPERATORIS EST.

Supremum ius exsequendi in imperio R. G. ab omni æuo penes imperatorem fuisse, nec minus modum exsecutiones perficiendi antiquis temporibus a libero ipsius arbitrio dependisse, nisi forte in vna vel altera caussa comitiali decreto certus modus speciatim definitus fuisset, dubitare nos non sinunt, quæ de potestate imperatorum & forma imperii antiqua docent HERTIVS *q*) GVNDLINGIVS *r*) KOPPIVS *s*), SPENERVS *t*), Abbas GOTTWICENS S. *u*) & *illustris academiæ huius Senior*, KAYSERVS *w*). Summa enim rerum, quæ tunc temporis penes solos imperatores erat, sine potestate exsequendi fingi non potest. Neque vlla est lex, qua ipsos quondam ad certas personas necessario hac in parte adhibendas obligatos fuisse doceri queat *x*).

q) Notit. veter. Francor. regni cap. IV. §. 15. de origine & progressu specialium I. R. G. rerumpublicar. §. 3. sqq.

r) De statu reipublicæ Germanicæ sub CONRADO I. §. 7. & de HENRICO aucupe §. 10. & 36.

s) De insigni differentia inter S. R. I. comites & nobiles immediatos, cap. I.

t) In des Heil. Römisch. Reichs-Staats-Rechts-Lehre lib. II. cap. IV. §. 10. & cap. XIII. §. 1. & 10. sqq.

u) *Prodrom. chronici Gottwicensis lib. II.*

w) In dissertatione *de æquali statuum imperii origine & progressu.*

x) De modis exsequendi antiquis quædam habet LYNCKER *ad capitulat. Iosephinam art. XXXVII. pag.* 88. edit. quæ tractatui ipsius *de libertate statuum* imperii accessit.

§. XVI.

§. XVI.

IMPERANTIBVS MAXIMILIANO I. ET CAROLO V. MVNVS EXSECVTIONES PERFICIENDI DVCIBVS CIRCVLORVM EST DELATVM.

Poſtquam vero ſub MAXIMILIANO I. in comitiis Wormatienſibus cIↃcccccxcv. non tantum *pax publica* ſtabilita, ſed etiam *judicium camerale* fuit conſtitutum, ne pulcerrima hæc inſtituta effectu deſtituerentur, maiori ſollicitudine de modo quodam, quo quam facillime & promtiſſime cum *tuta omnia & tranquilla* ſeruari, tum *ſententiæ* in auguſtiſſimo camerali iudicio latæ exſecutioni mandari poſſent, cogitatum, eumque in finem initio in illis ipſis comitiis peculiaris conſtitutio, qua in comitiis annuatim habendis exſecutionem *pacis & rerum iudicatarum* curare placuit, ſub titulo: *Handhabung Friedens und Rechtens y)*, publicata; &, cum res hac via ex ſententia non ſuccederet, poſtea *regimini imperii*, in comitiis Auguſtanis clↃ lↃ. inſtituto z), officium hoc commiſſum eſt.

Tandem in comitiis Treuirenſibus & Colonienſibus cIↃIↃxii. *a*) inprimis vero in comitiis Norimbergenſibus clↃ lↃxxii. publicata per CAROLVM V. noua *pacis publicæ declaratione b)*, munus exſecutionum perficiendarum *ducibus circulorum* eſt delatum, idque deinde in comitiis Auguſtanis anno cIↃIↃlv. habitis, cum *paci profanæ* accederet *pax religioſa*, & ad vtramque magis magisque firmandam noua & plenior conderetur ordinatio, quæ ſub titulo: *Executions-Ordnung c)*, in legibus publicis venit, atque inſecuto tempore varie reuiſa, & nouis acceſſionibus inſigniter aucta eſt *d)*, vberius explicatum.

y) In noua eaque abſolutiſſima „receſſuum imperii collectione, quam Peril„luſtris SENCKENBERGIVS curauit, part. II. pag. 11.

z) Vid. Regiments-Ordnung zu Augſpurg anno 1500. aufgericht. loc. cit. p. 56.

a) In receſſum horum comitiorum part. I. tit. I. §. 8. ita verba habent. „Ob aber zu friſcher That nichts gehandelt worden wäre, oder hätt „mögen, und die Thaeter, ihre Helffer, Anhänger und Fürſchieber, von uns „oder unſerem Cammer-Gericht in die Acht - - - denunciiret worden wä„ren - - - alsdann ſoll der HAVPTMANN in dem Bezirk, da die Thaeter, „ihre Helffer oder Anhänger wohnen, oder ſeynd, mit ſammt ſeinen Zu„geordneten zuſammen kommen, rathſchlagen und fürnehmen, damit der „Land-

„Landfried gehandhabt, und die Beschädiger gestraft werden. Et §. 9. „Desgleichen sollen die HAVPTLEVT, und ihre zugeordnete Zirckel, mit „Vollziehung der Urtheil, so am Cammer-Gericht gesprochen, und in ihre „Kraft gangen, und dann die Executorial darauf erfolget, dem behalten„den Theil nicht erschiessen wollten, auch rathen, fürnehmen und hel„fen, damit solch Urtheil vollzogen werde.

b) „Vid. Römischer Kayserlicher Majestät Ordnung, Fürsehung und Erklä„rungen, wie allenthalben im Heil. Reich, und sonderlich teutscher Na„tion, wider die mannigfaltigen Vergewaltiger, Beschädiger, und des H. „Reichs Land-Friedens-Verbrecher, darzu desselben declarirte Aechter, auch „andere, die sich gesprochen Urtheilen und rechtmäsigen Mandaten unge„horsam bezeigen, mit gebührender Straf und wirklicher Execution, zu „Handhabung Friedens und Rechtens, auch aller Reichs-Ordnungen durch „männiglich, und sonderlich die zehen Zirkel oder Creys, in alle Stände „des Reichs ausgetheilt, gehandelt werden soll &c. *In noua receſſuum imperii collectione, part. II. pag.* 229.

c) Inserta est hæc ordinatio receſſui imperii de anno CIↃ IↃ LV. a §. 33. ad §. 103. Historiam eius omnium accuratissime descripsit B. KOPPIVS *von der Association derer Vordern Reichs-Crayſſe* 1. Th. §. 5. *ſqq.*

d) R. I. 1559. §. 19. 1564. 1566. 1570. 1576. 1592. 1594. & inprimis 1654. §. 178. ſqq.

§. XVII.

INDE MVNVS POSTEA QVOQVE DIRECTORIBVS CIRCVLORVM EST CONSTITVTVM.

Nouissime per *instrumentum pacis Westphalicæ e)* & *receſſum imperii de anno* CIↃIↃCLIV. *f)* ad idem hoc exsecutionis officium cooptati sunt *Directores circulorum* seu *principes circulorum conuocantes*, *die Crays-Ausschreibende Fürsten g)*. Quo ipso tamen, vt obiter hoc moneam, duces circulorum hoc munere neutiquam sunt excluſi *h)*.

e) Art. XVI. §. 2. I. P. O.

f) §. XV. LXXXVI. & CLX.

g) Differre in quibusdam circulis officium *directoris* ab officio *principis conuocantis*, certum, neque tamen differentia ista perpetua est. Vnde quoque in legibus imperii nomina hæc synonymice vsurpantur. add. *Illustris* DE GVNDERRODE *Untersuchung von dem Teutschen Creyssvvesen* §. 71.

& 76. KEMMERICHII *introd. in ius publicum lib. VI. cap. XI.* §. 12. MOSERI *Staats-Recht part. XXVII. pag.* 190. *ſqq.*

h) Publicatæ quondam fuerunt eam in rem a ſereniſſima Domo Haſſo-Darmſtattina *Conſiderationes über den in dem Oberrheiniſchen Creyſſe ſich dermalen rührenden Puncten der Wieder-Beſtellung des Creyſs-Obriſten-Amts, und deſſen vermuthlichen Auftrag an des ietztregierenden Herrn Landgrafen zu Heſſen-Darmſtadt Hochfürſtl. Durchl. nebſt Erläuterung des dargegen gemachten Einvvurfs, daſs dieſes Creyſs-Amtes Erſetzung nach denen ietzigen Zeiten nichts mehr nöthig, ſondern die dahin vor dieſem eingelaufene Haupt Verrichtungen, in ſpecie aber die Vollziehung der Kayſerl. und Reichs-Gerichtl. Urtheil, denen Creyſs-Ausſchreib-Aemtern, durch den Weſtphäliſchen Friedens-Schluſs, und neueſten Reichs-Abſchied priuatiue, und mit jener gänzlicher Ausſchlieſſung, zugelegt vvorden ſeyn, nebſt einem appendice zu dieſen Conſiderationem, in* LVNIGII *ſelectis ſcriptis illuſtr. pag.* 345. add. MOSERI *Staats-Recht, part. XXIX. pag.* 257.

§. XVIII.

DE INSIGNI PRÆEMINENTIA DIRECTORVM ATQVE DVCVM CIRCVLARIVM PRÆ RELIQVA EXSECVTORVM CLASSE.

Ab hoc itaque tempore Germania habet exſecutores, qui præter eminentem, qua coruſcant, & regiæ fere ſimilem dignitatem, a reliqua exſecutorum claſſe in eo in primis differunt, quod ius perficiendarum exſecutiorum proprio ſuo iure & ex legibus fundamentalibus, adeoque ipſa imperii forma tenent, quod ipſis igitur neque ab imperatore, neque ab imperio vniuerſo vllo modo auferri aut minui poteſt *i*).

Deinde ſunt exſecutores non tantum rerum iudicatarum, ſed etiam omnis *pacis* & *iuſtitiæ*, ita vt cura & cuſtodia cunctarum imperii conſtitutionum atque totius iuris communis ipſis vindicetur *k*).

Quamobrem, quod tertio loco notandum, ad quemlibet exſecutionis actum ſpeciali mandato ſuperioris non indigent, ſed quoties neceſſitas exigit, ad implorationem partium, immo & non implorati, vi officii, ſi res ita fert, muneris ſui vices peragere poſſunt & tenentur *l*).

i) Conferri poſſunt ſcripta eriſtica MVLZII, THOMASII, STRYKII & COCCEII, quæ ſub finem ſuperioris ſæculi occaſione ſucceſſionis Güſtrouien-

nienſis publicam lucem adſpexerunt, & iunctim editae leguntur in HENRICI DE COCCEII *deductionibus, conſiliis & reſponſis T. I. pag.* 1. *ſqq.* atque MOSERI *Reichs-Hofraths-Proceſs part. II. pag.* 320. Epitomen dat PFEFFINGER *ad Vitriarium T. II. p.* 1106.

k) Cauſſae exſecutioni mandandae ab antiquo in imperii legibus veniunt ſub appellatione „Friedens und Rechtens, auch aller Reichs-Ordnungen.„ Loca quædam excerpta habes *notis præcedentibus a & b.* Addi poteſt MOSERI diſſertatio ſub præſidio GRASSI habita „de iure exſequendi in imperio cap. I. II. & III. & COCCEII Gründliche Behauptung des Reichs und der Creyſſe Gerechtigkeit die Vollziehung der Urtheil betreffend, tit. VIII. *in ipſius* deductionibus & conſiliis T. I. pag. 42.„

l) In vniuerſum enim vi officii, quod gerunt, omnes neruos contendere iubentur, ne quid detrimenti capiat pax publica. Hinc turbas in circulo enatas compeſcere debent, „ſo ſie des zu friſcher That ermahnet, oder ſonſt für ſich ſelbſt das erfahren, hören oder verſtehen würden,“ vti verba habent in „declaratione pacis publicæ de anno CIↃIↃXXII. tit. VIII. Et in receſſu de anno CIↃIↃLV. §. 58. conſtituitur, „daſs ſie (Creyſs-Oberſten) ſämmtlich und ſonderlich, jeder in ſeinem Creyſs in fürfallenden Sachen, was zu Erhaltung des Land-Friedens noth und gut ſeyn würde, nach ihrer beſten Verſtändnis und Rath fürnehmen und handeln.„ Quod vlterius §. 60. & ſqq. incultatur. add. MOSERI Staats-Recht part. XXVII. pag. 363. ſqq. Olim quoque in rebus iudicatis, ſi pars victa ob contumaciam in bannum declarata eſſet, exſecutionem præſtabant ad nudam partis victricis implorationem, quemadmodum pater ex ordinatione camerali anni CIↃIↃLV. part. III. tit. XLVIII. §. 8. Vbi tamen hodie, poſtquam per receſſum imperii nouiſſimum ordo exſecutionum perficiendarum varie eſt mutatus, neque per capitulationes ad bannum contra contumaces amplius proceditur, in ſingulis cauſſis mandatum ſpeciale de exſequendo interuenit. Vid. rec. imp. nouiſſ. §. 160.

§. XIX.

DIRECTORES ATQVE DVCES CIRCVLORVM IN PROPRIA CAVSSA NVNQVAM, CONTRA MEDIATOS VERO NON NISI IN SVBSIDIVM IVRE EXSEQVENDI GAVDENT.

Ceterum directoribus atque ducibus circulorum ſpeciatim interdictum, ne in *propria cauſſa* ea, quæ ipſis conceſſa eſt, poteſtate vnquam vtantur *m*). Pertinent quoque, quæ hactenus allata ſunt, tantum ad *immediata* imperii membra. Contra *mediata* enim exſecutio ordinarie ad *dominum territorialem* ſpectat, neque, niſi hic

forte officio suo desit, aliquod directorum aut ducum circularium ius est *n*).

m) R. I. de anno ɔɪɔɪɔlv. §. 58. ibi: auch ihres Creyſs Hülf nicht in eignen, ſondern des Creyſs und deſſelbigen Ständen gemeinen Sachen, darzu ſie von dem Creyſs bewilliget und erſtattet, gebrauchen ſollen. add. R. I. N. §. 160.

n) Concept. ordinat. cameralis part. III. tit. LVII. §. 8. R. I. N. §. 86. 87. 160. & 162. MOSER von Kayſerlichen Executions-Commiſſionen cap. II. §. 29. ſq. & §. 36.

§. XX.

DIRECTORES ATQUE DVCES CIRCVLORVM SVNT EXSECVTORES MERI, NERVE VLLA IPSIT COMPETIT IVRISDICTIO IN RELIQVOS STATVS.

Praeterea, quantumcunque directorum atque ducum circularium circa perficiendas exſecutiones ius eſt, nullas tamen ipſos ſibi in reliquos ſtatus ſumere poſſe partes iurisdictionis aut ſuperioritatis, explicata cautum eſt legibus imperii *o*). Quamobrem quia extra terminos concluſae exſecutionis non plus iuris in reliquos ſtatus habent, quam caeteri ſtatus in conſtatus ſuos *p*), non poſſunt non pro *meris exſecutoribus* haberi, quibus nulla circa cauſſam exſecutioni mandandum cognitio competit, niſi forte iis ſpeciatim fuerit delata, (§. XII. & XIII.) praeſertim cum nec *mixtos exſecutores* de cauſſae principalis meritis quidquam decernere poſſe certum ſit (§. XIV.) Ipſi quoque directores atque duces circulorum idem hoc ſubinde agnouerunt, & datis ad caeſarem literis de nunquam ſibi in cauſſis litigioſis arroganda cognitione publice teſtati ſunt *q*). Acerrimi quoque iurium circularium, quod ad perficiendas exſecutiones, defenſores idem illud data quauis occaſione adfirmant & probant *r*).

o) R. I. ɔlɔlɔlv. §. 73. vbi verba haec ſunt. *Und obwohl (vvie obgemeldt) die Oberſten aus den Crayſs-Ständen, nach eines jeden Creyſs Gelegenheit zu ervvehlen, und ihnen obgeſetzter Gevvalt und Befelch zuzuſtellen, ſo ſollen doch Churfürſten, Fürſten oder Staende, ſo zu ſolchem Ampt gezogen, hierdurch ſich keiner Hochheit über andere Staende annehmen, oder ſich unter dem Schein dieſes Amts-Vervvaltung, in einige Superioritaet über die andern einzubringen, oder ferners Gevvalts und Machts über ſie, dann ihnen vermoeg dieſer Ordnung zugeſtellt, anmaſſen,*

sen. add. MOSERI *Staats-Recht P. XXVII. pag.* 358. *sqq.* GVNDLING *ad* COCCEII *iurisprud. publicam pag.* 165.

p) Vid. SPEIDELII *specul. iuridic.* voce Creyss *pag.* 731.

q) Vid. „Der Niedersæchsischen Creyss ausschreibenden Fürsten Antwort an „Kayserl. Majestaet wegen der Güstrowischen Succession, in FABRI Staats-„Canzley Tom. III. pag. 72, sq.„ Atque in recessu eiusdem circuli de anno CIↃIↃCLXXVII. legitur; „Weilen auch 7. Holstein-Gottorff mit „einem Memorial sub. num. 22. einkommen, so hat sich der loebliche Nie-„dersaechsische Creyss zwar wohl beschieden, dass weder die Untersu-„chung und Cognition über der zwischen Ihrer Königl. Majest. von Denne-„mark und Norwegen, und Hertzogs zu Holstein-Gottorff Hochfürstl. „Durchl. bisher entstandene Mishelligkeiten, noch dasjenige, so in dem „Hertzogthum Schleswig fürgegangen, vor diesen Crayss gehœrig, jedoch „auch dafür gehalten, dass der Crayss seiner Hochfürstl. Durchl. als eines „vornehmen Mit-Standes, sich in so weit anzunehmen, dass derselben „das Exercitium ihrer Iurium ac Regalium, nebst denen ihr zustehenden „Gefaellen und Intraden gelassen, Seiner Hochfürstl. Durchlauchtigkeit „Holsteinische Lande auch wieder die Reichs-Constitutiones und Concluса „huius Circuli nicht beschweret, vielweniger, die Praestanda dem Crayssе „beyzutragen, untüchtig gemacht werden moegen, und also das Schreiben „sub num. 23. beliebet.„ Plura eam in rem collegit MOSERVS *im Teutschen Staats-Recht P. XXVII. pag.* 368. *P. XXXIII. pag.* 486. *sqq. P. XXIX. pag.* 255. *sq. & P. XXXII. pag.* 202. *sqq.* add. infra §. XXIII. & XXV.

r) STRYK „de iure exsequendi sententias imperiales directoribus circulorum competente cap. IV. & COCCEII gründliche Behauptung des Reichs „und der Crayssе Gerechtigkeit die Vollziehung der Urtheil betreffend part. „I. tit. XI. & part. II. cap. II. III. & IV.

§. XXI.

IDQVE VERVM EST SIVE EXSECVTIO RERVM IVDICATARVM. SIVE EXSECVTIO LEGVM ET PACIFICATIONVM IMPERII SPECTETVR.

Quae omnia locum habent, siue exsecutionem *rerum* in supremis imperii dicasteriis *iudicatarum*; siue executionem *legum & pacificationum imperii* intueamur. Et de rebus iudicatis quidem, quod nulla directoribus atque ducibus circulorum competat cognitio, nulla potest supereссe dubitatio, cum isti hac in parte vnice a iussu supremorum tribunalium dependeant, adeoque, vti sine praeuio mandato nullam exsecutionem suscipere possunt, ita exsecutionem, quae

ipsis mandata est, sine omni tergiuersatione & mora perficere teneantur.

Sed &, quando pacificationes atque concluſa imperii contra contumaces exſecutioni mandant; id, quod ab ipsis peragitur, non cognitio aliqua, ſed potius & proprie exſecutio eſt, vt SPEIDELIVS *ſ)* loquitur. Dubia tamen nonnulla, quae non ſine omni ſpecie hic obiiciuntur, paulis examinare iuuat.

ſ) In ſpeculo iuridic. voce Crayſs. pag. 731.

§. XXII.

DVBIA NONNVLLA, QVOD AD EXSECVTIONEM PACIFICATIONVM ATQVE LEGVM IMPERII ATTINET, RECENSENTVR.

Etenim I. videri poſſet *t)*, illi, cui exſecutio legum commiſſa eſt, non poſſe non cognitionem de applicatione legis ad factum competere, cum ſine hac fieri nequeat, vt lex exſecutioni mandetur. Inde quoque nominatim ducibus circulorum inquiſitionem in tumultus, & vtrum ad tuendam pacem publicam auxilio circulari opus ſit? in *receſſu imperii de anno* clɔ lɔ LV. §. LXI. *u)* iniungi. Quin FERDINANDVM III. iisdem diſerte in cauſſis *pacis Weſtphalicae* poteſtatem dediſſe, non tantum exſequendi, ſed etiam de *dubiis ſuborti v)* cognoſcendi. II. Huc pertinere volunt *conſtitutionem* ALBERTI II. de anno clɔ cccc XXXVII. quam referunt DATTIVS *x)* & SCHILTERVS *y)*, qua decretum: *Daß der Hauptmann in dem Kreiſe Recht geben und thun ſolle.* Vbi per verba: *Recht geben*, non aliud, quam de cauſſa cognoſcere, eamque ſententia decidere, intelligi poteſt *z)*. III. In celebri illa lite, quae ſub initium ſuperioris ſaeculi inter *circulum Franconicum* & *imperialem cameram*, in cauſſa epiſcopi Herbipolitani & comitis Loewenſt. interceſſit, non tantum fat multa de cognitione circulis competente diſputata fuerunt, ſed etiam *marchio Culmbacenſis*, dux circuli, publici iuris fecit libellum, quo quaeſtionem: *an iurisdictio circuli Franconici fundata ſit ratione pacis publicae & innixae in illa ordinationis exſecutionis?* adfirmauit *a)*. Denique IV. huc etiam referri poteſt, quod, cum in circulo Sueuico ſtatus catholici ſaec. XVI. duci circulari nullam cognitionem, ſed tantummodo exſecutionem eius, quod camera imperialis

in

in cauſſis *fractae pacis* iudicaſſet, concedere vellent; dux Würtembergicus reſponderit: *Solches wäre aus einem Crays-Obriſten einen Profoſen zu Feld zu machen, der der Cammer Nachrichter ſeyn müſte b).*

t) Conferri poteſt LYNCKER *ad capitulat. Ioſephin. pag.* 92.

u) Ibi enim ſtatuitur: *Auf daſs aber die Staende jedes Crayſs nicht vergebenlich bemühet, und in unnoethigen Koſten geführet, ſo ſollen in dieſen und folgenden Faellen die Oberſten die Aufmahnung nicht fürnehmen, ſie haben dann* vorſtehender Gefahr und Nothwendigkeit gewiſſe Kundſchafft zuvor *empfangen und eingenommen.*

v) *In arctiore modo exſequendi*, vbi directoribus circulorum iniunctum: *im Fall ſuper facto poſſeſſionis einige Dubia von ſonderbarer Erheblichkeit vorfielen, dieſelbe ſummariiſſime alsbald in loco exſecutionis zu eroertern.*

x) *De pace publica lib. I. cap.* XXV. *num.* 14.

y) *Inſtitut iur. publ. Tom. II. pag.* 339. *ſqq.*

z) Vid. infra §. XXIV.

a) Acta ad hanc litem facientia recenſet *illuſtris* MOSER *im Teutſchen Staats-Recht part.* XXXII. *pag.* 204 *ſqq.* vbi quoque *pag.* 237. laudatum marchionis Culmbacenſis ſcriptum integrum exhibet.

b) Vid. MOSERVS *l. c. part.* XXIX. *pag.* 256.

§. XXIII.

SOLVTIO DVBII PRIMI.

Verum enim vero, quod ad *primam* dubitationem attinet, illud certum eſt, tractationem cauſſarum iudicialium & cognitionem, quomodo in ſingulis caſibus ius dici debeat, ſemper inuoluere iurisdictionem ſtricte ita dictam, ſeu publicam pro imperio de cauſſis contentioſis ſtatuendi poteſtatem, adeoque qui hanc non habet neque illam ſibi arrogare poſſe. Itaque cum inter omnes conueniat, & ſupra (§. XX.) abunde probatum ſit, directoribus atque ducibus circulorum extra caſum concluſae exſecutionis nullam in reliquos ſtatus competere poteſtatem, ſua ſponte patet, quando iis exſecutio legum & pacificationum imperii tribuitur, interpretationem ita faciendam eſſe, ne oriatur contradictio & abſurditas, neue principibus his aſſignetur ius aliquod, quod ad ipſos non pertinere manifeſtum eſt,

&

& quod ipsi sibi vindicare nunquam in animum induxerunt. *Celeberrimus* igitur MOSERVS *c*) hanc *leges* exsequendi atque tuendi potestatem, quae circulis commissa est, de illis legum capitibus accipit, quae in applicatione nullam vlteriorem cognitionem, sed promtam vnice exsecutionem desiderant, eoque praestationes collectarum & similia refert. Et hactenus quidem res nihil habere potest dubii, cum vbicunque exsecutione tantum opus est, cura eius perficiendae ad circulos semper pertineat. Ceterum lex ex lege optime explicari poterit. Ipsae enim illae leges, quae curam & custodiam omnium imperii constitutionum atque totius iuris communis circulis vindicant, manifeste agunt de eo saltim casu, ne quid per vim & turbulente contra constitutiones Imperii & iura communia geratur, sed quilibet per viam iuris & modum in legibus praescriptum ius suum persequatur. Clarissime hoc *declarationem pacis publicae de anno* cIↃ Ↄ xxii. *& ordinationem exsecutionis de anno* cIↃ Ↄ LV. perlegenti patebit. Inprimis in prooemio dictae declarationis de anno cIↃ Ↄxxii. CAROLVS V., quid per exsecutionem atque custodiam legum, de qua loquimur, intelligi debeat? satis explicate tradit, ita loquens: *Als Wir - - - mit beschwertem Gemüth bewegen die sorgfæltige geschwinde Læufft, Ubelstand und Unordnung, so dieser Zeit im Heil. Reich und teutscher Nation, in viel Weg, unter andern* durch Empœrung, eigene gewaltige Thaten, auffætzliche Beschædigungen, Abklagen, Bevehden, Fahen, gefængliche Enthaltungen, Schatzungen, Straffenrauberey, Krieg, Zwytracht und Uneinigkeit, *allenthalben beschwerlich erscheinen, dadurch dasselbig Reich ein zeither in merklich Abnehmen kommen, (wie dann alle Reich und Herrschungen, so in Unordnungen und Zwytracht unter ihn selbst leben, und irrgehend nicht wierig noch bestændig bleiben mœgen) auch darneben etlicher Mangel zu Vollziehung und Handhabung erlangter Recht auch rechtmæsiger Gebott und gebührender Gehorsam Bericht empfangen; Darum so haben Wir aus nothdrænglichen Verursachen, damit denselben und andern dergleichen sorglichen und unleidlichen Beschwerden stattlich begegnet, die Mængel abgethan, auch künfftiglich verhût und in Besserung gebracht werden, - - -* ein Regiment im H. Reich *verordnet und beschlossen - - Darneben auch* Unser Kayserlich Cammer-Gericht *aufgericht - - und darzu* den gemei-

meinen des Reichs aufgerichten und erklærten Landfrieden, *mit etlichen nothdûrfftigen Artikeln und Zuſætzen vermehret*, alles laut Inhalt der Ordnungen und Abſchieden darüber aufgericht - - - *Dieweil aber* die Geſetz gemeiner Recht, und alle obgedachte, auch andere Auffatzungen und Ordnungen, *darzu erlangte Recht, nicht nutz oder fruchtbar, vvo die mit ſtattlicher, billicher und ernſtlicher Handhabung, und Execution aufgeſetzter und gebûhrender Straf, und ſonſt der Nothdurft nach, gegen den Ubertrettern und Verœchtern, nicht vollzogen vvûrden. Deßhalben dann - - ervvegen, merklich nothdûrfftig ſeyn, dieſelben Strafen und Executiones, gegen den* Frevelern, eigengewaltigen Thætern, auffætzigen Beſchædigern, ihren Helfern und Fürſchiebern, als Verœchtern und Verbrechern der Geſetz, gemeines Rechtens, Land-Friedens und anderer Reichs-Ordnungen, - - - - - wie ſich dann das allenthalben, nach vermœg gemeiner Recht, unſer und des Reichs Landfrieden und allen deſſelben Erklærungen, auch anderer Reichs-Ordnungen gebühren wird, *zum beſten, fruchtbariſten, auch ernſtlichſten fûrzunehmen.* Quibus præmiſſis *titul. I.* pergit: *Und in dem allen befunden, daß ſolch unvermeidlich nothwegend Werck durch niemand füglicher, fûrtrœglicher noch gewiſſer, dann* die Zehen des Reichs Creyſs - - *vollbracht werden ſoll und mag* &c. Ex his prooemii verbis, quae alias ſecundum receptam iurisconſultorum ſententiam *cauſſam finalem* probant, atque voluntatem diſponentis declarant *d)*, luce meridiana clarius eſſe puto, *exſecutionem iuris communis & imperii conſtitutionum*, quae circulis data eſt, neutiquam cognitionem aliquam vel iurisdictionem inuoluere, ſed *tutamen pacis publicae* ſpectare, quippe quae ſalua ſeruari nequit, niſi ordini iuris conſtituto ſua conſtet auctoritas. Vnde quoque in eadem *pacis publicae declaratione tit. VIII.* auxilium circuli ad eum caſum reſtringitur, *ſo jemand den andern ſelbſt, oder mit Hülf und Rath anderer, ohn und wieder Recht, und mit der That, wie und welchergeſtallt, auch in was Fœllen, ſo in vor aufgerichteten, auch allenthalben erklærten Landfrieden, und andern Reichs-Ordnungen anzeigt werden, am Leib, Gûter oder in andere Weg vergewæltigen, beſchaedigen, ûberziehen, belagern, befehden, oder beſchweren würde.*

Et, vt omnis circulis praeſcinderetur anſa ad cauſſas alienas accedendi, in *receſſu imperii de anno cIↃ IↃ LV. §. 94.* diſpoſitum:

Auf daß auch deſtoweniger in Zweifel zu ſtellen, in vas Sachen die Hülf eins oder mehr Creys, einem Stand oder Creyß auf ſein Anſuchen zu leiſten, ſo ſoll dieſe Ordnung, *vvie hievor angeregt*, wieder alle Vergadderung, Aufwicklung und Verſammlung Reuter und Knecht, auch alle thætliche Handlungen, derjenigen, ſo ſich im Heil. Reich an Gleich und Recht nicht begnügen laſſen, *und da ihnen ſolches fürgeſchlagen, daſſelbig nicht geben oder nehmen vvollten, verſtanden vverden.* Quod deinde in *receſſu imperii* de anno CIↃ IↃ LXX. §. 21. repetitum, & declarationis cauſſa additum fuit: *Demnach ſollen auch dieſelbige Creyß-Hülf allein denjenigen zuſtatten kommen, ſo vvieder des Heil. Reichs Religion und Prophan-Frieden beſchvvert, beſchædiget, bedrængt, oder ſonſten* thætlich *offendirt vvürden* &c.

Sane inquiſitio in tumultus, quibus *pax publica* turbatur, directoribus atque ducibus circulorum denegari nequit. Eſt enim illa pars inſeparabilis curae iſtius atque cuſtodiae, quae circa tuendam tranquillitatem iisdem incumbit. Alieniſſima tamen ab eiusmodi inquiſitione eſt cognitio ſuper cauſſa principali, quae non niſi ad eum ſpectat, iurisdictione praeditus eſt. Quam differentiam optime explicarunt legati circuli Franconici in oratione ad epiſcopum Herbipolitanum habita *dd*), ita diſſerentes: *Der Crayſs verlange nicht, ſich der Cognition in cauſſa principali zu unterfangen; der Crayß-Schluß gründe ſich nicht auf bloſes unerfundenes Klagen, ſondern auf erkundigte, unpartheyiſche und in kraft der Executions-Ordnung eingenommene Inquiſition und dadurch befundene Wahrheit; ihr, der Geſandten, Anbringen ſeye fürnehmlich auf künftige Abſtehung von Gevvalthandlungen und Erſættigung an richterlicher Hülffe gerichtet gevveſen; man verlange nicht exſecutionem rei iudicatae zu hindern, ſondern nur, daß Würtzburg nicht lite pendente ſelbſt, mit æuſſerſtem Landverderben exequire und dadurch Unruhe im Crayß ervveke; dieſes Recht habe der Crayß* nicht ex capite iurisdictionis, *ſondern ſocietatis & ex pacto publico, daran man ſich das Einſtreuen vvegen der Incompetenz nicht irren zu laſſen habe*, und es bedœrffe in dergleichen Fællen, laut der Exſecutions-Ordnung, keiner Obrigkeitlichen Cognition, ſondern allein tanquam in cauſſa publica, einer Deliberation: *vvie ſtark die Hülffe ſeyn und vvie ſie ins Werk gerichtet vverden ſolle* &c.

Quod

Quod vero in cauſſis *pacis Weſtphalicæ*, vbi reſtitutio ſecundum *nudum poſſeſſionis factum* ex capite *amneſtiæ* vel *grauaminum* fieri debet, cognitio aliqua ducibus circulorum mandata ſit, regulam non mutat. Nam & *merus* exſecutor facultate cognoſcendi gaudet, ſi hæc ipſi ſpeciatim delata fuerit. Quemadmodum vero mandata ſunt ſtrictae interpretationis, ita quoque cognitio, in quadam cauſſarum ſpecie conceſſa, ad cauſſas plane diuerſas, vbi non *factum aliquod poſſeſſionis*, ſed aliae prorſus quaeſtiones in lite verſantur, non poteſt extendi *e)*, qua de re *ſectione ſequenti* dicendi locus erit.

c) In diſſert. *de iure exſequendi in imperio, cap. I. §. 2. not. i.*

d) PVFFENDORF *I. N. & G. lib. V. cap. XII. §. 9. ibique* HERTIVS.

dd) Apud MOSERVM *im Teutſchen Staats-Recht part. XXXII. pag.* 235.

e) Conf. LYNCKER *ad capitulat. Ioſephin. articul. XXXVII. pag.* 93.

§. XXIV.

SOLVTIO DVBII SECVNDI.

Circa *ſecundum rationem dubitandi* B. de LYNCKER *f)* verba: *Recht geben und thun*, quae in conſtitutione ALBERTI II. habentur, intra terminos officii *capitanei illius antiqui* coërcenda docet; immo exſecutoris etiam nunc eſſe, *Recht geben*, cum exſequitur. Alias quoque partes ſolum dici, *Recht geben und nehmen*, ſtricto ad fori competentiam ſenſu, &, ſi illud iudici tribuatur, generale eſſe. Sed quomodo ſe ſignificatus horum verborum habet, illud extra dubitationem eſt, ſtatum circulorum & iura ducum circularium per leges recentiores in aliam omnino formam redacta eſſe, quam quae in delineatione iſta ALBERTI II. propoſita fuerat. Neque mirandum, placuiſſe ibi: *daß der Hauptmann Recht geben und thun ſolle*, quia ſecundum hanc diſpoſitionem appellationes ad *ducem* ſeu *capitaneum circuli*, ſi alius praeter imperatorem iudex ſuperior non eſſet, fieri, & ſic *capitanei* imperatoris vicarii iudices eſſe debebant. Ita enim ibi diſpoſitum: *Würde auch yeman in ſolchen Gericht beſchwert, der mag ſich berufen an den nächſten Ober-Richter deſſelben Gerichts, wer*

aber das anders kein Ober-Richter vver dann vvir (der Kayſer) *der mag ſich alsdann an den Hauptmann berufen, den vvir in dem Kreyſſe als obgeſchrieben ſtot, geordert und geſetzet haben, der alsdann nach Gelegenheit der Berufung Recht geben und tun ſoll an unſer Statt* g). Quae omnia quam aliena ſint a praeſenti circulorum ſyſtemate nemo ignorat. Taceo, nunquam dictam conſtitutionem perlatam, aut exſecutioni mandatam fuiſſe, vti argumentis non contemnendis probat HENRICVS de COCCEII *h*).

f) Conf. LYNCKER *ad capitulat. Ioſephin. artic. XXXVII. pag.* 93.

g) Apud SCHILTERVM *loco cit. pag.* 350.

h) *In iuris publici prudentia cap. XXXIII. adpend. III. pag.* 550. add. KOPPIVS *von Aſſociation derer vordern Reichs-Crayſſe part. I. §. 4. pag.* 30.

§. XXV.

SOLVTIO DVBII TERTII.

Porro in lite *Herbipolitana* & *Wertheimenſi* ſtatus circuli Franconici nunquam non teſtati ſunt, nullam ſibi neque competere, neque ſemet ſibi vindicare iurisdictionem in cauſſa principali, ſed illud vnice agi, vt caedes atque turbae, quibus epiſcopus Herbipolitanus pendente in camerali iudicio lite omnia impleret, reprimerentur, eamque ob cauſſam, ſecundum claram R. I. anni cIↃ IↃLV. litteram, inueſtigationem in haſce turbas ad circuli officium pertinere, ceu in primis ex verbis legatorum circuli Franconici ſupra (§. XXIII.) relatis perſpicere licet. Quibus addi poſſunt duo receſſus circulares ad hanc rem pertinentes de anno cIↃ IↃ CVI. & cIↃ IↃ CVII. *i*) Neque aliud *Marchio Culmbacenſis* in ſchedio ſupra laudato: *an iurisdictio circuli fundata ſit ratione pacis publicæ?* voluit, vt vel ex vltimis ipſius verbis adparet, vbi ſcribit: *daß der Krays dem Cammer-Gericht quoad cognitionem cauſſæ principalis gar nicht vorgreiffen, ſondern nur die gemeine Sicherheit durch Abſchaffung aller Thætlichkeiten handhaben, und zu anerbotenem, auch ſelbſt bevvilligtem und erkieſtem rechtlichem Austrag der Haupt-Sachen anvveiſen und reſpectiue bringen vvollen k*). Vt itaque vox *iurisdictionis* in ſenſu latiore, pro qua-

qualibet nimirum magistratus potestate, neutiquam vero pro potestate iuris dicundi & lites sententia terminandi vsurpata fuerit.

i) Apud MOSERVM *l. c. part. XXVIII. pag.* 486. *& part. XXXII. pag.* 224.

k) Apud eundem *part. XXXII. pag.* 237.

§. XXVI.

SOLVTIO DVBII QVARTI.

Quibus conueniens est, recte ducem Würtembergicum saec. XVI. negasse, ducibus circulorum ad tuendam pacem publicam mandato camerae imperialis opus esse, idque quemlibet exsecutionis actum praecedere debere. Sed & illud patet, nullum exinde pro iurisdictione in reliquos status circulares ipsis vindicanda argumentum peti posse.

§. XXVII.

IVS EXSECVTIONEM DECERNENDI ET MANDANDI HODIENVM PENES IMPERATOREM SVBSISTIT.

Haec de iure directorum atque ducum circularium circa perficiendas exsecutiones sufficiant. Ceterum ius exsecutionem decernendi & mandandi, quo in actu exsecutio proprie & principaliter vertitur (§. IX. & X) penes imperatorem hodienum subsistere non est ambigendum. Etenim in *rebus iudicatis* speciali mandato, quod semper nomine imperatoris datur *l*), hodie opus esse constat. (§. XVIII. not. l.) Quod vero ad exsecutionem legum & pacificationum attinet, in singulis quidem cauſis vt peculiare mandatum interueniat non est necessarium; attamen mandatum imperatoris generale in qualibet noua lege aut pacificatione praecedere debere, cuncta imperii acta ad hodiernum diem loquuntur. Omnes enim recessus imperii, interque eos tam *pax profana & religiosa*, quam ipsa *exsecutionis constitutio*, ipsius nomine sunt promulgati *m*) Speciatim vero supremum hoc exsecutionis ius atque officium agnitum est in pace Westphalica, quem admodum *sect. III.* videbimus. Vnde quoque non tantum status euangelici apud LEHMANNVM *n*) anno clɔ Iɔ LXXVI.

caesarem salutant: *Das Oberhaupt und Handhaber aller Ordnung und Gesetze*, sed hic etiam ad hoc officium capitulatione sua constringitur, dum *art. II. §. 3.* pollicetur: *Wollen die güldene Bulle - - den Frieden in Religion- und Profan-Sachen, den Landfrieden samt der Handhabung desselben - - sonderlich aber obgedachte Münster- und Osnabrückische Friedens-Schlüsse - - sodann den Nürnbergischen Executions-Receß, wie auch insonderheit alles dasjenige, was bey vorigen Reichstaegen verabschiedet und geschlossen - - worden, steet, vest und unverbrüchlich halten, und - - gebührend handhaben*, quae latius exsequitur TREVERVS *o*).

l) Inde directores & duces circulorum in eiusmodi mandatis audiunt: *von dem Kayser darzu verordnete commissarii*; item: *er gebe ihnen hiemit aus Kayserl. Macht und Vollkommenheit die Gewalt, solche Execution zu unternehmen und zu vollziehen*, vid. MOSER. *de iure exsequendi in imperio cap. III. §. 7.*

m) MOSER *l. c. §. 3. sqq.* addi possunt dissertationes MOLLENBECII *de iure caesaris circa negotium pacis cap. vlt. p. 84. sqq.* & MEVSCHENII *de concursu statuum circa negotium pacis cap. III. §. 14. pag. 44.*

n) *Act. pacis religios. Tom. I. pag. 300.*

o) *De titulis officii imperatoris cap. II. §. 19. pag. 59.* Qui laudatissimus auctor huc etiam applicat titulum imperatori in actis publicis interdum tributum: *Aller Crayssе General-Obristen*, licet eam in rem nonnulla moneat MOSERVS *part. XXIX. pag. 18. sqq.*

§. XXVIII.

AN SVPREMA IMPERII TRIBVNALIA EXSECVTIONEM CIRCVLORVM PER MANDATA REMORARI QVEANT.

Vnicam addere lubet quaestionem, quam momentosam adpellat BOECLER *p*), quaeque pariter in illa, cuius supra aliquoties mentionem feci, controuersia inter episcopum *Herbipolitanum* & comitem *Wertheimensem* magnis animorum motibus disputata fuit: *an suprema imperii dicasteria exsecutionem circulorum per mandata remorari queant?* Habemus eam in rem legem nouissime constitutam in capitulatione CAROLI VII. & FRANCISCI I. *art. XII. §. 4.* vbi verba ita habent:

(*Wol-*

(*Wollen auch nicht hindern, ſondern vielmehr daran ſeyn, daß denen Reichs-Gerichten keinesweges geſtattet werde, in die innere Kriegs-Ciuil-und Oeconomiſche Verfaſſungen derer Reichs-Kreyſen Hand einzuſchlagen, darüber auf einigerley Weis zu erkennen, oder wohl gar Proceſſe ausgehen zu laſſen pp*).

Et ſic ſatis clare deciſum eſt, in cauſſis, quae *internum circulorum ſyſtema*, quoad *militiam*, *ſtatum ciuilem & oeconomiam* ſpectant *q*), iurisdictionem ſupremorum imperii tribunalium fundatam non eſſe, neque ea hac in parte exſecutionem circuli per mandata remorari debere *r*).

Verum & illud ſimul clarum eſt, legem hanc omnia alia negotia, quae ad internum circulorum ſyſtema non pertinent, vniuerſali ſupremi iudicis iurisdictioni omnino reliquiſſe, eumque propterea in iis ſuper exſecutione a circulo decreta aut ſuſcipienda cognoſcere, & pro re nata eam inhibere poſſe, donec cauſſa penitius fuerit cognita.

Omnis quaeſtio enim in eo vertitur, vtrum iurisdictio ſupremorum imperii tribunalium ſit fundata in cauſſa, quam exſecutioni mandare vult circulus, nec ne? Illic exſecutionem inhiberi poſſe, nemo dubitabit, qui cogitauerit, iurisdictioni ius exſequendi ineſſe, adeoque ius exſecutionem tam decernendi, quam prohibendi & vetandi, penes eum ſolum eſſe, qui pollet ea iurisdictionis ſpecie, cui cauſſa controuerſa ſubeſt. Cum rem a iudice competente deciſam eſſe oporteat, antequam ad exſecutionem deueniri poteſt. (§. II. & III.)

Sed iurisdictio ſummorum tribunalium eſt vniuerſalis, ſeque extendit ad omnes cauſſas, quae ſpeciatim non Sunt exceptae. Exceptae autem ratione circulorum tantum reperiuntur cauſſae, quae circa internum circulorum ſyſtema verſantur.

Ergo in aliis ſupremorum iudiciorum poteſtas non poteſt non ſalua eſſe.

Cauſſas *pacis Weſtphalicae* reſeruamus ſectioni ſequenti.

p) In *notitia S. R. imperii lib. III. cap. I. pag. 60. ſq.* vbi *I. res circulariter decretas ex conſuetudine, II. exſecutionem, vbi cognitione opus, ab aliis diſtinguit.*

pp) Pe-

pp) Peculiarem ad nouam hanc conſtitutionem diſſertationem conſcripſit *Illuſtris* ESTOR *de ſumma circulorum Germanicor. libertate, ratione bellicorum, ciuilium, oeconomicorumque, quam ſanctio imperatoria* CAROLI VII. *cap. XII. §. IIII. contra ſupremorum imperii tribunalium iurisdictionem firmauit.*

q) Quae ad internum circulorum ſyſtema ſpectant late explicat *Illuſtris* MOSERVS *im Teutſchen Staats-Recht part. XXVII. pag.* 131. *ſqq.* Speciatim agit von Crayſs-Staats-Sachen *part. XXVIII. pag.* 477. *ſqq.* von Crayſs-Militar-Sachen *part. XXIX. tot.* von Crayſs-Matricular-Sachen *part XXX. pag.* 447. *ſqq. & part. XXXI. tot.* von Crayſs-Policey-Sachen *part. XXXII. pag.* 104. *ſqq.* Ceterum cauſſas, quae ordinarium iuris proceſſum deſiderant, noua hac capitulationis lege non comprehendi, ſatis patet ex voto *Brunſuicenſi*, quod in deliberatione circa hanc rem latum fuit: *Weilen dergleichen Reichs-Angelegenheiten kein Obiectum der Reichs-Iuſtiz ſeynd, finde man die Inſertion des Moniti nicht ohndienlich.* Apud eundem *part. XXXII. pag.* 271.

r) Bene tamen MOSERVS *part. XXXII. pag.* 277. monet, *extraiudicialem* imperatoris, tanquam ſupremi imperii capitis, poteſtatem penitus excluſam non eſſe.

SECTIO TERTIA.
DE
EXSECVTIONE PACIS WESTPHALICAE.

§. XXIX.

IN CAVSSIS PACIS WESTPHALICAE REGVLARITER EXSECVTIO CITRA PROCESSVM OBTINET.

Pace, qua bellum eiusque cauſſae tolluntur, & litibus finis imponitur, concluſa, nihil ſupereſt, quam vt conuenta ad effectum perducantur, atque, quae transacta fuerunt, re ipſa & citra cauillationem præſtantur *ſ*). Idem igitur etiam in *pace Weſtphalica* obtinet *t*). Quamobrem ſtatuum euangelicorum corpus in litteris ad imperatorem die XXX. Mai. CIↃ IↃCC XXI. ſcribit: *Das Inſtrumentum Pacis gibt klare Maas, und hält die Sentenz ſchon in ſich, die weiter nichts brauchet, als daß ſie zur Execution gebracht vverde v*). Immo inſtrumentum pacis quoad vim exſecutionis non tantum

tum cum *re iudicata* conuenire, sed etiam multo maiore, quam illam, auctoritate pollere, iam est monitum. (§. *IV. not. o.*) Et in *capitulatione nouissima x*) augustissimus imperator speciatim, quod ad causas *religionis* attinet, nullos se processus admissurum promittit, verbis: *Wo auch selbige* (status Augustanae confessionis) *sich gegen das Instrumentum Pacis, Nürnbergischen Exsecutions-Receß, arctiorem modum exequendi, und andere Reichs-Constitutiones beschwert zu seyn erachten, sollen und wollen wir uns auf ihre, der Augsp. Confessions-Verwandten Churfürsten, Fürsten und Staende, (die Reichs-Ritterschafft mit einbegriffen) samt oder sonders an uns thuende Vorstellungen ohne allen Anstand, obgedachten Reichs-Grund-Gesetzen gemäs, entschliessen, sofort sothane unsere Entschliessung denenselben zu wissen thun, solche auch ungesaumt zum würklichen Vollzug bringen,* KEINESWEGES ABER IN CAVSIS RELIGIONIS PROCESSE VERSTATTEN, *sondern darunter lediglich obenwähnten Reichs-Grund-Gesetzen nachgeben* &c.

s) v. Ickstatt *iur. gent. lib. V. cap. III. §. 2. pag.* 480.

t) *Art. XVI. §. 1. I. P. O. verba ita habent: Simulatque vero instrumentum pacis a dominis plenipotentiariis & legatis subscriptum & signatum fuerit, cesset omnis hostilitas & quae supra conuenta sunt, vtrinque* IN VESTIGIO *executioni mandentur.* Pertinet huc quoque, quod restitutiones fieri debeant ILLICO & STATIM *art. V. §. 15. & art. XVI. §. 5.* SINE MORA ET TERGIVERSATIONE, *art. V. §. 25. & art. XVI. §. 2. 3. & 5. &c.*

v) *Europaeische Staats-Canzley P. XL. p.* 484.

x) *Art. I. §. XI.*

§. XXX.

SVMMA CAPITVM PACIS WESTPHALICAE DIVISIO.

Quemadmodum vero de negotio aliquo, si in vniuersum spectetur, certum esse potest, quod exsecutioni mandari debeat; atque nihilominus, in quaestionibus singulis, quae circa illud oriuntur, res variis modis incerta fieri solet (§. VI. & VII.): ita quoque idem illud, cum ad exsecutionem pacis Westphalicae deuentum esset, mox animaduertere licuit & quotidiana ad hodiernum diem docet experientia. Tot enim numero, tamque intricatae saepe erant,

quae vel circa interpretationem vel circa exsecutionis excessum audiebantur, querelae, vt facile esset ad intelligendum, caussae discussione opus esse, si cuncta effectui dari debeant *y*). Quia vero plura sunt pacis Westphalicae capita, quorum quodlibet peculiarem & propriam suam naturam habet, quae in eligenda via, vt caussa aliqua *ad liquidum* perducatur, neutiquam est negligenda; (vid. infra §. XLIV.) de iis, antequam ad *modum exsecutionis* in caussis pacis statutum progredior, aliquid praemittere necessarium videtur. Solliciti in articulis his distinguendis & denominandis sunt TITIVS *z*), KEMMERICH *a*), SPENER *b*) aliique. Nobis pro instituti ratione sufficiat notasse, quaedam capita pertinere ad *exteros*, Galliam inprimis & Sueciam; quaedam *ad statum imperii domesticum*. Posteriora iterum non sunt vnius generis, aut enim in illis transigitur de ipsis *belli caussis & effectibus*, aut vero negotia tractant; *quae ad bellum nihil attingunt*, & quae tantum maioris firmitatis & securitatis ergo tabulis pacis fuerunt inserta.

y) Vnde HENNIGES ad verba: *e vestigio exsecutioni mandentur* in art. XVI. §. 1. commentatur: *illud vero* E VESTIGIO *necessario cum aliquo ciuili temporis tractu intelligendum. Impossibile enim fuit, vt omnia simul & e vestigio efficerentur, plurimis ita comparatis, vt & ordinem desiderarent & diem. Aliquando etiam disceptandum ante fuerat, annon a parte altera plus iusto potatur, vel an caussa ipsa ad legem de exsequendo latam pertineat. De quo in negotio religionis, prout illud articulo quinto compositum fuit, saepe disceptare oportuit, vnde distinctio inter casus liquidos & illiquidos, quae deinde occasionem ad conficiendos certas restituendorum classes praebuit.*

z) *Specim. iur. publ. lib. II. cap. 6. §. 5. sq.*

a) *Introd. ad ius publ. lib. II. cap. 6. §. 7. sqq.*

b) *Im Teutschen iure publico lib. I. cap. 8. §. 5. not. a pag. 197.*

§. XXXI.

DE CAPITE AMNESTIAE ET GRAVAMINVM.

Ad *belli caussas & effectus* pertinet *caput amnestiae & grauaminum*, quod vti pacis cuiuslibet, ita quoque pacis Westphalicae formam constituit atque fundamentum. Quia enim in bellis duplex laesionum genus animaduertere licet, *alterum*, quod bellum antecedit, eique

eique cauſſam praebet, *alterum*, quod in ipſo bello, dum geritur, per occupationes, direptiones, expugnationes, aliasque, quas ratio belli permittit, damnorum illationes, ex vtraque belligerantium parte contrahitur; ad vtrumque in pace ſancienda conſiderationem intendendam eſſe facile patet. Prius *caput grauaminum*, poſterius *caput amneſtiae* recentiore vſu appellari ſueuit *c*). Ceterum cum hoc argumentum, & inſigne diſcrimen, quod inter reſtitutionem ex capite amneſtiae & reſtitutionem ex capite grauaminum intercedit, iam alibi excuſſerit DOM. PRAESES *d*), duo tantum hic moneo, I. in vtraque reſtitutionis ſpecie certum ſtatum, in *mero poſſeſſionis facto*, ſiue iuſta illa eſſet, ſiue iniuſta, nixum, fundamenti loco eſſe poſitum, cum hac tamen differentia, vt in reſtitutionibus ex capite *amneſtiae* ſpectandus ſit ſtatus, qui fuit *ante deiectionem*, in reſtitutionibus vero ex capite *grauaminum* ſtatus ann. CIↃ IↃC XXIIII. *e*) II. A regulis hiſce, quibus reſtitutiones ex capite amneſtiæ & grauaminum alias nituntur, paſſim in tabulis pacis receſſum, & reſtitutionum huc pertinentium iura peculiaribus diſpoſitionibus determinata eſſe *f*). Cuius exemplum habemus *ex capite grauaminum* in *epiſcopatu Osnabrugenſi*, in quem alternatiua ſucceſſio domui ducali Brunſuicenſi & Lüneburgenſi cum catholicis *art. XIII. I. P. O.* addicta eſt; & *ex capite amneſtiæ* in Sereniſſima domo *Palatina*, cuius ſtatus, quo ante deſtitutionem gauiſa fuerat, inſignem mutationem ferre debuit, *art. IV. §. 3. ſqq. I. P. O.* vt alia taceam. Quibus conſequens eſt, *ſpeciales pacis diſpoſitiones*, inter quas p'ures ſunt, quæ cum bello nihil commune habent, (§. XXXII.) minime eodem omnes loco eſſe habendas, & hinc etiam, quæ in receſſu exſecutionis, qui, vti ex infra dicendis clariſſime pateſcet, vnice ad caput amneſtiæ & grauaminum pertinet, de *ſpecialibus pacis regulis* habentur, inuita prorſus Minerua ad alias diſpoſitiones, quæ in iſto capite nullatenus comprehenduntur, trahi.

c) COCCEI. *de Poſtliminio in pace & amneſtia ſect. IV. §. 5.* ICKSTATT *element. iur. gent. lib. V. cap. 2.* Vtrum *amneſtia* natura *pacis* contineatur? diſputari videas. Negauit COCCEIVS *l. c. ſect. I. §. 8. ſeq.* Lis tolli videtur per diſtinctionem inter *amneſtiam generalem*, quæ in obliuione ſimplici læſionum & offenſionum conſiſtit, & *amneſtiam ſpecialem*, quæ ſimul ablatorum reſtitutionem continet. Prior pactioni pacis per ſe ineſt, non poſterior, de qua expreſſe eſt conueniendum. GROTIVS *de I. B. & P. lib.*

III. *cap.* IX. §. 4. *num.* 2. *&* 4. *atque cap.* XX. §. 11. *ſqq.* IEKSTATT *loc. cit.* §. 4. *&* 5. Eos quoque, qui contra COCCEIVM diſputant, dum pacem cum eo ſtricte, per *transactionem de cauſſa inter ſummas poteſtates controuersa*, definiunt, vix ſibi a logomachia temperare iam monuit *Cel.* GODOF. DAN. HOFMANN in *commentatione*, quæ hoc ipſo anno prodiit, *de die decretorio*, *omnique ex P. W. reſtitutione* §. XII. *pag.* 19.

d) In *ſchedio de proceſſu arreſti in cauſſis pacis Weſtphalicæ* §. VII. *ſqq.* Cui addi poteſt *Cel.* HOFMANNI *commentatio modo laudata* §. X. *ſqq.*

e) Interdum ſpectatur quælibet anni CIↃ IↃC XXIIII. pars; interdum prima huius anni dies. Diuerſas circa hanc quæſtioſententias erudite examinauit HOFMANNVS in commentatione *de die decretorio.*

f) Sumtuum enim bello datorum, victoriae, & ſecuritatis etiam futurae rationes exactam adeo reſtitutionem, reductionemque omnium ad vnicam tantum regulam generalem in pace ſtatuenda vix ferant, vt recte monet *Perillustris ab* IEKSTATT *iur. gent. lib. V. cap.* II. §. 5. *in schol.* pag. 463.

§. XXXII.

DE NEGOTIIS, QVIBVS NIHIL COMMVNE FVIT CVM BELLO TRICENNALI, ET QVAE TANTVM MAIORIS FIRMITATIS CAVSSA PACIS TABVLIS SVNT INSERTA.

Negotiorum, quibus nihil commune fuit cum *cauſſis* & *effectis belli tricennalis*, plura in inſtrumento pacis occurrunt, ad quæ pacificatores, dum *art. V.* §. 13. *I. P. O.* eorum, qui ALIVNDE reſtituendi ſunt, mentionem iniiciunt, in primis reſpexiſſe, vix ſupereſſe poteſt dubitatio *g*). Eſt vero porro duplex hac in parte viſio, cum eiusmodi cauſſae vel ab ipſis pacificatoribus *per modum arbitrii* fuerint deciſae atquae definitae, qualia exempla habemus in *art. IV. I. P. O.* vbi quidem pleraque ad *caput amneſtiae* pertinent, nonnulla tamen ad perſonas, quae numero belligerantium nunquam fuerunt, ſpectant, adeoque proprie & ſtricte loquendo *ad effecta belli* referri non poſſunt, quorſum praecipue ſpectare videtur cauſſa *comitum Naſſouiorum ad Saraepontem art. IV.* §. 30. quorum ditiones dux Lotharingiae obtentu ſententiae cameralis occupauerat; & cauſſa *viduae Sainenſis l. c.* §. 36. quam poſt obitum filii elector Colonienſis omni ditione ſpoliauerat, feudum exſtinctis maſculis ad ſe deuolutum contendens: vel extra congreſſum pacis & remotis pacificatoribus partes, quarum intererat, ſuae ſeorſim ſaluti per pacta pro-

ſpe-

ſpexerint, aut de litibus ſubortis tranſegerint, eaque poſtea in inſtrumento pacis maioris firmitatis ergo confirmanda curarint *h*), vbi inter alia eminet celeberrima tranſactio inter Sereniſſimos Haſſiæ Landgrauios, Caſſellanum & Darmſtattinum, ſuper ſucceſſione Marpurgenſi, cui ſeorſim & extra congreſſum pacis CIↃ IↃC XLVIII. initæ *i*), idem plane robur, *ac ſi verbis totidem tabulis pacis inſertæ comprehenderetur*, eſt additum. Verba ipſa ex *art. XV. §. 13.* addere lubet: *Quod controuerſias inter domus Haſſiacas, Caſſellanam & Darmſtattinam, ſuper ſucceſſione Marpurgenſi agitatas, attinet: quandoquidem Caſſellis 14. Menſis Aprilis proxime elapſi, conſenſu partium vnanimi accedente, penitus ſint compoſitæ; placuit tranſactionem iſtam, cum ſuis annexis & receſſibus, ſicut ea Caſſellis inita & a partibus ſubſignata, conuentuique huic inſinuata fuit, vigore inſtrumenti huius, eiusdem plane eſſe roboris, ac ſi verbis totidem hiſce tabulis inſerta comprehenderetur, nec a partibus tranſigentibus, nec aliis quibusuis ſub prætextu ſine pacti, ſiue alio quocunque, vllo vnquam tempore conuelli poſſe, quin imo ab omnibus etiamſi aliquis ex intereſſatis eam forte confirmare detrectet, exactiſſime obſeruari debere.*

g) De reſtitutione, quæ *aliunde* fieri dicitur *art. V. §. 13.* quæque admodum ſollicitos habet interpretes, copioſe egit *Dom.* PRAESES in *ſchedio de proceſſu arreſti in cauſis pacis Weſtphalicæ §. XI. ſqq.* add. *Cel.* HOFMANNI commentatio *de die decretorio §. XXXV.*

h) Vſus diſtinctionis, quod aliæ controuerſiæ ab ipſis pacificatoribus, velut *per laudum*, fuerint deciſæ, aliæ a partibus transactione compoſitæ, ſe præcipue exſerit in quæſtione de interpretatione pacis Weſtphalicæ *authentica* quam, cum declarationem *propriæ voluntatis* ſemper inuoluat, in pacta ſeorſim inita, licet poſtea in tabulis pacis confirmata, nullatenus conuenire, palam eſt.

i) Notum eſt, Sereniſſimam Domum Haſſo-Darmſtattinam toto bello tricennali mediam ſe ſemper partibus belligerantibus geſſiſſe, bellique nunquam participem fuiſſe; cauſſam vero ſucceſſionis Marpurgenſis in iudicio imperii aulico agitatam, tandem per ſententiam, quæ die 1. Aprilis CIↃ IↃC XXIII. in comitiis Ratisbonenſibus publicata fuit, deciſam, & deinde transactione anno CIↃ IↃC XXVII. inita plene eſſe compoſitam. Qua de re quoque, cum poſtea Domus Haſſo-Caſſellana hanc a Cæſarea Maieſtate confirmatam, & iureiurando tranſigentium roboratam conuentionem conuellere, litemque de ſucceſſione Marpurgenſi ad tractatus pacis Weſtphalicæ deferre animum

induxisset; in ipso pacis conuentu placuit, caussam hanc, vtpote huc non pertinentem, suo loco relinquere, atque ad tractatus separatos, Cassellis sub mediatione Gothana institutos, remittere, vbi etiam a solis Serenissimis litigantibus, intercedente mediatore, omnis controuersia denuo est sopita per *secundam transactionem* CIↃ IↃC XLVIII. cui plane absolutæ atque perfectæ postea confirmatio pacis Westphalicæ accessit. vid. *Acta pacis Westphalicæ Tom. IV. pag.* 432. *&* 468. *sq.* vbi quoque *Tom. V. pag.* 677. *sqq.* transactio ipsa accuratius exhibetur, quam in *Theatro Europæo Tom. VI.* LONDORPII *actis publicis Tom. VI. pag.* 306. *sqq.* & LVNIGII *archiuo imperii Tom. IX. pag* 899. *seqq.* add. *Hessen-Darmstädtische Anmerkungen über die Hessen-Casselische sogenannte nähere Erläuterung des auf Braubach und Catzenelnbogen sich anmassenden Wiederumtauschungs-Rechts, pag.* 7. *sq.* & *Hessen-Darmstädtisches Gegen-Pro-Memoria den Recurs in der Universitäts-Sache betreffend, pag.* 82. *sq.*

§. XXXIII.

DE VI CONFIRMATIONIS, QVAE PACTIS VEL TRANSACTIONIBVS ANTEA IAM ABSOLVTIS IN P. W. ACCESSIT.

Confirmationem, quæ pactis vel transactionibus iam absolutis atque formatis in P. W. accessit, esse *vinculum* tantum *accessorium*, adeoque in substantia obligationis principalis nihil immutare, sed eam in integro relinquere, nemo negabit. *k)* Sed & efficaciorem & firmiorem longe eius esse vim & potentiam, quam aliarum confirmationum, quæ vel a principe vel a magistratu subalterno fieri alias in pactis priuatorum solent, non minus est perspicuum. Debet enim, vti verba pacis habent, transactio ita confirmata *eiusdem esse roboris, ac si verbis totidem tabulis pacis inserta comprehenderetur.* Ex quibus colligo, I. *transactionem ita confirmatam naturam suam primordialem omnino retinere; hoc tamen* II. *ipsi accedere robur, vt omnibus firmamentis munita sit, quæ ad stabiliendam pacem Westphalicam sunt constituta.*

k) Solent pacta *accessoria* in duas classes dispesci. Quædam aliis contractibus, adiiciuntur, vt simplicem eorum naturam variis modis afficiant, addendo aliquid, quod alias non continebant, aut detrahendo, quod naturaliter ipsis inerat. Alia autem contractibus iam determinatis & modificatis firmitatem aliquam & securitatem adferunt. vid. PVFENDORF. *I. N. & G. lib. V. cap. X. §. I.* & quæ ibi notauit HERTIVS. Posteriora obligationes pactitias principales in integro relinquere, probat *Perill. ab* ICKSTATT *iur. gent. lib. III. cap. VI. §. 3. in coroll. pag.* 245.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0080
DFG

§. XXXIV.

DE FIRMAMENTIS P. W.

Vt itaque de vi confirmationis, quæ in pace Weſtphalica transactioni alicui particulari acceſſit, eo certius iudicare liceat, de *firmamentis* huius pacis aliquid differendum erit. Adduntur autem firmamenta conuentionibus publicis vel ab ipſo *iure naturæ & gentium*, quæ ſua natura inſunt, & quibus iam non immoror, *l)* vel *a conſiliis humanis m)*. Ad hæc in pace Weſtphalica referuntur I. modus exſecutionis præſcriptus *art. XIV.* II. iuſſus, vt pacta pacis ad modum *legis fundamentalis* obſeruentur, *art. XVII.* §. 2. III. applicatio pœnæ fractæ pacis, *art. XVII.* §. 4. & 7. IV. mutuæ guarantiæ promiſſio *art. XVII.* §. 5. 6. & 8. *n)*. De modo exſecutionis agetur deinceps. (§. XL. ſqq.) Pœnam fractæ pacis aliunde iam ſatis notam pluribus explicare neceſſarium non videtur. Iam itaque de clauſula, vt pacta pacis *in vim legis fundamentalis* obſeruentur, & de effectu promiſſæ *guarantiæ* diſpiciamus.

l) De firmamentis conuentionum publicarum ex iure naturæ, diuino ſcripto, & gentium, copioſe agit FRIDERICVS LVDOVICVS WALDNER a FREVNDSTEIN in diſſertatione omnis eruditionis & prudentiæ ciuilis refertiſſima, quamquo ſi auctor non eſt, ſaltim vltima lima poliuit B. HERTIVS, *de firmamentis conuentionum publicarum cap. II. III. & IV.*

m) vid. laudatus WALDNER a FREVNDSTEIN *loc. cit. cap. V. ſqq.*

n) Solent hæc pacis Weſtphalicæ firmamenta alias quoque *pars pacis vindicatiua* ſiue ipſius *ſanctio appellari*, a *parte eius definitiua* diſtincta. KEMMERICH *introd. ad ius publicum lib. II. cap. VI.* §. 24.

§. XXXV.

DE CLAVSVLA, VT PACTVM IN VIM LEGIS FVNDAMENTALIS VALERE DEBEAT.

Effectus clauſulæ, vt conuentio aliqua *ad modum legum fundamentalium* obſeruetur, in eo conſiſtit, vt omnis dubitatio contra quoscunque tollatur, adeo, vt cum pactum alias non niſi paciſcentes obliget, aliis vero extraneis nec proſit, nec noceat; hoc tamen, cum in vim *legis vniuerſalis* tranſiuerit, omnes, etiam illos, qui

qui in eo sanciendo non interuenerunt, neque consensum suum praestiterunt, obstringat o). Tribuitur iste effectus huic clausulae diserte in ipsis pacis tabulis *art. XVII.* §. 2. verbis: *Pro maiore horum omnium & singulorum pactorum firmitudine & securitate, sit haec transactio perpetua lex & pragmatica imperii sanctio, in posterum aeque ac aliae leges & constitutiones fundamentales imperii, nominatim proximo imperii recessui, ipsique capitulationi caesareae inserenda,* OBLIGANS NON MINVS ABSENTES, QVAM PRAESENTES &c. Quin & in illa ipsa, quae transactioni Hassiacae accessit, confirmatione *art. XV.* §. 13. idem illud clare exprimitur verbis: *placuit transactionem istam nec a partibus transigentibus nec* ALIIS QVIBVSVIS *sub praetextu siue pacti, siue iuramenti, siue alio quocunque, vllo vnquam tempore conuelli posse, quin imo ab omnibus,* ETIAMSI ALIQVIS EX INTERESSATIS EAM FORTE CONFIRMARE DETRECTET, *exactissime obseruari debere p).* Vnde simul clarum est, quid inprimis mouerit Sereniſſimos transigentes, vt tam modo dictae transactionis, quam aliarum conuentionum particularium, quae in art. XV. memorantur, praecipue quoque *iuris primogenituraе*, vtrique lineae, Cassellanae & Darmstattinae, a caesarea maiestate concessae, confirmationem in pacis tabulis faciendam curarint. Cuncta enim ista fere soli, qui regiminis habenas tunc tenebant, perfecerant. Quamobrem contra agnatos, qui consensum non praestiterant, *q)* fortiori quodam vinculo omnino opus videbatur, quod *nisi per confirmationem in vim legis fundamentalis & sanctionis pragmaticae* obtineri non poterat. Taceo, plures esse exceptiones, quibus forte valor pacti alicuius impugnari potest, quae omnes per eiusmodi confirmationem praecidantur atque reiiciuntur.

o) *Conf.* COCCEIVS *de guarantia pacis sect. II.* §. 8. BOEHMER *de vsu & commodis pacti de praestanda euictione cap. III.* §. 10. & *de sanctionum pragmaticarum indole & auctoritate cap. II tot.* in primis §. 8. vbi qualitatem sanctionis pragmaticae *transactioni Passavienſi & paci religioſae* contra argumenta Dillingenſium vindicat. Frequentem hodie in conuentionibus publicis huius clausulae vsum esse docet WALDNER a FREVNDSTEIN *de firmamentis conuentionum publicarum cap.* XI. §. *V. pag.* 123. & illustre exemplum hoc saeculo habuimus in *sanctione pragmatica*, quam circa successionem in terras Austriacas stabiliuit CAROLVS VI. conf. BOEHMER in dict. diss. *de sanctionum pragmaticar. indole & auctoritate cap. II.* §. 12.

p) Quo-

p) Quomodo, post alia argumenta, ex hac quoque lege nobilitas immediata repulsam tulerit, cum *vallem Buseckanam*, quæ domui Darmstattinæ per dictam transactionem obtigerat, corpori suo vindicare vellet, docet HENNIGES *ad art. XV. I. P. O. pag.* 1646. *sq.*

q) Sic transactionem de anno CIↃIↃC XLVIII. ex parte Cassellana sola Landgrauia AMELIA ELISABETHA, tutrix filii WILHELMI, & ex parte Darmstattina, solus Landgrauius regens GEORGIVS, subsignarant. vid. *act. pac. Westphal. T. V. pag.* 683. *&* 687. Quæ etiam postea lites motæ fuerint circa *ius primogenituræ* non minus in domo *Darmstattina*, quam *Cassellana*, notum est ex *R. I. N.* §. 188. *sq.* vbi tamen controuersia ita est composita, vt ex præscripto pacis ius primogenituræ vtrique lineæ saluum maneret & inconcussum, atque speciatim conuentio, eam in rem inter lineam *Cassellanam* & *Rheinfelsensem* inita, denuo *in vim pragmaticæ sanctionis & legis publicæ inter contrahentes eorumque heredes* confirmaretur. add. *Acta comitial. Ratisbonens. lib.* IV. §. VIII. T. I. pag. 503.

§. XXXVI.

DE INDOLE GVARANTIAE PACIS GENERATIM.

Venio nunc ad *guarantiam* pacis Westphalicæ, vbi primo de indole & effectu guarantiæ pacis generatim, *r*) deinde, cum, docente BOEHMERO, *rr*) formula eius semper cum diligentia ponderari debeat, quid circa eam in pace Westphalica constitutum sit, videbimus. Quamuis autem guarantia *s*) plurimum trahat vel ex *fideiussione*, si extranei partibus spondent pacis securitatem contra eius violatores, vel *ex promissione euictionis*, si partes ipsæ sibi eandem securitatem repromittunt, vnde quoque non tantum plerique in explicatione *guarantiæ* ad hæc capita respicere solent; *t*) sed etiam in ipsis monumentis publicis, quando de præstanda guarantia agitur, vocabula *fideiussionis* & *euictionis* interdum adhibentur *v*): quia tamen guarandi non semper in casu, si altervter paciscentium promissis stare detrectat, totam obligationem in se suscipiunt, aut ad indemnitatem præstandam tenentur, vti in fideiussione & promissione euictionis stricte sic dictæ fieri solet *x*); rectius termini isti in definitione *guarantiæ* omittuntur, qua ratione, definiente PVFFENDORFIO, *y*) guarantia pacis est *fœdus circa ferendum auxilium illi, qui contra pacta inuaditur, aduersus iniuriæ auctorem*: vel, vti quodammodo plenius *perillustris ab* ICKSTATT, est pactum, *quo quis conuenta*

uenta in pace capita ad effectum deductum, nec non ſancte & illibate cuſtoditum iri, conſilio & auxilio ſeſe procuraturum promittit.

r) Guarantia non tantum negotiis *pacis*, ſed & aliis conuentionibus publicis & transactionibus accedere poteſt & ſolet. Idem tamen vbiuis guarandorum officium, curate ſcilicet, vt conuenta ad effectum perducantur.

rr) in diſſ. *de iure futuro. cap.* II. §. *vlt.*

ſ) Diuidunt garantiam in *verbalem*, *realem* & *perſonalem* vid. COCCEIVS, qui omnium pleniſſime hoc argumentum exſecutus eſt, in *diſſert. de guarantia pacis ſect.* II. III. & IV. Mihi vnice hoc loco cum garantia *perſonali* res eſt.

t) COCCEIVS *l. c. ſect* IV. §. 3. *ſqq.* BOEHMER *de vſu & commodis pacti de præſtanda euictione cap.* III. §. 1. *ſqq.* PVFENDORF *l. N. & G. lib* VIII. *cap.* 8. *&* 7. WALDNER a FREVNDSTEIN *de firmamentis conuentionum publicarum cap.* XI. §. 2.

v) Exempla apud laudatos modo auctores plurima occurrunt.

x) *Perilluſtr. ab* ICKSTATT. *elem. iur. gent. lib. V. cap.* II. §. 22. *pag.* 477. & WOLFFIVS *iur. gent.* §. 455. *pag.* 371.

y) *I. N. & G. lib. VIII. cap.* 8. §. 7.

§. XXXVII.

GVARANTIA SVSCEPTA GVARANDO NVLLAM IVRISDICTIONEM TRIBVIT.

Siue autem guarantiam per *fideiuſſionem*, ſiue per *promiſſionem euictionis*, ſiue per *pactum de præſtando auxilio* deſcribas, illud in aprico eſt, nunquam eius notionem ingredi iurisdictionem aliquam in illos, quibus guarantia eſt promiſſa. Fiunt guarandi *fœderati* non *iudices*. Recte enim WALDNERVS a FREVNDSTEIN *yy*) docet, quousque auxilium, ad quod guarandus obligatus eſt, extendendum, cuius ſumtibus, quando, quo denique pacto expediendum ſit? *ex natura fœderis defenſiui* æſtimari, iisdemque penitus regulis definiri iuxta & explicari debere. Quemadmodum igitur fœderatus in fœderatum nullas ſibi ex capite fœderis vindicare poteſt partes iudicis, ita abs re alieniſſimum eſt, guarando iurisdictionem aliquam in cauſſis, quarum guarantiam ſuſcepit, tribuere velle. Quia tamen officium ipſius eſt, conſilio & auxilio præſtare, vt pactis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0084
DFG

ctis conuentis satisfiat, videndum, qua via incedendum sit, vt finis propositus obtineatur, si inter partes altera alteri controuersiam facit. Ad arma sane statim descendere non licet, quæ non nisi sola necessitas defendit, & quæ, quamdiu alia media controuersias componendi supersunt, omni iure sunt prohibita z). Ante omnia itaque curandum, vt partes ad æquas conditiones descendant, & ita in concordiam redigantur *a*). Huius vero rei si nulla spes reliqua fuerit, caussa aut personas tangit plane liberas, neque vlli iudicio humano subiectas, aut adest iudex, cui partes litigantes subsunt. Priori casu quæstio decidenda est ex iis, quæ, si inter gentes controuersia oritur, vtrum *casus fœderis* existat, nec ne? secundum principia *iuris gentium* locum sortiuntur, quibus enucleandis iam non immoror. *b*) Posteriore caussa ad iudicem est remittenda, & quæ ille sententia sua definiuerit, iis, si iudex legitime processit, omnino standum, ita vt pro *parte lædente & iniuriæ auctore*, contra quem ad auxilium præstandum obligatur guarandus, citra vlteriorem cognitionem habendus sit, qui iudicii auctoritatem reuereri recusat. *c*) Rerum iudicatarum enim atque pro tribunali decisarum auctoritatem extra rempublicam quoque a gentibus aliis quibuscumque agnoscendam, immotumque vbiuis secum ferre robur, solidissimis argumentis demonstrant iuris gentium scriptores. *d*)

yy) *de firmament. conuent. publicar. cap. XI.* §. 2.

z) COCCEIVS *de guarantia pacis cap. V.* §. 8. *sq.* & late *illustris* WOLFFIVS *in iur. natur. P. V.* §. 1100. *sqq. atque in iur. gent.* §. 571. Plerumque hoc ipsis *guarantiæ* formulis diserte adiicitur. Sic in pace inter reges Sueciæ & Poloniæ anno CIↃ IↃC LX. Oliuæ inita art. XXXVI. spondet rex Galliæ: *se exsecutionem horum pactorum eorumque obseruationem ac perpetuitatem intra eosdem supra memoratos principes omni meliori, quo fieri potest, modo, etiam armis*, VBI AMICABILIA MEDIA NON PROCESSERINT, ASSERTVRVM. apud PVFENDORF. *Histor. Brandenburg. lib.* VIII. §. 75.

a) De mediis componendi controuersias gentium agunt WOLFFIVS *iur. gent.* § 569. *sqq* & ICKSTATT *iur. gent. lib. IV. cap.* 2. *pag.* 276. Præcipua sunt *transactio & compromissum in arbitros*, quod posterius, cum libero & spontaneo compromittentium consensu nitatur, merito ad species *amicabilis compositionis* refert ICKSTATT *l. c.* §. 6. *in coroll.* Interdum quoque in ipsa pace certus componendarum controuersiarum modus præscribitur, quemadmodum perspicere licet ex *pace Oliuensi art. XXXV.* §. 7. vbi constituitur: *vt omnium guarandorum nomine commissio generalis instituatur*

tuatur ad læsi confinia, intra spatium quatuor mensium, qua inter deputatos vtrinque commissarios negotium discutiatur, et, si possibile erit, intra quatuor ad summum alios menses terminetur. Eiusmodi quoque modus præscriptus est in pace Westphalica. *vid. §. seq. XXXVIII.*

b) conf. WOLF. *l. c.* §. 662. *&* ICKSTATT *l. c. lib IV. cap. VIII.* §. 12.

c) Nemo dubitat, quin, si inter liberas gentes per interceſſionem guarandi res eo deducta fuerit, vt *compromissum* placuerit, in laudo arbitri acquiescendum sit, idque regulam constituat, ad quam guarandus deinde in præstando auxilio respicere teneatur. WOLF. *iur. natur. P. V.* §. 946. *sqq.* Quod igitur in arbitro est iuris, illud multo magis etiam valebit in iudice quodam ordinario & competente. Scriptores, qui de guarantia præcipiunt, excepto fere solo COCCEIO, vnice respicere solent ad gentes plane liberas, neque proinde *iudicis ordinarii*, quem istæ non agnoscunt, mentionem faciunt. Sed esse principes potentissimos, qui, licet iurium maiestaticorum compotes sint, tamen iudicem suum habent, exemplo esse possunt principes imperii.

d) Cel. ICKSTATT *iur. gent. lib. II. cap. V.* §. 11. pag. 99.

§. XXXVIII.

DE GVARANTIA, QVAE SVPER PACE WESTPHALICA PROMISSA FVIT, SPECIATIM.

Pax Westphalica maximam partem versatur circa status imperii, eorumque subditos, qui omnes iudicem suum agnoscunt. Guarantia igitur, quæ huic paci accessit, sollicite cum *via iuris* coniungitur, ne guarandi eam vnquam prætermittant, sed contra eum, per quem stat, quo minus *nec amicitiæ nec iuris via* locum inuenerit, præsto esse auxiliis suis & armis monentur. Formula huius guarantiæ in *art. XVII.* §. 5. *sqq. I. P. O.* quæ repetitur in *I. P. M.* §. 115. *sqq.* hæc est:

§. 5. *Teneantur omnes huius transactionis consortes vniuersas & singulas huius pacis leges contra quemcunque sine religionis distinctione tueri & protegere, & si quid eorum a quocunque violari contigerit, læsus lædentem, imprimis quidem a via facti dehortetur, cauſſa ipsa vel amicabili compositioni vel iuris disceptationi submissa.*

§. 6. *Verumtamen si neutro horum modorum intra spacium trium annorum terminetur controuersia, teneantur omnes & singuli huius*

huius transactionis consortes, iunctis cum parte læsa consiliis, viribusque arma sumere, ad repellendam iniuriam a passo moniti, quod nec amicitiæ nec iuris via locum inuenerit, salua tamen de cætero vnius cuiusque iurisdictione, iustitiæque iuxta cuiusque principis aut status leges & constitutiones competenti administratione.

§. 7. *Et nulli omnino statuum liceat ius suum vi vel armis persequi, sed si quid controuersiæ, siue iam exortum sit, siue posthac inciderit, vnusquisque iure experiatur, secus faciens reus sit fractæ pacis. Quæ vero iudicis sententia definita fuerint, siue discrimine statuum, executioni mandentur, prout imperii leges de exsequendis sententiis constituunt.*

Nihil potest his verbis esse clarius, nihil indoli guarantiæ conuenientius. Nullibi guarandis tribunitur iurisdictio aliqua *e*), sed, quæ iudicis sententia definita fuerint, exsecutioni mandanda esse, statuitur *f*).

e) Agnouerunt hoc etiam Sueci in illo ipso, quod ad causas & effectus belli spectat, capite *amnestiæ & grauaminum*, in congressu Norimbergensi. Quamuis enim initio, sibi *decisionem aliquam secundariam* (*eine Neben-Decision*, per quam tamen ipsam nihil aliud nisi curam & operam, vt pacis capita ad debitum effectum deducantur, intellexisse videntur) sibi denegari non posse existimauerint in *act. exsecut. pacis Westphal. Tom. I. pag.* 49. postea tamen, collegio deputatorum ad exsecutionem pacis constituto, cum designationem restituendorum sibi exhiberi postularent, expresse, se nullam sibi casuum decisionem arrogare, declararunt. Verba eorum hæc sunt: *Sie suchten anders nichts, als den Stand und Disputat der Decisorum zu vermeiden, und durch das Verzeichnis die Querulanten von sich ab an die Deputirten zu weisen, und ihnen anzudeuten, daß sie sich da solten angeben, da würde man ihnen Recht verschaffen, geschehe es nicht stracks, so würde es doch geschehen in der Ordnung, vvie ein jeglicher gesetzt vvære, um die Decision vvollten sie sich nichts annehmen, noch dem Collegio Deputatorum eingreiffen* &c. in *act. exsecut. Tom. II. pag.* 208. Recte quoque MOSERVS *in denen Zusætzen zu seinem teutschen Staats-Recht P. I. pag.* 135. *in fine* quando refert, anno CIↃ IↃCC XVI. aulam quandam principalem a rege Galliæ, tanquam guarando pacis Westphalicæ, declarationem articuli alicuius petiisse, monet: *esse eiusmodi principia tam periculosa, vt vix periculosiora esse queant.* Plura de guarantia pacis Westphalicæ habet SPENERVS *iur. publ. lib. I. cap.* 8. §. 3. not,

not. *i. & k. Part. I. pag.* 191. & MOSERVS *im Teutſchen Staats-Recht P. I. pag.* 493. *ſq.*

f) HENNIGES quidem, vt memoratum §. 7. *Et nulli omnino ſtatuum* cum præcedentibus conciliet, exiſtimat, intelligendum illum eſſe de controuerſiis, quæ aliis ex cauſſis, quam quæ ad exſecutionem pacis pertinent, oriuntur. Quamuis vero minime negem, generatim hoc loco pacem publicam confirmari & ſtabiliri, nihil tamen eſt, quod cauſſæ pacis Weſtphalicæ excludantur. Nam in his quoque per ea, quæ præcedunt, non aliter ad arma concurrere licet, quam vbi ſpes cauſſam vel amicabili compoſitione vel per viam iuris expediendi euanuit. Quæ vero poſtea in *receſſu exſecut. §. III.* de exſecutione in propria cauſſa ſtatuta fuerunt, ſingularia ſunt, ad eos ſpectantia, quorum reſtitutio tribus *exauctorationis & euacuationis* terminis incluſa erat. Neque verendum, peruerti ita ius, quod reſtituendis ex capite *amneſtiæ & grauaminum* competit, ea, quæ ipſis debentur, coram ducibus & directoribus circulorum perſequendi. Poſtquam enim his in iſta peculiari ſpecie cognitio & poteſtas quædam iudiciaria eſt data, modus ille agendi procul dubio ſub præſcripta *iuris via* nunc comprehenditur, & in eo ſaltim peccatur, ſi idem illud ad alias quoque pacis Weſtphalicæ cauſſas, quibus cum capite *amneſtiæ & grauaminum* nihil commune eſt, extendi velit, qua de re infra (§. XLV. ſqq.) pluribus.

§. XXXIX.

CONCLVSIO EX DICTIS DE VI ET EFFECTV CONFIRMATIONIS, QVAE IN P. W. PACTO VEL TRANSACTIONI ACCESSIT.

Hæc itaque pacis Weſtphalicæ firmamenta cuncta etiam proſunt atque ſubſidium ferunt pactis & transactionibus in pacis tabulis firmatis. Quemadmodum vero neque adiecta pœna fractæ pacis, neque obligatio in vim legis fundamentalis, neque guarantiæ vinculum quidquam in natura pacti primordiali mutat: ita de cætero omnes, quæ vel circa interpretationem, vel circa implementum aut diſſolutionem eiusmodi pacti confirmati, immo & circa modum procedendi in huiusmodi litibus oriuntur quæſtiones, vnice ex communibus regulis, quas alias in cauſſis pactorum ſequi ſolemus, diiudiciari & decidi debere palam eſt. Id quod adhuc clarius eluceſceet, quando *modum exſecutionis* in cauſſis pacis Weſtphalicæ præſcriptum paullo diligentius conſideraverimus, ad cuius igitur expoſitionem nunc progredior, vbi ſimul *de iudice* in his cauſſis aliquid admiſcendi occaſio erit.

§. XXXX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0088
DFG

§. XXXX.

MODVS EXSECVTIONIS IN CAVSSIS PACIS WESTPHALICAE.

Ratio, qua ea, quæ pace Weſtphalica placuerunt, exſecutioni mandari debent, in ipſo inſtrumento pacis art. XVI. ita eſt definita:

§. 1. *Simulatque vero inſtrumentum pacis a Dominis Plenipotentiariis & legatis ſubſcriptum & ſignatum fuerit, ceſſet omnis hoſtilitas, & quæ ſupra conuenta ſunt, vtrinque e veſtigio executioni mandentur.*

§. 2. *Imprimis quidem Imperator ipſe per vniuerſum Imperium edicta promulget & ſerio mandet iis, qui hiſce pactis & hac pacificatione ad aliquid reſtituendum vel præſtandum obligantur, vt ſine tergiuerſatione & noxa, intra tempus concluſæ & ratificandæ pacis præſtent & exequantur tranſacta, injungendo tam Directoribus, Ausſchreibenden Fürſten, quam Præfectis militiæ circularis, Creyſs-Obriſten, vt ad requiſitionem reſtituendorum, iuxta ordinem executionis & hæc pacta, reſtitutionem cuiusque promoueant & perficiant. Inſeratur etiam edictis clauſula, vt, quia circuli Directores, die Ausſchreibende Fürſten, aut Præfecti militiæ circularis, Creyſs-Obriſten, in cauſſa vel reſtitutione propria minus idonei executioni eſſe cenſentur, hoc caſu, itemque ſi Directores vel Præfectum militiæ circularis, repudiare commiſſionem contingat, vicini circuli Directores, aut Præfecti militiæ circularis, eodem executionis munere etiam in alios circulos ad reſtituendorum requiſitionem fungi debeant.*

§. 3. *Quodſi etiam reſtituendorum aliquis, Cæſareanos Commiſſarios ad alicuius reſtitutionis, præſtationis vel executionis actum neceſſarios cenſuerit, quod ipſorum optioni relinquitur, etiam illi ſine mora dentur.*

§. 4. *Quo caſu vt rerum tranſactarum effectus tanto minus impediatur, tam reſtituentibus & reſtituendis liceat ſtatim concluſa & ſubſcripta pacificatione binos aut trinos vtrinque nominare commiſſarios, e quibus Cæſarea Maieſtas vnum a reſtituendo, alterum a reſtituente nominatum pares tamen numero,*

mero, ex vtraque Religione eligat, quibus iniungatur, vt omnia, quæ vigore huius transactionis oportet, absque mora exequantur. Sin autem restituentes commissarios nominare neglexerint, Cæsarea Maiestas ex iis, quos restituendus nominauerit, vnum deliget, aliumque pro suo arbitrio, obseruata tamen vtrobique diversæ Religioni addictorum paritate, adiunget, quibus commissionem executionis demandabit, non obstantibus exceptionibus in contrarium factis. Ipsi deinde restituendi, mox a conclusione Pacis de transactorum tenore notum faciant interessatis aliquid restituturis.

§. 5. *Omnes denique & singuli, siue status siue communitates, siue priuati siue clerici, siue seculares, qui vigore huius transactionis, eiusdemque regularum generalium, vel specialis expressæque alicuius dispositionis, ad restituendum, cedendum, dandum, faciendum, aut aliud quid præstandum obstricti sunt, teneantur statim post promulgata Cæsarea edicta & factam restituendi notificationem, sine omni tergiuersatione vel oppositione clausulæ saluatoriæ, siue generalis, siue specialis alicuius supra in Amnestia positæ, aut quacunque alia exceptione, itemque siue noxa aliqua, omnia, ad quæ obligantur, restituere, cedere, dare, facere & præstare.*

§. 6. *Nec Directorum & Præfectorum circularis militiæ, aut commissariorum executioni, quisquam siue status, siue miles, præsertim præsidiarius, siue quilibet alius, sese opponat, sed potius executoribus assistant, liberumque sit dictis executoribus, contra eos, qui executionem quouis modo impedire conantur, suis vel etiam restituendorum viribus vti &c.*

§. XXXXI.

MODVS EXSECVTIONIS IN PACE WESTPHALICA, QVOD AD SVMMAM REI ATTINET, IDEM EST, QVI IN ALIIS IMPERII EXSECVTIONIBVS.

Quae si cum iis, quae *sect. II.* de iure exsequendi in imperio R. G. dicta fuerunt, conferamus, facile patebit, modum exsecutionis in pace Westphalica, quod ad caput & summam rei attinet, eundem prorsus

ſus eſſe, qui in aliis imperii exſecutionibus conſtitutus eſt. Supremum enim ius exſecutionem decernendi & mandandi, quod generatim imperatoris eſſe ſupra probatum (§. XV. & XXVII.), eidem etiam diſertis verbis in P. W. confirmatum deprehendimus, g) ita tamen, vt ſub eius auſpiciis per *duces circulorum*, quibus pariter munus exſecutionum perficiendarum in Germania obtigit, (§. XVI.) & quibus hoc loco prima vice hac in parte iuncti fuerunt *circulorum directores* (§. XVII.) cuncta ad effectum perducantur. Quemadmodum quoque per leges directoribus & ducibus circulorum non licet, conceſſa ipſis exſequendi poteſtate in *propria cauſſa* vti, (§. XIX.) ita idem illud in P. W. eſt repetitum. Vnde etiam lex illa *de exſequendo* anno CIↃ IↃLV, lata, vulgo *die Executions-Ordnung*, explicate in verbis: *iuxta ordinem executionis*, fundamenti loco eſt poſita *h*). Quae cum ita ſint, conſequens eſt, ius illud, quod directoribus atque ducibus circularibus circa exſecutionem P. W. competit, ex principiis communibus, quibus alias exſecutiones imperii nituntur, principaliter diiudicandum, adeoque, quemadmodum in aliis cauſſis, ita & in cauſſis pacis Weſtphalicae eos pro *meris exſecutoribus* habendos eſſe, qui nullas ſibi *iudicis* partes vindicare, neque de vlla, quae forte oritur, controuerſia cognoſcere poſſunt, niſi quatenus de exſecutionis ordine tantum, an in hac vel illa re fieri debeat? diſceptatur; aut ipſis cognitio ſpeciatim fuerit delata, (§. *XII. XIII. & XX.*) quod circa *factum poſſeſſionis* in capite *amneſtiae & grauaminum* factum eſſe, inde vero ad alias cauſſas, ab iſto capite penitus ſeparatas, nullum duci poſſe argumentum, videbimus §. *XLV.*

g) Quae euangelici circa titulum *ſupremi pacis exſecutoris* monuerint in comitiis CIↃ IↃCLIII. legi poſſunt in B. a MEIERN *actis comitialibus T. I. pag.* 373. *ſqq.* Omnia eo redeunt, imperatori hoc elogium omnino competere, ſed intelligendum illud eſſe *ſaluo inſtrumento pacis, arctiore modo exſecutionis, & receſſu exſecut.* add. TREVER *de titulis officii imperatoris* §. *XX.*

h) Primarius pacificatorum in condenda pace ſcopus fuit, recte iudicante SPENERO *iur. publ. lib. I. cap. VIII. §. 4. P. I. pag.* 193. vt *pax profana & religioſa*, per turbas, quibuscum Germaniae hucusque conflictandum fuerat, penitus labefactata, reſtitueretur, accuratius definiretur, & ſtabiliretur, atque Germania in ſtatu collocaretur, quo vtraque pace quiete frui poſſet. Ad hunc finem obtinendum cum a ſua origine comparata fuerit ordinatio exſecutionis, (§. XVI.) recte illi quoque tanquam fundamento

to exſecutio pacis Weſtphalicae eſt ſuperſtructa. Nullus etiam alius excogitari potuiſſet exſecutionis modus, formae reipublicae Germanicae ita conueniens, ac ille ipſe, qui in dicta *ordinatione exſecutionis* eſt praeſcriptus.

§. XXXXII.

SINGVLARIA QVAEDAM, QVAE IN EXSECVTIONE P. W. OCCVRRVNT, EX IPSO PACIS INSTRVMENTO.

Ceterum conſtat, acceſſiſſe *ſingularia* nonnulla, quae, vt rerum tranſactarum effectus tanto minus impediatur, ab ordinario exſequendi modo in quibusdam abeunt, vnde quoque *art. XVI.* §. 2. ordinationi exſecutionis iunguntur *pacta pacis.* Huc pertinet I. facultas, praeter directores & duces circulorum, petendi alios ab imperatore *commiſſarios*, quibus munus exſecutionis deferatur, *art. XVI.* §. 3. quod an in aliis exſecutionibus liceat? adhuc ſub iudice lis eſt II. Quod circa perſonas *mediatas* idem hic directorum atque ducum circularium ius eſt, quod circa *immediatas*, *art. XVI.* §. 5. cum alias contra ſubditos mediatos exſecutio ordinarie ad *dominum territorialem*, non ad circulum, pertineat (§. *XIX.*) III. Quod exſecutio fieri debeat *irritis* prorſus exceptionibus omnibus, deſumi poſſunt *i*), *art. V.* §. 25. & 32. *art. XVII.* §. 3. cum alias plures ſint exceptiones in ipſa exſecutione adhuc locum inuenientes (§. IV. not. o. et §. VI.) Denique IV. quod poſt triennium, ſi interea nec amicitiae nec iuris via locum inuenerit, omnes & ſinguli pacis conſortes, iunctis cum parte laeſa conſiliis viribusque arma ſumere & exſecutionem perficere teneantur, *art. XVII.* §. 6.

Aſt vti *tertium* & *quartum* partim ex natura *pacis* & *legis fundamentalis*, quae nullas exceptiones, quibus valor & tenor eius impugnatur, admittit, partim ex natura *guarantiae*, qua pax munita eſt, fluunt: ita omnia, quae commemoraui, *ſingularia* intra terminos concluſae exſecutionis ſeſe continere, adeoque in iis, quae §. *praeced.* de poteſtate exſecutorum, nudo exſecutionis miniſterio circumſcripta, adlata fuerunt, nihil mutare palam eſt.

i) Hoc tamen, intelligendum eſſe de omnibus exceptionibus, quae *ſubſtantiam & valorem pacis* impugnant, neutiquam de iis, quae vel exceſſum exſe-

exſecutionis, vel ſatisfactionem eorum, quae conſtituta ſunt, ſpectant, tum ipſa rei natura docet, tum diſertis verbis declaratur in *arctiore modo exſequendi*, quando ſtatuitur: *Daſs einige Exceptiones wider die Execution nicht gehoert noch beobachtet, im Fall aber ſuper facto poſſeſſionis einige dubia von ſonderbahrer Erheblichkeit vorfielen, dieſelbe ſummariiſſime alsbald in loco executionis eroertert, ſonſten aber einige andere* DEM INSTRVMENTO PACIS ZVWIEDER LAVFENDE *nicht zugelaſſen vverden.* Vbi verba: *dem Inſtrum. Pacis zuvvider laufende*, quae in prima conceptione non exſtabant, collatis ex parte catholicorum & euangelicorum conſiliis, addita eſſe, patet ex *act. pac. Weſtphal. T. VI. pag.* 801.

§. XXXXIII.

QVAE POST PACEM CONCLVSAM ACCESSERINT.

Acceſſerunt poſtea *edictum* FERDINANDI III. *arctior modus exſequendi*, & *duo exſecutionis receſſus.* Varia quoque eam in rem ſtatuta ſunt in *receſſu imperii nouiſſimo de anno* CIↃ IↃC LIV. & *capitulationibus caeſareis.* Quin etiam in comitiis praeſentibus de perficiendis iis, quae ex pace Weſtphalica reſtant, ſubinde eſt actum. De ſingulis breuiter.

§ XXXXIIII.

ARCTIOR MODVS EXSEQVENDI ET RECESSVS EXSECVTIONIS VNICE AD CAPVT AMNESTIAE ET GRAVAMINVM, ATQVE EXAVCTORATIONEM MILITIAE ET EVACVATIONEM LOCORVM PERTINENT.

Equidem in *edicto* FERDINANDI III. nihil omnino occurrit, quod non in inſtrumento pacis ipſis verbis iam expreſſum fuerit. *Arctior* vero *modus exſequendi*, & quae eum ſecuta ſunt, maioris ſunt conſiderationis. Quia autem primus & principalis nonnullorum abuſus circa exſecutionem pacis Weſtphalicae in eo ſe exſerit, quod, quae his legibus nouiter ſtatuta ſunt, indiſtincte & promiſcue ad omnes cauſſas, quarum in inſtrumento pacis mentio facta eſt, adplicare animum inducant; ratio & hiſtoria harum conſtitutionum ab origine reperenda videtur. Scilicet quamuis inuſitatum alias ſit, pacem exſequi, antequam ratihabita fuerit, aliud tamen placuit in pace Weſtphalica *k*), vbi, vt conuenta ſtatim a ſubſcriptione & ſig-

natione exsecutioni mandentur; *art. XVI. §. 1. sq.* solennia vero ratihabitionum instrumenta demum *intra spatium octo septimanarum* a die subscriptionis computandarum, praesententur & commutentur, statuitur. *art. XVII. §. 1.* Speciatim vero conuenerat, vt *restitutio locorum*, quae ex vtraque parte praesidiis tenebantur, tunc demum fieri deberet, quando *restitutio ex capite amnestiæ & grauaminum perfecta, liberati captiui, ratihabitiones commutatæ, & ea præstita essent, quæ de primo solutionis termino*, ratione quinquagies centenorum millium, Suecis pro exauctoratione militiae suae promissorum, *transacta fuerant, art. XVI. §. 13.* Et cura quidem restituendorum locorum atque exauctorandae militiae ad *generales exercituum duces*, vt de ea re inter se vtrimque conuenirent, reiecta, eoque ipso ad illos, qui forti & armata brachio agebant, totius exsecutionis moderamen delatum erat *l). art. XVI. §. vlt.* Immo Sueci, non contenti iis, quae de hac re in pacis tabulis posita erant, peculiarem adhuc *ordinem exsecutionis*, quo tota rerum perficiendarum series numeris suis disponebatur, conscribebant, isque vt a statibus, ante subscriptionem instrumenti pacis, probaretur & signaretur, obtinebant. Tenor in *act. P. W. T. VI. pag.* 612. hic est:

1. *Werden die Instrumenta pacis von allen Theilen unterschrieben.*
2. *Darauf ist das Armistitium zu publiciren, und werden allerseits Generalitæten, cessante hostilitate, sich mit einander gütlich vergleichen.*
3. *Schickt man die Instrumenta Pacis nach denen allerseits placitirten Formuln, ad ratificandum.*
4. *In währender Zeit der 2. Monath, so man der Ratification erwartet, werden* a) *die Sachen, so in Articulis Amnestiae & Grauaminum verglichen, exequirt, und ins Werck gestellt, doch die mit Guarnisonen besetzte Plaetze erst nach erlangter Ratification des Friedens euacuirt.* b) *Die Gefangene allerseits, laut des Frieden-Schlusses losgelassen.* c) *Die assignirte Staende mit der Soldatesca, und vice versa, wegen Entrichtung der 12. Tonnen Goldes, verglichen.* d) *Die 18. Tonnen Goldes, in die Læger-Staedte gesammlet.* e) *Alle Sachen bey den Armeen und in denen Guarnisonen zu Abdanckung der Soltadesca, Abführung der Guarnisonen, und Restitution der Plætze præparirt.* f) *Von allen*

allen Generalitœten de ordine & modo, wie ſolche Abführung, Reſtitution und Abdankung nach einander geſchehen ſolle, eine voellige Abrede mit einander genommen.

5) *Als nun indeſſen die Ratificationes einkommen, ſo werden* a) *gedachte Ratificationes entweder alſobald ausgewechſelt, oder ad ſecuras manus tertii deponirt, bis* b) *die Soldateſca wegen beſagter* 3. *Millionen, und zwar ſo viel deren jedesmahl abgedanckt, oder in proprios ſtatus abgeführet vverden, und alſo in Beyſeyn gevviſſer a parte der Crauſe hierzu verordneten Commiſſarien, contentirt und bezahlt.* c) *Die Guarniſonen pari paſſu abgeführt, die Plaetze reſtituirt, und von gedachter Soldateſca, nach eines jedvvedern Stand behalten, vvie die Herren Generalen ſich darüber vverden verglichen haben. Monaſterii Weſtphalorum d.* 21. *Octobr.* 1648.

(*L. S*)

Churfürſtliche Maynziſche Canzley.

Hic ordo exſecutionis fundamentum & baſis erat, qua poſtea Suecí nitebantur, quando vel de commutatione ratihabitionum, vel de euacuatione locorum aut exauctoratione militiae quæſtio incidebat. Per eum enim ſibi ius eſſe exiſtimabant, vtrumque denegandi, donec reſtitutio ex *capite amneſtiae & grauaminum*, quae poſtquam liberatio captiuorum facta erat, & ſolutio pecuniae promiſſae ſatis praeparata videbatur, maximam difficultatem adferebat, ad plenum effectum eſſet perducta *m*). Et de reſtitutione locorum quidem cauſſa in ipſis pacis tabulis clare erat definita *n*). Quod vero ad commutationem ratihabitionum attinet, ea quidem ad octo hebdomadas erat adſtricta; quia tamen tum in inſtrumento pacis, tum in dicto *exſecutionis modo* ſeorſim conſcripto, intra hoc ſpatium ſimul exſecutionem fieri, placuerat; neque hac in parte deerat ſpecies poſtulandi, vt ante omnia abſoluerentur, quae commutationem ratihabitionum praecedere deberent. Id quod & *arctiori modo exſequendi*, & *receſſibus exſecutionis* anſam praebuit. Per illum enim Suecis perſuadebatur, vt in commutationem ratihabitionum deſcenderent *o*); per hos vero conſtituebatur modus & ordo, quo tum reſtitutio ex capite amneſtiae & grauaminum, tum exauctoratio militiae & euacuatio locorum pari fere paſſu perficerentur. Ex quibus

bus luce meridiana clarius adparet, in legibus hisce condendis, alia in censum non venisse, nec etiam venire potuisse, nisi quae ratihabitionum commutationem & restitutionem locorum, quae belligerantes tenebant, vi pactorum *praecedere* oportebat. Cum igitur huc, praeter liberationem captiuorum & solutionem pecuniae pro exauctoratione militiae Suecicae promissae, vnice spectaret restitutio *ex capite amnestiae & grauaminum*, absonum sane est & incongruum, ea, quae ibi constituta sunt, ad causas plane alias & ab istis capitibus penitus separatas, extendere velle. Ea praeterea, quae circa *arctiorem modum exsequendi & recessus executionis* acta fuerunt, *p*) quin ipsa harum constitutionum verba, quae non nisi restitutionem ex capite amnestiae & grauaminum, exauctorationem militiae & euacuationem locorum loquuntur, & de aliis pacis articulis prorsus tacent, caussam ita reddunt perspicuam, vt rei clarissimae maiori luce non opus sit. Addo saltim, vt res exemplo illustretur, negotium telonei Oldenburgici, quod ANTONIO GÜNTHERO, comiti Oldenburgico, a Ferdinando II. consensu electorum CIↃ IↃCXXIII. conceſſum & pace Osnabrugensi *art. IX.* §. 2. confirmatum fuerat, cui vero ciuitates Hanseaticae se acriter opponebant. Insertum illud iam erat designationi restituendorum, in conuentu executionis Norimbergensi confectae. Sed conueniebat postea, referente PVFENDORFFIO *q*), inter Suecos & ordines, vt expungeretur, atque suo loco relinqueretur, quod ad legem amnestiae & grauaminum haut spectaret.

k) De necessitate *ratihabitionum* in instrumentis *pacis* differit ICKSTATT *iur. gent. lib. V. cap. II.* §. 18. add. WALDNER A FREVNDSTEIN *de firmament. conuent. publicar. cap. XIII.* §. *VI. pag.* 133. Quin & in ipsa *pace Westphalica*, quamuis conueniisset, executionem non exspectatis ratihabitionum instrumentis fieri debere, tamen euentus docuit, parum aut nihil effectum esse, donec illa accessissent. Vnde etiam euangelici contendebant, ratificationes velut fundamentum pacis ante omnia tradendas *v.* PVFEND. *de reb. Suecic. lib. XXI.* §. 3. *Act. P. W. lib. XLVIII. & XLIX.*

l) Vnde Oxenstierna dicebat: *Die Generalitaet habe nunmehro die Sache in die Haende erlangt, daſs er jetzo ſich allein vor der Generalitaet Conſiliarium halten müſſe, die auch nichts mehr thaete, als daſs ſie ihm nur um Einrath fragte. act. P. W. T. VI. pag.* 728.

m) Noua & specialior designatio eorum, quae Sueci ante ratihabitionem pacis expedienda volebant, exstat in *act. pacis. Westph. pag.* 749. Omnia vero

vero aut ad tria hic commemorata capita reduci possunt, aut mox transacta fuerunt. add. ADAMI *relatio historica de pacificat. Osnabrugo-Monaster. cap. XXXII. §. II. sq.*

n) Turbare quidem hunc ordinem annisi fuerant nonnulli, qui post publicatam & ratificatam iam pacem Monasterii remanserant, legati per conclusum de *XXIII.* Apr. CIↃ IↃC XLIX. sed frustra. vid. *B. de* MEIERN *in praef. ad T. I. act. exsecut. pag.* 3.

o) Vid. PVFEND. *l. c. & act. P. W. lib. XLVIII. & XLIX.*

p) *Act. P. W. citat. lib. XLVIII. & XLIX.* atque *act. exsecut.* a capite ad calcem.

q) *de rebus Suecicis lib. XXII. §. 5. pag.* 962. add. PFEFFINGERI *Vitriar. illustrat. T. III. pag.* 483. *sq.*

§. XXXXV.

DE COGNITIONE, QVAE IN ARCTIORE MODO EXSEQVENDI DIRECTORIBVS ET DVCIBVS CIRCVLORVM VINDICATVR.

Cum itaque restitutio ex capite amnestiae & grauaminum multis difficultatibus obstrueretur, aliis *ius possessionis* cum *possessionis facto* miscentibus, aliis ab exsecutione ad imperatorem prouocantibus: in *arctiore modo exsequendi* non tantum definitum fuit, quae dubia ad discussionem admitti debeant, non alia scilicet, quam quae super *possessionis facto*, quo restitutiones istae vnice nituntur, inciderent; sed etiam, vt eiusmodi dubia *summariissime in loco exsecutionis*, adeoque per directores & duces circulorum, deciderentur, est statutum *r*). Qua ratione dubitari nequit, competere cognitionem aliquam in causis pacis Westphalicae directoribus & ducibus circulorum. Verum quemadmodum cognitio ista disertis verbis ad ea tantum dubia, quae super facto possessionis oriuntur, est restricta, & hinc perperam ad alias quaestiones extenditur; (§. *XXIII.* in fine) ita eo magis illa exsecutoribus tributa est, quod fere *exsecutionis* tantum *ordinem* spectat, circa quem etiam *mero exsecutori* statuendi ius est (§. *XIII.*) Quorsum faciunt, quae hanc in rem habet LYNCKERVS *s*) ita scribens: FERDINANDVS III. *imperator, si dedit quid exsecutoribus, quod ipsorum per nudam exsequendi facultatem non fuerat; cum in cognitionem dare possit & soleat caesar: dedit sane peculiariter. At vero posse de facto possessionis, circa quam exsequi debet*

bet sententiam, exsecutorem dispicere, vt eidem apte sententiam applicet, indubium; sed & ineptum est, si quis inde iudicandi de caussa potestatem exsecutori adscribere vellet. Nec potest exsequi exsecutor, nisi de ipsa possessione, qua facti est; vt de terminis bonorum, rerum, facultatum, exsequendi, (siue possessoris siue debitoris) in quae fieri debet exsecutio, dispiciat: quae quidem cognitio prudentiae tantum exsecutoris, non etiam iudiciariae potestatis est.

r) Verba huc pertinentia excerpta sunt §. XXXXII. not. I.

s) ad *capitul. Iosephin. art.* XXXVII *pag.* 93.

§. XXXXVI.

DE RECESSIBVS EXSECVTIONIS NORIMBERGENSIBVS.

Cum vero nec hac ratione res ex voto succederet, in conuentu Norimbergensi anno CIↃ IↃC XXXXIX & CIↃ IↃC L. noua eam in rem inibantur consilia. Destinatus quidem erat conuentus iste primario expediendae conuentioni de *exauctoratione militum & euacuatione oppidorum* inter generales exercituum duces, quorum arbitrio negotium illud relictum fuerat in instrumento pacis. Cum vero restitutio *ex capite amnestiae & grauaminum* dictam exauctorationem & euacuationem praecedere deberet (§. *XLIV.*) Sueci hoc negotium se neutiquam omissuros declarabant *t*). Frequentes igitur adueniebant ordinum ablegati, ex quibus, postquam catalogum restituendorum CAROLVS GVSTAVVS, Suecorum Generalissimus, directorio Moguntino exhiberi iusserat, seligebantur octo indagandae huic quaestioni, duo ex collegio electorali, *Moguntinus & Brandenburgicus*, quatuor e collegio principum, *Bambergensis, Constantiensis, Culmbacensis & Würtembergicus*, & duo e collegio ciuitatum, *Norimbergensis & Uberlingensis v*), plenissima cognoscendi, decidendi & exsequendi potestate instructi, qui casus *liquidos* ab *illiquidis* ante omnia separabant. (add. infra §. *XXXXVIII.* not. cc.) Casus *liquidi* intra eosdem *tres terminos*, intra quos de copiis exauctorandis & praesidiis abducendis vtrimque conuenerat, expediri & exsecutioni mandari, aut, si constituta die illud non fieret, ipsis partibus, tum propriis, tum quorumlibet aliorum auxiliis adhibitis, sese ipsos restituere licitum esse debebat *x*).

Quod

Quoad *illiquidos* autem placebat, vt ordinum deputati adhuc *tres menſes* Norimbergae ſubſiſterent, intra quos omnium reſtituendorum cauſſae expediendae eſſent. Quem in finem duo conficiebantur receſſus, iisque deſignationes reſtituendorum in *tribus terminis ſub lit. A.* & *tribus menſibus ſub lit. B.* iungebantur.

t) Praeter illa, quae §. XLIV. adlata fuerunt, proſpexerant ſibi Sueci eam in rem peculiari adhuc conuentione tempore traditarum ratihabitionum, quae legitur in *act. P. W. T. VI. pag.* 854.

v) PVFEND. *de reb. Suec. lib. XXI.* §. 70. *pag.* 938. *Act. exſec. T. I. lib. I.* §. 27. *p.* 91.

x) *Receſſ. exſecut.* §. 3.

§. XXXXVII.

ACTA IN COMITIIS CIↃ IↃC LIII. & CIↃ IↃC LIV.

Quamuis vero in iſto conuentu Norimbergenſi plurimis cauſſis extrema manus feliciter accederet; tantum tamen aberat, vt omnium reſtitutionum intra *tres menſes*, quibus poteſtas deputatorum incluſa erat *y*), conſtitueretur finis ſperatus & optatus, vt proximis, quae anno CIↃ IↃC LII. indicebantur & in annum CIↃ IↃC LIV. durabant, comitiis hanc cauſſam reſumere, eamque vberius proſequi neceſſe eſſet *yy*). Alterum igitur propoſitionis caeſareae caput erat: *quis perficiendae exſecutionis modus ineundus eorum in gratiam, quibus, quae ex P. W. debebantur, nondum obtigerint?* z) Placebat iterum, vt negotium hoc per deputatos, eosque *extraordinarios*, vt vocant, perageretur *a*), cui muneri obeundo deligebantur e collegio electorali, *Moguntinus*, *Bauarus*, *Saxo* & *Brandenburgicus*: e collegio principum *Auſtriacus*, *Bambergenſis*, *Conſtantienſis*, *Monaſterienſis*, *Bremenſis*, *Saxo-Altenburgicus*, *Guelferbytanus* & *Würtembergicus*; e collegio ciuitatum *Colonienſis*, *Rothwilenſis*, *Norimbergenſis* & *Eßlingenſis*, hac tamen lege, vt, quia ratione poteſtatis, modi & ordinis tractandi inter catholicos & euangelicos nondum conuenerat, dicti deputati hac de re in commune conſulerent, atque ad vniuerſum ſtatuum imperii corpus referrent *b*).

y) Equidem *Benedictus Oxenſtierna*, quem Suecorum Generaliſſimus, CAROLVS GVSTAVVS, Norimbergae reliquerat, acriter contendebat, tres

istos menses non *finiendae* deputatorum iurisdictioni, sed demandatae negotiorum expeditioni dictos esse, quamobrem si intra hoc spatium omnia perfici nequeant, etiam post eius lapsum potestatem deputatorum tamdiu durare, donec omnia absoluta essent & penitus confecta, atque si alia via ingredi vellet deputatorum collegium, reginam fuam illud pro pacis violatione habituram esse *act. exsecut. T. II. lib. XIII.* §. 10 *p.* 780. Quae res etiam eo valebat, vt, quamuis collegium deputatorum in sententia, iurisdictionem suam vltra tres menses non extendi, persisteret, tamen vi potestatis, qua pollebat; denominandi commissarios, quibusdam ordinis sui membris, quae adhuc per aliquod tempus Norimbergae remansura erant, in mandatis daret, vt, si non in qualitate deputationis, tamen tanquam a collegio deputatorum constitui commissarii, ea, quae decidenda & exsequenda supererant, absoluerent. vid. *Recess die Continuation des Deputations-Convents zu Nürnberg betreffend* in *act. exsecut. T. II. pag* 786. *&* 797. *sq.* Quia vero & imperator & electores, aliique status legatos suos mox auocabant, parum aut nihil proficiebatur, & tandem mense Iulio CIↃIↃCLI. totus conuentus dissoluebatur. *act. exsec. T. II. pag.* 861. *&* 876. Quam multa inelaborata relicta fuerint, patet ex scripto, cui titulus: *Errinnerung und Protestation ex parte Euangelicorum was noch vor gaenzlicher Dissolvirung des Convents zu expediren, in act. exsec. T. II. p.* 863. *Cui iungi potest: Summarischer Bericht über des Collegii Deputatorum in Puncto restitutionis beschehenen Expeditionen.* l. c. p. 867. Protestationem quoque satis acerbam, quam ea propter *Oxenstierna* apud deputatos interposuit, habes *ibidem pag.* 817. Conclusum vero deputatorum contra ipsius imputationes exstat *ibid. pag.* 803. Et quae euangelicorum hodienum tam de hac Norimbergensi, quam de posteriore Francofurtensi deputatione sit sententia, legi potest in *Fabri Europaeischen Staats-Canzley T. XXXVII. pag.* 694. *sqq.* Sed & nostris temporibus in celebri caussa Zwingenbergensi disputatum fuit, an, quae a deputatis post lapsum trium mensium peracta fuerunt, valida sint? *Europaeische Staats-Canzley Tom. L. pag.* 402. 417. 431. *&* 443.

yy) Designationem *restituendorum*, quae in comitiis CIↃIↃCLIV. confecta fuit, exhibet FRITSCH. *elect. iur. publ. P. II. cap.* I. *Opp. T. I. pag.* 894. *sqq.* & in *adnotam. ad I. P. O. Tom. II. pag.* 307. *sqq.*

z) PFANNER *histor. comitior. lib. III.* §. 6. *B. de* MEIERN *act. comitial. T. I. pag.* 239. Spectare autem secundum hoc propositionis caesareae caput vnice ad casus restituendorum ex capite amnestiae & grauaminum, tum ex *actis comitialibus* constat, quibus nullibi in hoc articulo nisi legis amnestiae & grauaminum mentio fit, *vid. infra* §. *XXXXVIII.* tum inprimis ex ipso R. I. N. vbi §. 191. nominatim ad solos istos casus restringitur, verbis: *Den zweyten Puncten Unserer Kayserl. Proposition, und darunter die casus restituendorum ex capite amnestiae & grauaminum anlangend* cet. Saltim illorum error, qui transactionem Hassiacam in pace

West-

Westphalica confirmatam (§. XXXII.) huc etiam referunt, manifestus est. Hassiaca enim disertis verbis separantur, quippe de quibus in dicto R. I. N. §. 188. 189. & 190. agitur, & postea demum §. 191. ad secundum propositionis caesareae caput, *quis modus ineundus in exsequendis caussis P. W?* progressus fit. De vsu huius obseruationis vid. §. LII.

a) *Act. comitial. Ratisbon. lib. II. §. XV. T. I. p.* 325.

b) *Act. comitial. lib. IV. §. XV. T. I. p.* 542.

§. XXXXVIII.

CONCEPTIO CONCLVSI DE POTESTATE DEPVTATORVM PER MOGVNTINVM.

Ibant in consilium deputati, & quia iam ab aliquo tempore res in eum adeo locum deuenerat, vt super illa quoque quaestione, quidnam ad id, vt casus aliquis pro *liquido* haberi possit, requiratur? disputatio orta; neque praeterea illa, quae in disceptationem veniebant, vnius naturae essent, cum in aliis *factum*, in aliis *ius & regulae ipsae*, vnde decisio petenda, in controuersiam vocarentur: definitio, quaenam caussa pro *liquida* haberi debeat nec ne? necessaria; deinde casus *illiquidi*, vbi tantum de facto lis esset, a casibus *dubiis*, quorum decisio ab interpretatione P. W. dependeret, separandi videbantur. (§. III.) Quam in rem post longas altercationes & ambages tandem director Moguntinus sequens conclusum concipiebat *c)*:

Sabbati 8. *Nouembris anno* 1653.

Haben die ad punctum restituendorum & grauaminum von Churfürsten und Staenden ernennte Deputirte über die Praeliminaria sich nachfolgender maasen miteinander verglichen und für gut angesehen:

1) *Daß diese Deputation eben den Gewalt in cognoscendo, decidendo & exequendo haben solle, wie die zu Nürnberg durch selbigen Executions-Receß verordnete Deputati plenarie gehabt.*

2) *Die materiam betreffend: da sey in liquidis casibus, das ist, welche von beyden Theilen für solche gehalten werden cc), keiner sonderbaren Cognition vonnœthen, sondern dahin zu sehen, damit dieselben ohngesaeumet zu gebührender Execution gebracht werden.*

Illiquidos *betreffend: haette man den partibus frey und anheim zu ſtellen, ob ſie ſich perſoenlich, oder durch ihre Anwaelde, oder durch hinc & inde eingegebene producta wolten ein-oder vernehmen laſſen: foerderſt aber wûrden die requiſita reſtitutionis zu probiren und zur Qualification noethig ſeyn, daß der caſus dem Inſtrumento Pacis, Kayſ. Executions-Edict, arctiori exequendi modo, Nûrnbergiſchen Receß, oder in den caſibus, ſo durch den Friedens-Schluß nicht geaendert, dem Religions-Frieden gemaes, conſequenter ad punctum reſtitutionis ex capite amneſtiae vel grauaminum qualificirt ſey: weil ſonſt jurisdictio huic collegio data nicht fundirt waere; nach dieſes Befinden aber das examen cum cognitione & deciſione leichtlicher vorzunehmen ſeyn werde.*

Belangend die caſus dubios: *welche nehmlich ex ipſa conſtitutione, vel Inſtrumento Pacis pro dubiis wollen gehalten werden: da ſey derjenige, welcher im Inſtrumento Pacis nicht klar, in dem Religions-Frieden aber deutlich enthalten und deliberirt, pro caſu liquido zu halten.*

Wegen der ûbrigen aber waere zu verſuchen, ob man ſich darûber koennte vergleichen: wiedrigenfalls mûſten dieſelben ad committentes & comitia verwieſen werden. cet.

c) *Act. comitial. lib. VI §. XXV. N. I. Tom. I. p.* 947.

cc) In receſſu exſecutionis Norimbergenſi §. III. caſus *liquidi* dicuntur: *welche entweder in dem Inſtrumento Pacis ſpecialiter, und mit Nahmen ausgedruckt, oder doch unter denen Regulis generalibus unverneinlich begriffen.* Sed ita diſcutiendum reſtabat, quinam ſint illi caſus, qui indubie ſub *regulis generalibus* comprehenderentur? Vnde plura tunc temporis ad caſus *liquidos*, ſiue in deſignationem eorum, qui intra *tres terminos* reſtituendi erant, referebantur, quae praeuiam cauſſae cognitionem adhuc deſiderabant. Quae etiam cauſſa fuit, cur verba: *eroertern und exequiren*, coniungerentur d. §. III. & XXIII. add *Summariſcher Bericht ûber des Collegii Deputatorum in puncto reſtitutionis beſchehenen Expeditionen*, in *act. exſec. T. II. p.* 876. *ſqq.* vbi, quid in ſingulis cauſſis actum fuerit, memoratur. Catholici quoque *in der Gegen-Erklaerung d. X. Aug.* CIↃ ↃↃ CLIII. *in act: comitial. Ratisbonenſ. T. I pag.* 366. monent: *Daſs etliche der Nûrnbergiſchen Liſtae inſerirte Caſus bey der Examination nicht richtig befunden, und von den Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten ſelbſt mit*

mit vervvorffen, auch bey der liſtae Abfaſſung die praeuia cauſſae cognitio einander beyderſeits unter hand und Siegel zugeſagt vvorden. Planius itaque hoc loco ad caſus *liquidos* tantum referuntur: *vvelche von beyden Theilen für ſolche gehalten vverden.*

§. XXXXIX.

MONITA EVANGELICORVM.

Euangelici ſeparationem caſuum *liquidorum*, *illiquidorum* & *dubiorum* probabant. Speciatim in caſibus illiquidis *requiſita reſtitutionis*, quodque res ad caput amneſtiæ & grauaminum pertineat, ab iis, qui aliquid ex pacis tabulis poſtulent, probari debere, confirmabant. Poteſtas vero deputatorum nimis extenſa videbatur, in primis, quod illis idem ius in cognoſcendo, decidendo & exſequendo deſtinaretur, quod deputati Norimbergenſes per receſſum exſecutionis plenarie habuerint. Fuerant enim, qui collegium deputatorum Norimbergenſium pro corpore vel ſenatu prorſus independenti venditare non dubitauerant, in cuius arbitrio omne amneſtiæ & grauaminum negotium poſitum eſſet, quod & imperator, & Sueci, & ſtatus imperii per dictum receſſum exſecutionis abſolutiſſimam poteſtatem & auctoritatem *priuatiue & abdicatiue* huic collegio detulerint *d*). Inde nonnulla euangelicorum contra conceptionem Moguntinam monita, quibus tamen mox ex ſententia ipſorum hac ratione finis imponebatur, vt I. deputationi *plenæ* quidem cognoſcendo, decidendo & exſequendo poteſtas deferretur, nulla vero *receſſus executionis* mentio fieret, & mandata *de exſequendo* ab imperatore ad eos, ad quos ea res pertineret, darentur; II. vt in caſibus *illiquidis* partibus liberum eſſe deberet, an comitia, quæ tunc habebantur, adire, ibique cauſſam agere vellent *e*)?

d) vid. *B. de* MEIERN *in præfat. ad. T. I. actor. exſecut. p. XIV.*

e) vid. *Vergleich über die Præliminarien in puncto Grauaminum eccleſiaſticorum d. VII. Mart.* CIↃ IↃC LIV. in *act. comitial. lib. VI. §. XX. N. II. T. I. pag.* 948.

§. L.

CONSTITVTIO IN R. I. N. §. CXCI. ſqq.

Concluſum illud deputatorum ratum habuere imperator & proceres imperii, vnde verbotenus fere *R. I. N. §. 191. ſqq.* eſt inſertum

tum, excepto saltim, quod, cum comitia mox dissoluerentur, ea, quæ de libero partium recursu ad ista in concluso habebantur, omitterentur, totumque hoc negotium loco deputatorum, *extraordinarium*, qui hucusque illud curauerant, ad *deputationem ordinariam*, Francofurti agendam, ablegaretur *f*), & præterea speciatim adhuc omnis *via facti* prohiberetur *g*).

f) Multa quidem erant, quæ euangelici contra deputationem ordinariam obiiciebant, longe melius per delectos *extraordinarios* caussam expediri existimantes, sed frustra. Acta huc facientia collegit *B. de* MEIERN *in act. comitial. T. I. pag.* 1058. *sqq.* add. PFANNERI *histor. comitior. lib. VII. §.* 34.

g) In instrumento pacis omnis via facti iam est prohibita. Monebant tamen id denuo status in placitis suis die XI. & XXIII. April. CIↃIↃCLIV. in *act. comitial. T. I. pag.* 1072. *&* 1089. Vnde in *R. I. N. §.* 193. statuebatur: „Wir setzen und ordnen auch, dass kein Stand gegen dem andern „oder dessen Land und Leut, oder auch gegen seine eigene Unterthanen „und Bürger in Religions-Sachen wider den Friedens-Schluss mit Gewalt „und eigenmächtiger Beginnung das geringste nicht attendiren oder vorneh„men, sondern ein ieder dasjenige, was er vermeynt das ihm gebühre, „mit behörigem Weg Rechtens suchen, und denen, so darwider be„schwert würden, auf *Begehren*, Mandata Inhibitoria gehöriger Orten „ertheilet und vollnzogen werden sollen." Quem locum tamen ad ordinem iuris sui consequendi, non ad eum casum, vbi quis semel rite restitutus turbationes & factas sibi iniurias repellit, pertinere; neque per viam iuris, quæ hic imperatur, cognitionem directorum atque ducum circularium in caussis amnestiæ & grauaminum excludi, res ipsa loquitur.

§. LI.

ACTA IN COMITIIS AB ANNO CIↃIↃCLXIII.

In conuentu Francofurtano nihil est confectum *h*). Et quamuis in comitiis, quæ anno CIↃIↃCLXIII. cœperunt & adhuc durant, nouæ hac de re haberentur deliberationes, atque denuo modus per *deputatos* caussam expediendi probaretur *i*); pleraque tamen ad hodiernum diem manserunt indecisa *k*).

h) HERDEN *in des Heil. Röm. Reichs Grundfeste P. III. cap. VI. p. m.* 253. & *cap. VIII. p.* 278. Caussas, cur nihil actum, has prodit FRITSCH. *elect. iur. publ. P. II. cap.* 2. *T. I. opp. p.* 893. quod vel deputati ob fauo-

fauorem religionis in partes iuerint, vel quod circa mentem instrumenti pacis varia dubia exorta, aliique obices tractatibus istis positi.

i) vid. *Relation in puncto Restituendorum anno* 1665. 2. *Dec. in collegio Principum*, apud FRITSCH *l. c.* & *Reichs-Schluſs den* 7 *Septembr. St. n.* 1665. *den Modum, wie der Punctus Restituendorum anzugreifen betreffend*, apud *eund. in adnot. instrum. pacis Osnabr. T. II. opp. pag.* 311.

k) MVLDENER *ad art. XI. capitul. Iosephin. not. bb. in fine pag.* 131. MOSER *im Teutschen Staats-Recht lib. I. cap. XIX.* §. 74. vbi etiam §. 75. classes & indices casuum, qui ex pace Westphalica decisionem & exsecutionem adhuc exspectant, leguntur.

§. LII.

CAPITVLATIONES CAESAREAE.

Interim, cum restitutio ex capite amnestiæ & grauaminum tot difficultatibus premeretur, vt neque *arctior modus exsequendi*, neque *recessus exsecutionis*, neque sollicitudo illi in *comitiis* impensa, neque *deputationes imperii* eam ad optatum finem perducere potuerint; grauissimo negotio, vnde totius imperii tranquillitas & salus dependet, a *capitulationibus cæsareis*, auxilium aliquod peti cœpit. Hinc iam ad capitulationem FERDINANDI IV. qui anno CIↃIↃCLIII. durantibus comitiis, Rex Romanorum eligebatur, fuit adscriptum *art. VIII. Was Churfürsten und Ständen nach Inhalt des jüngstgeschlossenen Münster-und Osnabrückischen Friedens zu restituiren rückständig und annoch vorenthalten wird, sollen und wollen wir der Billigkeit nach, wie sichs in Rechten gebührt, wieder männiglich zu dem Seinen ohne Unterschied der Religion verhelfen, bey solchem auch, so viel er Recht hat, schützen und schirmen, ohne alle Verhinderung, Aufenthalt und Versäumnis.* Quod in sequentium imperatorum capitulationibus non tantum repetitum, sed etiam plenius est explicatum, teste *art. XIX. l) capitul. nouiss.* vbi verba ita habent: §. 1. *Was einem Churfürsten, Fürsten, Prælaten, Grafen, Herren, der Reichs-Ritterschaft und anderen - - - Inhalt des Münster-und Osnabrückischen Friedens, Executions-Edicts, arctioris modi exequendi und Nürnbergischen Executions-Recesses zu restituiren rückständig ist und annoch vorenthalten wird, dazu sollen und wollen wir einem*

einem jeden, der Billigkeit nach, wider männiglich ohne Unterſchied der Religion, verhelffen §. 2. Auch dasjenige, ſo wir ſelbſten, vermög jetzgedachten Frieden-Schluſſes und darauf zu Nürnberg und ſonſten aufgerichteter edictorum & arctioris modi exequendi, zu reſtituiren ſchuldig, einem jedweden ſo bald und ohne einige Verweigerung vollkommentlich reſtituiren, bey ſolchem auch, ſo viel wir Recht haben m), ſchützen und ſchirmen. Qui locus eo magis notandus, quod non deſunt, qui neſcio quod argumentum ibi reperiſſe ſibi videntur ad excludendam *præſcriptionem* in cunctis petitionibus & actionibus, quæ quocunque modo ad pacem Weſtphalicam referri poſſunt, vt adeo quoque in tranſactionibus atque pactis, quæ nihil ad bellum pertinent, ſed ſaltim in pacis inſtrumento confirmata fuerunt, omnem præſcriptionem exulare, exinde perſuadere nitantur. Sed I. hunc capitulationis articulum vnice ad legem *amneſtiæ & grauaminum* pertinere ex tota ipſius hiſtoria & iis, quæ ſupra dixi, manifeſtum eſt *u*). Atque inprimis memorabile, electores in capitulatione FERDINANDI IV. in qua, ceu dictum, primum huius rei mentio facta, iisdem verbis eſſe vſos, quæ paucis poſt diebus *o*) Imperator in propoſitione ſua comitiali adhibuit: *Das, was nach Inhalt des Frieden-Schluſſes zu vollziehen hinterſtellig, gebührend zu exequiren.* Quæ verba, licet generatim concepta, ſolummodo ad caſus reſtituendorum ex capite amneſtiæ & grauaminum pertinere; ſaltem *tranſactionem Haſſiacam*, in pace confirmatam, nulla ratione ſub iis intelligi poſſe, iam eſt præceptum (§. XXXXVII. not. *z*.) Deinde II. quamuis demus, etiam alias pacis Weſtphalicæ cauſſas, a capite amneſtiæ & grauaminum ſeparatas, ad hanc capitulationis conſtitutionem referri debere; plus tamen huc ſpectare non poteſt, quam quæ illis temporibus, quibus FERDINANDVS IV. eligebatur, adhuc ad reſtituendum ſupererant, & iamtum præſtita eſſe debuiſſent, per verba capitulationis: *was zu reſtituiren rückſtändig iſt und annoch vorenthalten wird.* Vbi igitur nihil ad reſtituendum ſupererat; vbi aliquis ſtatim inſtrumento pacis pleniſſime ſatisfecerat, & in certa bona, quæ per ipſam pacem ipſi relinquenda erant, alteri ſaltim ius aliquod v. g. vel *redimendi* vel *repermutandi* reſeruatum, quo hic per centum annos vti omiſit: quo quæſo iuris colore dicta capitulationis diſpoſitio in eiusmodi ſpecie locum ſortiri poterit?

rit? Sed de *præscriptione* in cauſſis P. W. adhuc ſeparatim diſpiciemus *ſectione ſequenti.*

l) In capitulatione *Leopoldina & Ioſephina* eſt articulus XI.

m) Ad hæc verba *ill.* MOSERVS in *obſeruationibus ad capitulationem Caroli VII. part. II. pag.* 518. monet: *Es verbliebe in Kayſer Carls VI. Capitulation art.* 19. *bey dem Proiecto perpetuæ, auſſer daß §. 2. anſtatt:* „So viel er Recht hat" *geſetzt vvorden:* „So viel wir Recht haben" *wodurch man aber ganz von dem Sinn des Proiecti perpetuæ und der vorigen Capitulationen abgegangen iſt, maſſen das Wort:* ER *in dieſen nicht auf den Kayſer, ſondern auf den Reſtitutum gienge, vvie dann auch alſo ein viel bequemerer Verſtand heraus kommt.* Sed denuo verba ita leguntur in capitulatione nouiſſima FRANCISCI I.

n) conf. MVLDENER *ad art. IX. capitul. Ioſephin. not. bb. pag.* 129. *ſqq.*

o) Eligebatur FERDINANDVS IV. die XXI. Maii & coronæ impoſitione inaugurabatur die VIII. Iunii; propoſitio vero cæſarea in comitiis fiebat die XX. Iun. ſt. v. CIↃIↃCLIII.

§. LIII.

QVIS LAEDENS, ET QVIS LAESVS DICI DEBEAT?

Hactenus de modo exſecutionis in reſtitutionibus ex capite amneſtiæ & grauaminum, vbi directoribus atque ducibus circulorum cognitionem circa dubia, quæ ſuper *facto poſſeſſionis* oriuntur, competere expeditum eſt *p*). Quantacunque vero omnium cura fuit atque ſollicitudo, vt exſecutio pacis Weſtphalicæ hac in parte quam maxime maturetur atque acceleretur; illud tamen ex dictis perſpicuum eſt, conſtanter proceribus imperii placuiſſe: I. vnicum exſecutionis obiectum eſſe cauſſam *liquidam*; (§. II. XLVI. & XLVIII.) II. aliam cauſſam ipſos pro liquida non habuiſſe, quam ſi aut de cauſſa exſecutioni mandanda inter partes conueniat, aut dubitatio, quam alter forte iniicit, audita fuerit atque diſcuſſa; (§. III. & XLVIII.) & proinde III. ab iis, qui aliquid ex pace W. poſtulant *q*), probationem, quod petitio ipſorum in pacis inſtrumento fundata ſit, ante omnia perficiendam eſſe, cenſuiſſe, omnemque viam facti prohibuiſſe. (§. XLVIII. ſqq.) Cum igitur beneficia P. W. vnice ad *læſos*, minime omnium vero ad *lædentes* & pacis violatores pertineant, facile nunc erit ad definiendum, quisnam in caſibus ſin-

gulis, (nam etiam hoc interdum disputari videas) pro parte *læsa* haberi debeat, quisnam pro *lædente*? Sane non quilibet, qui aliquid ex pacis tabulis postulare animum inducit, si alter forte desiderio ipsius se opponit, se statim *læsum* queri potest. Verum is solum pro *parte læsa* habendus, qui vel, postquam petitionem suam iusto modo ad liquidum perduxit, carere tenetur iis, quæ ipsi deberi legitime probauit; vel via facti & citra legitimam caussæ cognitionem deiectus est possessione eorum, quæ ex tabulis pacis tenet. Aliud iter qui ingreditur non *læsus* est, sed *lædens*, qui tantum abest, vt vllum a pace W. exspectare queat auxilium, vt omnia ibi statuta in manifestam ipsius perniciem sint comparata. Ex quibus illustrationem capiunt verba in *art. XVII. §. 4. I. P. O. Qui vero huic transactioni, vel paci publicæ consilio vel ope contrauenerit, vel executioni aut restitutioni repugnauerit, vel etiam legitimo modo supra conuento & sine excessu facta restitutione, sine legitima caussæ cognitione, & ordinaria iuris executione restitutum de nouo grauare tentauerit, siue Clericus siue Laicus fuerit, pœnam fractæ pacis ipso iure & facto incurrat, contraque eum iuxta constitutiones imperii restitutio & præstatio cum pleno effectu decernatur & demandetur.*

p) Quæ constitutio perpetua est, atque adeo hodienum vsu seruanda. vid. MOSERI *Staats-Recht lib. II. cap. XXV. §. 3.* Quamuis vero ita cognitio super *facto possessionis* directoribus atque ducibus circulorum competat, cognitio imperatoris tamen propterea non penitus excluditur, sed potius in partium arbitrio est, vtrum coram hoc an illis ius suum persequi velint? Id quod non tantum in *recessu exsecut. §. XXVIII.* disertis verbis statuitur, sed etiam tota rerum gestarum series abunde probat. v. *act. exsecut. T. I. pag. 773. 778. & 779.* In primis huc facit scriptum iam aliquoties laudatum: *Summarischer Bericht über des Collegii Deputatorum in puncto restitutionis beschehenen Expeditionen*, vnde patet, deputationem Norimbergensem in caussis ad aulam cæsaream delatis nullam sibi cognitionem sumsisse, quin vbi forte ob paritatem votorum res exitum habere non poterat, eam ad imperatorem remissam esse, e. g.

Chur-Pfaltz-Heydelberg vvegen der Aemter Weyden &c. Die Sache ist durch die Parthey hey Ihrer Kayserlichen Majestät angebracht, und deren Decision von dem Collegio allerunterthänigst recommendirt. v. act. exsecut. T. II. pag. 872.

Pfalz-Sulzbach contra Neuburg. Ist diese Sache in collegio angebracht, und ventilirt, folgends geraume Zeit gütliche Handlung gepflogen,

pflogen, und bey deren nicht erfolgten Effect in collegio deputatorum reaſſumirt, vveiln man aber einer Meynung ſich nicht vergleichen können, endlich, nachdem man viel Monath Zeit allein damit zugebracht, an Kayſerl. Majeſtät remittirt vvorden. l. c. pag. 873. *iunct. p.* 826.

Equidem in comitiis anno CIↃ IↃC LIII. & ſequenti plura eam in rem diſputata fuerunt. *vid. acta comitial. Ratisbon. T. I. p.* 342. 1071. 1073. 1111. 1113. 1135. *&* 1140. *ſqq.* HERDENS *Grundfeſte part. III. cap. VIII. p. m.* 266. *ſqq.* PFANNERI *hiſtor. comitior. lib. VII.* §. 49. *ſqq.* Sed vti principalis huius rei ratio erat, quod iudicium aulicum tum temporis nondum eſſet ad pacem Weſtphalicam compoſitum, non adlectis in illud tot euangelicis, quot ad efficiendam ex vtraque religione paritatem neceſſarii videbantur; ita, poſtquam iſte defectus ſuo modo eſt ſuppletus, euangelicos imperatorem in omnibus pacis Weſtphalicæ cauſſis, adeoque etiam in iis, quæ ad caput amneſtiæ & grauaminum pertinent, *ſupremum iudicem* agnoſcere, loquuntur cunctæ denunciationes & libelli ſupplices, quos corpus euangelicum & ſuperiore & hoc præſenti ſæculo in cauſſis grauaminum eccleſiaſticorum ad imperatorem dedit; præcipue *Allerunterthänigſtes Remonſtrations-Schreiben de* XXIII. *Maii* 1716. *in* FABRI *Staats-Canzley P. XXVII. p.* 740. *ſqq. Allerunterthänigſtes Vorſtellungs-Schreiben de* XVI. *Novembr.* 1720. *loc. cit. P. XXXVII. pag.* 573. *ſqq. Andervveites allerunterthänigſtes Schreiben de* XXX. *Maii* 1721. *loc. cit. P. XL. pag.* 462. *ſqq.* atque *Schreiben de* XXXI. *Ianuar.* 1743. *in* CASSANDRI THVCELII *actis comitialibus de anno* 1743. *T. I. pag.* 520. In quibus omnibus, quamuis querelatum pleniſſimis, ſupremum iudicis officium, etiam quoad grauamina eccleſiaſtica, imperatori diſertis verbis adſignant euangelici, hoc tantum volentes, vt imperii tribunalia intra limites, inſtrumento pacis, arctiore modo exſequendi & receſſibus exſecutionis præſcriptos, ſeſe contineant, atque proinde, ſi quid contra leges committatur, ius interueniendi & intercedendi, neque minus, ſi a parte aduerſa res turbulente per vim & direptiones geratur, facultatem vim vi propellendi ſuo ſibi iure vindicantes. Ipſe quoque rex Sueciæ, vindex & guarandus pacis Weſtphalicæ, imperatorem, in litteris occaſione emigrationis Salisburgenſium ad ipſum datis, *ſupremum huius cauſſæ iudicem* ſalutare non dubitat. *Staats-Canzley P. LX. pag.* 270. *ſqq.* Pertinent huc quoque verba capitulationis cæſareæ, §. *præcedenti* adlatæ, quibus imperator iurat, ſe reſtitutiones, quæ ex P. W. reſtant, maturaturum & confecturum eſſe. add. *ill.* MOSERVS *l. c.* §. 2 Diſſentire quidem videtur *cel.* TREVDRVS in diſſert. *de titulis officii imperatoris* §. XX. Sed, ſi recte perſpicio mentem laudatiſſimi auctoris, nihil aliud voluit, quam cauſſas in pace Weſtphalica deciſas, denuo in quæſtionem non eſſe deducendas. Quo ipſo igitur cognitionem de dubiis, quæ ſuper facto poſſeſſionis oriuntur, neutiquam excluſit.

q) Dico: *qui aliquid ex pace Weſtphalica poſtulant.* Qui igitur ſua iam habent, & inde a tempore concluſæ pacis quiete poſſederunt, procul du-

bio. ab onere probandi immunes sunt. Quod notandum circa celebrem quæstionem de *iurisdictione ecclesiastica principum catholicorum in subditos augustanæ confessionis*, quam occasione *art. V. § 31. I. P. O.* quondam inter se disputarunt MOSERVS & B. *de* MEIERN, vid. *Collection einiger Schriften von der geistlichen Gerichtbarkeit derer catholischen Landes-Herren in Teutschland über die in ihren Landen befindliche euangelische Unterthanen;* nuper vero resuscitauit *Cl.* BOCRIS in dissert. *de onere probandi, subditis in religione a domino territorii dissentientibus, regulariter incumbente, si ius reformandi ob annum normalem cessans & limitatum obtineat ad illustrand. §. XXXI. art. V. I. P. W.* cui respondet *Cl.* HOFMANNVS *in comment. de die decretorio §. XLVII. not. 240. pag.* 140.

§. LIIII.

MODVS PROCEDENDI IN CAVSSIS RESTITVTIONVM EX INSTRVMENTO P. W. IVSSV QVORVNDAM LEGATORVM EVANGELICORVM PVBLICATVS.

Cum vero anno CIↃ IↃCCXX. iussu quorundam ex euangelicis legatis modus procedendi in caussis restitutionum ex instrumento pacis Westphalicae peculiari scripto explicatus fuerit, quod deinde totum euangelicorum corpus adsensu suo probauit, & litteris ad caesarem d. XVI. Novembr. CIↃ IↃCCXX. sub lit. S. iunxit, quodque vti rationum pondere & eminenti auctoritate praefulget, ita eo magis cauendum, ne contra mentem & sententiam illustrissimorum auctorum ad aliena trahatur; illud, licet iam alibi pluries exstet *r*), adnectere lubet, praesertim cum, si adiuncta omittantur, vix semiplagulam occupet, saltim vt sana im ex ipsa inspectione liquere possit, quam insolens & peruersus abusus sit, si quis, quae ibi praecipiuntur vltra caput *amnestiae* & *grauaminum*, ad alias pacis Westphalicae causas extendere voluerit.

Modus procedendi in causs restitutionum ex instrumento pacis Westphalicae. Quarundam Legationum praescitu impressum. An. MDCCXX.

1. *Die Passus Instrumenti Pacis Westphalicae müssen also verstanden vverden, daß keine Contradiction heraus komme.*
2. *Insonderheit müssen die specialere Verordnungen nicht durch die generalere entkraefftet vverden,*

3. *Das*

3. *Das Kayſerliche Exſecutions-Edict und arctior modus exſequendi koennen dem Inſtrum Pacis Weſtphalicae nicht vviderſprechen, ſondern mûſſen demſelben gemaeß ſeyn.*
4. *Eben ſolches iſt zu ſagen von dem Executions-Receß.*
5. *Nun ſtehet im Inſtrumento Pacis Weſtphalicae Art. V. §. 25. quod vnicum ſolumque fundamentum huius tranſactionis, reſtitutionis,* obſeruantiaeque futurae *fundamentum ſit, die prima Ian. 1624. habita poſſeſſio.*
6. *Ferner eodem loco: quod Auguſt. Confeſſ. addicti poſthac in habita vel recuperata poſſeſſione nullo modo turbentur, ſed ab omni perſecutione Iuris & Facti perpetuo tuti ſint. Conf. §. 14. Art. V.*
7. *Daraus iſt offenbahr, daß kein Proceß dargegen ſtatt finden kan, ſonſt vvaeren ſie ja nicht ab omni perſecutione juris tuti.*
8. *Es iſt auch ſolches zum Ueberfluß generaliter mit dûrren Worten verbotten Art. XVII. §. 3. nec vſpiam contra hanc Tranſactionem, in petitorio aut poſſeſſorio, ſeu inhibitorii ſeu alii proceſſus vel commiſſiones, vnquam decernantur. Conf. Art. V. §. 14.*
9. *Alſo iſt nichts anders übrig, als daß die grauati plenarie & pure in ſtatum anni reſpectiue 1618. & 1624. per exſecutionem reſtituiret werden. Art. V. §. 2. 15. 25. 32.*
10. *Solche exſecutio ſoll geſchehen.*
    1) *Illico Art. V. §. 15. omnino, absque mora & indiſtincte. §. 25. Art. XVI. §. 4. ſtatim. Art. XVI. §. 5. Exſec. Edict. Arctior. mod. exſeq.*
    2) *Plenarie & pure. §. 2. Art. V.*
    3) *Sine vlla exceptione. Art. V. §. 32. Art. XVI. §. 5. Ex. Ed. Arct. mod. exſeq.*
    4) *Ad requiſitionem reſtituendorum Art. XVI. §. 2.*
    5) *Von denen Crayß-Ausſchreibenden Fûrſten oder Craiß-Obriſten Art. XVI. §. 2. etiam in alieno Circulo. ibid.*
    6) *Oder von Kayſerlichen Commiſſariis, wann die grauati es verlangen, welche dann* ſine mora *gegeben werden, Art. XVI. §. 3. Exſecut. Edict. auch absque mora exſequiren ſollen. ibid. §. 4.*
    7) *Wo das Inſtrumentum Pacis ſpecialiter diſponiret ſecundum literam, im übrigen ex regulis generalibus. Arct. mod. exſeq.*

8) *Nach dem bloſſen facto poſſeſſionis. Exſecutions-Receſſ.* §. 3.

9) *Im Fall aber ſuper* facto *poſſeſſionis einige dubia von* ſonderbarer Erheblichkeit *vorfielen, ſollen dieſelbe* ſummariiſſime alsbald in loco *exſecutionis, eroertert werden. Arct. mod. exſeq. Exſecut. Receſſ.* §. 5.

10) *Manu militari, wanns noethig. Exſecut. Ed. Arct. mod. exſeq. Exſecut. Receſſ.* §. 3.

11) *Sumtibus grauantis. Ex. Ed. Arct. mod. exſeq. Exſecut. Receſſ.* §. 3.

12) *Wann die Crayß-Ausſchreibende Fürſten oder Kayſerliche Commiſſarii ihr Amt darunter nicht thun, auch von dem Grauato ſelbſt, durch ſeine eigene oder andere Waffen Ex. Receſſ.* §. 3.

13) *Endlich, poſt triennium, ab omnibus & ſingulis per arma.* §. *veruntamen &c. Art. XVII.*

11. *Alles dieſes ſind leges & diſpoſitiones perpetuae. Art. XVII.* §. 2. *Exſecut. Receſſ.* §. 6. 66. 67. *R. I.* 1654. §. 4. 5. *Capit. Caeſ. Art. II.*

12. *Kommen auch denen reſtitutis ex capite amneſtiae zu ſtatten quoad Religionem & Eccleſiaſtica. Art. III.* §. 2. *in fin.*

13. *Solchemnach kan weder* §. *Qui vero.* 4. *noch der* §. *Pax vero* 5. 6. 7. *Art. XVII. oder der* §. 193. *R. I.* 1654. *dahin verſtanden werden, daß, vvann einer in cauſſis Religionis & Eccleſiaſticis contra Inſtrumentum Pacis grauiret wird, er darüber bey den höchſten Reichs-Gerichten klagen und Proceß führen ſolle.*

Dann ſo müſten alle vorhergehende klare Verordnungen übern Hauffen fallen, contra theſin. 1. 2.

Es iſt auch ſolches darinn gar nicht zu finden.

14. *Dann im* §. 4. *iſt das* Subjectum, *is qui contrauenerit vel repugnauerit, vel reſtitutum de nouo ſine legitima cauſſae cognitione & ordinaria Iuris exſecutione grauauerit.*

Das Praedicatum *aber iſt: poenam fractae pacis ipſo Iure & facto incurrat, contraque cum juxta Conſtitutiones Imperii reſtitutio & praeſtatio cum pleno effectu decernatur & demandetur.*

Alſo daß pars grauans (non grauata) ſtatt der Widerſetzlichkeit oder Thathandlung, ad proceſſum verwieſen iſt.

Hingegen iſt pro parte grauata verordnet, quod contra grauantem

tem juxta Constitutiones Imperii restitutio & praestatio cum pleno effectu *decerni & demandari debeat.*

Und koennen hier (vi thes. 1. *&* 2.*) keine andere Constitutiones Imperii quoad restitutionem grauati verstanden werden, als das Instrum. Pacis selbst, insonderheit der vorhergehende Art. XVI. §. 2. 3. 4. 5. wie auch das Kayserl. Execut. Edict. Arctior modus exsequendi und Executions-Receß §. 3. 5. 6. welche letztere nichts als mehrere Erlaeuterungen des Friedens-Schlusses und von gleicher Krafft seynd. Execut. Receß §. 66. 67. auch allen andern vorherigen Constitutionibus super executione derogiren.*

Was aber poenam fractae pacis publicae betrifft, davon das Instrum. Pacis nichts speciales disponiret, bleibt es freylich bey dem vorigen Reichs-Constitutionibus, und deßwegen sind sie auch generaliter genannt worden.

15. *Desgleichen auch in den Worten des §. Pax vero. 5. Art. XVII. Et si quid eorum a quocunque violari contigerit, laesus laedentem imprimis quidem a via facti dehortetur, caussa vel amicabili compositioni vel juris disceptationi submissa: ist das* Subiectum *zwar der laesus, das* Praedicatum *aber, quod debeat imprimis laedentem hortari, vt desistat a via facti & caussam vel amicabili compositioni vel juris disceptationi submittat.*

Also daß die Iuris disceptatio offenbarlich wieder nicht ad laesum, *daß der nicht die Restitution secundum modum ab Instrumento Pacis praescriptum alsobald suchen dœrffte, sondern ad* laedentem *sich referiret, daß er nemlich sein vermeintes Recht vel via amicabili vel juris disceptatione suchen und aller Thathandlung sich enthalten solle.*

Kein Mensch kan einen andern vernünftigen Sensum heraus bringen, der mit denen vorhergehenden klaren und unlaugbaren Verordnungen ejusdem Instrumenti Pacis bestehen könne s).

16. *Belangend aber den* laesum, *bleibet ja demselben das ex Art. XVI. §. 2. 3. 4. 5. quaesitum jus, seine Restitution durch die Crayß-Ausschreibende Fürsten oder Kayserliche Executores zu suchen unbenommen, darwider in dem §. Pax vero. 5. Art. XVII. kein einig Wort verordnet ist, noch auch absque manifestissima contradictione verordnet werden kœnnen.*

17. *Wann*

17 *Wann dann vveder durch die Gûte noch durch* dieſen *Weg Rechtens (nehmlich per Exſecutores ſecundum Art. XVI. §. 2. 3. 4. 5.) inner 3. Iahren dem laeſo juſtiz angedeye, teneantur* omnes & ſinguli *huius tranſactionis conſortes, iunctis cum parte læſa conſiliis viribusque,* arma ſumere *ad repellendam iniuriam, a paſſo moniti §. Veruntamen. 6. Art. XVII.*

18. *Alſo iſt denen grauantibus (nicht aber denen grauatis & ex Art. XVI. §. 2. 3. 4. 5.* absque mora *non obſtante* quacunque exceptione *Art. V. § 32. reſtituendis) den Zûgel anzulegen, im folgenden §. 7. d. Art. XVII. die General-Regul geſetzet vvorden, quod nulli omnino Statuum Imperii liceat ius ſuum vi vel armis perſequi &c. Woſelbſt von dem gantz ſpecialiſſime verordneten modo procedendi in cauſſis reſtitutionum ex Inſtrum. Pacis nicht das allergeringſte enthalten iſt, mithin auch (vi theſ. 1. 2.) hieher gar nicht gezogen vverden kan t).*

19. *Was aber in dem §. 193. des R. A. de An. 1654. von den* grauatis *ſtehet, iſt in ihr Belieben geſtellet, ob ſie Mandata* begehren *vvollen, quo caſu denen hœchſten Reichs-Gerichten befohlen vvird, ſolche zu ertheilen und zu vollziehen. Wodurch die vorhergehende zu ihrem Favor gemachte und in eben dieſem R. Abſchied beſtættigte Verordnungen des Inſtrum. Pacis, Arctioris modi exſequendi und Exſecutions-Receſſus, nicht aufgehoben, ſondern vielmehr, die Mittel des Friedens in der That zu genieſſen, ervveitert vvorden, indem auch die hœchſte Reichs-Gerichte angevvieſen ſind, denen anruffenden Bedrængten durch ſchleunige Ertheilung und* Vollziehung *der Mandatorum inhibitorium den gebûhrenden Schutz zu leiſten.*

20. *Solchemnach hængen alle dieſe §§. gar vvohl und als eine Kette zuſammen, und iſt der modus procedendi in cauſſis reſtitutionum ex Inſtrumento Pacis Sonnenklar determiniret, nemlich nicht per viam vllius proceſſus, ſondern plenæ & promtiſſimae exſecutionis ſecundum nudum factum poſſeſſionis in anno decretorio.*

21. *Und damit ſchließlich niemand die Mûhe haben dœrffte, die vorhin aus denen Reichs-Satzungen angezogene Stellen nachzuſchlagen, ſo ſind dieſelbe alle von Wort zu Wort mit einigen zu mehrerer Erlæuterung dienenden kurtzen Marginal-Noten hierher geſetzet, vvie folget:*

Sequuntur

Sequuntur hic loca *ex instrumento pacis*, *edicto exsecutionis*, *arctiore modo exsequendi*, *recessu exsecutionis*, *recessu imperii nouissimo*, & *capitulatione imperatoris* CAROLI VI. quae vero, vt spatio consulamus, iam praetermittimus. Illud satis manifestum est, omnia in hoc scripto eo vnice esse comparata, vt probetur, in caussis *grauaminum ecclesiasticorum* siue *religionis* partem *laesam* cogi non posse, vt litem in iudiciis ordinariis peragat, sed ius ipsi esse statim directores atque duces circulorum adeundi, aut commissarios ab imperatore petendi, de *facto possessionis*, quod solum hic in censum venit, cognituros, & ex praescripto P. W. exsecutionem maturaturos. Quo igitur colore illud ad alias caussas, in quibus decisio neutiquam a *facto quodam possessionis*, sed ab aliis omnino quaestionibus dependet, applicetur, sano cuiuslibet iudicio relinquitur.

r) v. *Staats Canzley P. XXXIX. pag.* 467. *sqq.* MOSERI *Staats-Recht lib. I. cap. XIX. §.* 94.

s) Immo cum in lege amnestiae & grauaminum ad *viam iuris* non tantum cognitio iudicis *ordinarii*, sed etiam *directorem atque ducum circularium* pertineat, vt mox *num.* 17. monetur, res vel sic clara videtur.

t) Addi possunt, quae supra not. *f.* pag. 60. monui.

§. LV.

DE IVDICE IN CAVSSIS P. W. QVAE AD CAPVT AMNESTIAE ET GRAVAMINVM NON PERTINENT.

Cuncta igitur, quae in arctiore modo exsequendi, recessu exsecutionis, & recessu imperi nouissimo de *cognitione* & *decisione* tum directorum atque ducum circularium, tum deputatorum imperii habentur, vnice ad caput amnestiae & grauaminum pertinent. Quibus consequens est, in aliis caussis, quae sub istis articulis non comprehenduntur, si controuersia oritur, disceptationem & decisionem solummodo ad *iudicem ordinarium* spectare, vbi in Germania primum locum occupat imperator, atque sub ipsius auspiciis suprema imperii tribunalia. Idque supremi iudicis ius atque officium in caussis P. W. eo extensum est, vt etiam contra subditos *mediatos* in prima statim instantia iurisdictio caesarea fundata sit. Quod vti in capite amnestiae & grauaminum certum est *v*), ita & in reliquis pacis West-

phalicae cauſſis nihil habere poteſt dubii, ſi perpendamus, *munus exſecutoris* cum *munere iudicis* in auguſtiſſima imperatoris perſona perpetuo coniunctum eſſe, atque adeo, quia illud imperatori citra controuerſiam intuitu *vniuerſae* pacis, non minus contra *mediatos*, quam *immediatos*, proxime competit, ita & munus *iudicis* in nulla pacis cauſſa contra vtrosque ipſi abiudicari poſſe. Accedit etiam hoc, quod, qui pacem Weſtphalicam quocunque modo & in quocunque capite violat, in crimen fractae pacis publicae incidit x), (§. XXXXIV.) vbi iurisdictionem caeſaream etiam contra mediatos in prima inſtantia fundatam eſſe iam alii probarunt y). Quamuis facile conceſſerim, hodie, ſi lis inter *ſolos* mediatos vertatur, auxilium imperatoris vix imploratum iri.

v) In deſignationibus *reſtituendorum*, quae receſſui exſecutionis Norimbergenſi iunctae fuerunt, plures occurrunt perſonae *mediatae*, quae *reorum* vicem obibant. Concurrentem vero hic fuiſſe imperatoris cognitionem cum cognitione deputatorum, dictum eſt §. LIII. not. p. add. *capitul. nouiſſ. art. XIX.* §. 1. ibi: *vvider maenniglich.*

x) conf. DECKHERR. *vindic. iur. cammeral. tit. XXVIII. num.* 79.

y) LVDOLF *ſyſtem. iur. cameral. ſect. I.* §. *V. n.* 1. *iunct.* §. *IV. n.* 4.

§. LVI.

AN SVPREMA IMPERII TRIBVNALIA EXSECVTIONEM CIRCVLORVM IN CAVSSIS P. W. SISTERE QVEANT?

Supereſt quaeſtio, quam praetermittere nolo: *an ſuprema imperii tribunalia exſecutionem circulorum in cauſis P. W. ſiſtere queant?* quod non deſunt qui ſimpliciter & ſine vllo diſcrimine negant quod I.) in receſſu exſecutionis Norimbergenſi diſertis verbis conſtitutum legeretur: *Daß weder von der Roem. Kayſerl. Majeſtaet noch jemand andern denen Crayß-ausſchreibenden Fürſten oder Executoren einige Inhibition oder Einhalt nicht geſchehen ſolle*; II.) in capitulatione caeſarea *art. XVI.* § 9. ſanctiſſime promitteretur: *wider den Münſter-und Oßnabrückiſchen Friedens-Schluß, und den zu Nürnberg* 1650. *aufgerichteten Executions-Receß und andere Geſetze und Ordnungen, ſo jetzo gemacht, und künfftig mit deren Churfürſten, Fürſten und Staenden Rath und Zuthuen moegen aufgericht werden;*

kein

kein Reſcript, Mandat, oder Commiſſion, oder ichtwas anderes beſchwerliches, ſo wenig proviſorie als ſonſten, ausgehen laſſen, oder zu geſchehen geſtatten, in einige Weis oder Weg. Quae quidem argumenta rem vix conficiunt. Receſſus enim exſecutionis, vt ſupra vidimus (§. XXXXIIII.) vnice ad caput *amneſtiae & grauaminum* pertinet, non ad alias cauſſas ab ipſo ſeiunctas. In capitulatione vero caeſarea tantum ſtatuitur, ne quid *contra* pacem Weſtphalicam fiat aut decernatur, qua de re hic nulla eſt quaeſtio, ſed de eo ſaltim, quousque, ſi controuerſi, de applicatione pacis Weſtphalicae ad ſpeciem obuenientem oritur, exſecutio ſiſti queat, nec ne? Diſtinguendi igitur videntur caſus, vtrum aliquis in poſſeſſio ne eorum, quae ex praeſcripto pacis tenet, turbetur, vel plane diiciatur? an vero aliquis nondum conſecutus ea, quae ipſi debentur, agat ad illa impetranda? Priori caſu cauſſa ſemper eſt *liquida* & res ad tutamen *pacis publicae* redit, vnde quae *ſectione II. §. XVIII. lit. l. pag.* 22. de iure & officio circulorum ratione pacis publicae habentur, hic quoque locum ſortiuntur z). Poſteriori caſu omnino ſeparandae ſunt cauſſae *amneſtiae & grauaminum* a reliquis. Illic exſecutio regulariter ſiſti nequit, quod directoribus atque ducibus circulorum in hac ſpecie cum exſecutione ſimul *cognitio* competit, quamuis merito excipiatur caſus, quando de *exceſſu exſecutionis* notorie conſtat, quo imperatori, tanquam ſupremo pacis Weſtphalicae exſecutori & cuſtodi, ius laeſis auctoritate ſua ſuccurrendi, iisque contra iniuriam auxilio veniendi abiudicari nequit. Quod vero ad reliquas cauſſes, ſpeciatim ad pacta & tranſactiones in pace confirmatas, attinet, in iis nulla competit directoribus & ducibus circulorum cognitio aut iudiciaria poteſtas (§ LIV.). Vnice igitur quoad iſta a iuſſu imperatoris & ſupremorum tribunalium dependent, quorum proinde etiam eſt, ſuper ſuſcipienda exſecutione cognoſcere, eamque inhibere, donec cauſſa legitime fuerit diſceptata atque deciſa (§. XXVIII) *a*).

z) Vide, quae egregie hanc in rem differunt ſtatus euangelici in litteris ad imperatorem CIↃ IↃCC XX. *in der Staats-Canzley P. XXXVII. pag.* 653 *ſqq.*

a) Ad maiorem huius theſeos confirmationem in primis facit *reſolutio caeſarea* d. IX. Febr. CIↃ IↃCC XLVIII publicata in cauſſa *Heſſen-Darmſtadt* contra *Heſſen-Caſſel*, quae in fine diſſertationis eſt adiuncta.

SECTIO QVARTA.

DE ABVSV DOCTRINAE, QVOD IN CAVSSIS P. W. EXSECVTIONE TANTVM OPVS SIT, NON PROCESSV.

§. LVII.

ABVSVS PRIMVS IN PERVERSA APPLICATIONE REMEDIORVM RESTITVTIONIS.

Præcipuus & ſummus doctrinæ, quod in cauſſis pacis Weſtphalicæ *exſecutio citra proceſſum* locum habeat, abuſus eſt, quando, quæ ſpeciatim in capite *amneſtiæ & grauaminum* ſtatuta ſunt, ad cauſſas plane diuerſas ſine diſcrimine applicantur. (§. XXXXIIII. ſqq.) Quamuis enim obligatio pacis Weſtphalicæ vniuerſalis ſit, omniaque, quæ ea continentur, eadem vi, eodemque robore polleant *b*); tamen hoc tantum, quatenus de ſanctitate & fide inuiolabili eorum, quæ conſtituta fuerunt, quæſtio eſt, locum habet. Ceterum quodlibet caput proprium ſuum fundamentum habere, propriamque naturam, res ipſa loquitur, & adſenſu ſuo probat quilibet. Inde vero maxima differentia tum ratione probationis, interpretationis, & *modi procedendi*, ſi forte controuerſia aliqua oritur, tum quoque ratione *effectus*, ceu vel ipſo exemplo reſtitutionum ex capite amneſtiæ & grauaminum patet, quarum illa non niſi ius momentaneum tribuit, ſaluis iuribus cuiuscunque; hæc vero reſtitutos perpetuo tutos reddit, atque ab omni perſecutione iuris & facti ſecuros præſtat. Manifeſta itaque eſt fallacia conſequentis, ſi exinde, *quod non tantum ea, quæ bello tricennali fuere amiſſa, ſint reſtituenda, ſed omnia, ad quæ vel cedenda, vel danda, vel præſtanda ſiue vigore inſtrumenti ipſius, ſiue ex iuſſu ſpecialis expreſſæque alicuius diſpoſitionis c) alter eſſet obligatus; quodque idem ſit valor, idemque robur obligationis, quæ ex pactis vel tranſactionibus ſingulorum deſcendat quidem, ſed quae inſtrumento pacis ſit confirmata, atque eorum, quae in ipſis pacis legibus nitantur*, ſtatim ad eosdem omnino in omnibus pacis Weſtphalicæ cauſſis effectus, eundemque vbiuis procedendi modum, ſi contradictor adſit, aliquis concludere velit. Diuerſa namque procul dubio ſunt vis & poteſtas obligationis *liquidæ* nullisque dubitationibus obnoxiæ, a modo procedendi, ſi aliquid in diſcep-

disceptationem vocatur. Ex quibus facile est iudicatu, quid tenendum sit de *remediis restitutionis* ex pace Westphalica descendentibus. Satis quidem bene se habet, quando illa generatim dicuntur: *facultas bonis, per tabulas pacis alicui debitis, potiundi;* vel, si simul eo respiciatur, quod eiusmodi remedio, veluti actione contra restituentem experiri liceat, *beneficium suæ in iudicio ab illis, quos instrumentum pacis ea præstare iubet, repetendi.* Hinc tamen nulla ratione conficitur, modum procedendi in omnibus pacis Westphalicæ caussis esse eundem. Quin, quemadmodum omnia remedia iuris, ex quacunque demum caussa descendant, in eo conueniunt, vt tendant ad persecutionem iuris *perfecti*; & tamen in modo & *proponendi* & *exercendi* maxima adest diuersitas: *d*) ita etiam in pace Westphalica, vbi, vt omnes fatentur, *diuersa sæpe est obligatio restituentis pro diuersitate iurium, quibus restituendus restitutionem contendit*, idem obseruare licet. Frustraneus itaque labor videtur, multa disputare, quonam in sensu accipiatur vox *restitutionis e*) in pace Westphalica, an in *sensu lato*, vt ea etiam veniant, *quæ alterutri vel cedenda, vel danda, vel præstanda, vel faciendaf*) *incumbunt, quamuis nulla deiectio præcesserit;* an vero in *sensu stricto*, vt notet tandum *ius recuperandi bona, occasione belli tricennalis amissa.* Quo ipso illud tantum intenditur, vt occasio sit, cuncta, quæ vel in arctiore modo exsequendi, vel in recessibus executionis circa *restitutionem ex capite amnestiæ & grauaminum* separatim sancita fuerunt, omnibus caussis P. W. etiam iis, quæ cum capite amnestiæ & grauaminum nihil commune habent, applicandi. Ast frustraneus est, vti dixi, labor iste. Aut enim caussa aliqua pacis Westphalicæ est ita *liquida*, vt vel *confessio* partis aduersæ adsit, vel res *iudicata*, (§. LIII.) aut adhuc est *illiquida*. Si prius, nihil superest nisi executio, siue vocem *restitutionis* in significatu stricto de reddendis bonis, quæ bello amissa fuerunt, accipias, siue in significatu lato, vt etiam de aliis faciendis, cedendis & præstandis intelligenda sit. Sin posterius, omnis quæstio eo redit, quanam via incedendum sit vt caussa ad liquidum perducatur? Ad cuius decisionem vox *restitutionis* iterum nihil confert, sed *obiectum* spectari, & exinde sententiam de iudice competente desumi debere, ex supra dictis (§. XLV. sqq.) clarissime, puto, eluceſcit.

b) RE-

b) RECHENBERG *de obligatione pacis Weſtphalicæ vniuerſali* SPENER *iur. publ. lib. I. cap. VIII. §. 5. not. a in fine* KEMMERICH *I. P. lib. II. cap. VI. §. 26.* TITIVS *I. P. lib. II. cap. VI. §. 11. ſq.*

c) Speciales & expreſſas pacis Weſtphalicæ diſpoſitiones non omnes eodem loco eſſe habendas, iam eſt monitum (§. XXXI. Aliæ ad caput amneſtiæ & grauaminum pertinent, aliæ ad alia. Cum igitur modus procedendi in illiquidis pro diuerſitate cauſſarum admodum differat, obiectum ſemper ſpectandum eſt.

d) BOEHMER *de action. ſect. I. cap. 2. §. 1.*

e) Vocem *reſtitutionis* interdum de qualibet præſtatione vſurpari probat BRISSONIVS *de verbor. ſignif.* voce: *reſtituere*. Quod vero vox iſta in inſtrumento pacis lato huc ſignificatu occurrat, vix probabitur. De reſtitutione enim ex capite *amneſtiæ* certum eſt, quod ea ſemper præuiam deiectionem ſupponat. Et licet in capite *grauaminum* non tantum deſtitutis, ſed etiam iis proſpiciatur, qui inde ab anno normali poſſeſſionem quiete retinuerant, tamen quod de hac poſteriore claſſe vox reſtitutionis adhibeatur, non reperio. Prouocant quidem ad *art. V. §. 25. & art. XVI. §. 5.* Sed priore loco *retenta & reſtituta* manifeſte diſtinguuntur, vtque demonſtretur, vtroque caſu vnicum & ſolum fundamentum eſſe poſſeſſionem die I. Ian. CIↃIↃCXXIV. habitam, non tantum *reſtitutionis*, *ſed & transactionis* initæ in vniuerſum, & *futuræ obſeruantiæ* mentio fit. Poſteriore loco vero verba: *reſtituere*, *cedere*, *dare*, *facere & præſtare* coniunguntur quidem; attamen illud ipſum probat, vocem *reſtitutionis* ibi in ſignificatu ſtricto ſumi, quod alias reliquis verbis opus non fuiſſet. Ceterum non tantum ad plene deiectos, ſed etiam ad eos, qui in poſſeſſione ſua turbati ſunt, applicatur *art. V. §. 32.* vbi legi poſſunt, quæ notauit HENNIGES *lit. d.*

f) Per hæc verba: *cedere*, *dare*, *facere & præſtare* in *art. XVI. §. 5.* præcipue reſpicitur ad ea, quæ in *ſatisfactionem* partibus belli gerentibus fuerunt addicta, & ad diſpoſitiones ſpeciales in capite *amneſtiæ* & grauaminum. vid. HENNIGES *ad h. l. lit. h. & i. pag. 1657. ſq.*

§. LVIII.

ALTER ABVSVS, SI QVIS EXSECVTIONEM SIBI ARROGAT IN CAVSSA PROPRIA.

Ex dictis ſe prodit *alter abuſus*, quando ea, quæ in §. *III. recеſs. exſecutionis* de exſecutione in cauſſa *propria* habentur, ſi forte munere ſuo non rite fungantur directores atque duces circulorum, aliique dati commiſſarii, ad omnes cauſſas, quæ quocunque modo ad

ad pacem Weſtphalicam pertinent, easque adhuc illiquidas & ſententiam iudicis competentis exſpectantes, accommodantur. *Primo* enim certum eſt, omnia, quæ in receſſibus exſecutionis conſtituta ſunt, vnice ad reſtitutiones ex capite *amneſtiæ & grauaminum* pertinere, quorum igitur in aliis nullus plane poteſt eſſe vſus (§. XXXXIIII.) Deinde conſtitutio illa prorſus ſingularis eſt, ad eos tantum ſpectans, quorum reſtitutio *tribus exauctorationis atque euacuationis terminis* incluſa erat, vt itaque ne quidem in ipſis *amneſtiæ & grauaminum* cauſſis indiſtincte locum habere queat. Verba namque hæc ſunt: *Daſs die caſus liquidi - - - als nehmlich, die in beyliegender Deſignation lit. A. ſpecificirte, noch vor dem erſten, andern und dritten Termino Exauctorationis & Euacuationis erörtert und exequirt, in Entſtehung deſſen, denen Reſtituendis noch vor Ausgang des letztern Termini Exauctorationis & Euacuationis erlaubt ſeyn ſolle, auf weitere Oppoſition oder Tergiuerſation der Reſtituenten, und wann dieſelbe durch die Creyſsausſchreibende Fürſten oder Executores zu der Schuldigkeit anderſt nicht zu bewegen, mit und neben denſelben, oder durch ihre eigene Mittel, auch Hülff deren nächſt an Hand habender Kayſerl. Königl. Schwediſcher, oder anderer Waffen, und alſo manu militari ſich zu reſtituiren und einzuſezen.* Qua de cauſſa etiam, licet in electione tum CAROLI VI. tum CAROLI VII. monitum fuiſſet, hanc legem renouandam & capitulationi inſerendam eſſe, tamen collegium electorale conſenſum denegauit g). Quæ vero in *art. XVII. §. 6. I. P. O.* de exſecutione *armis* perficienda diſponuntur, ad *guarantiam* pacis ſpectant, cuius intuitu repetenda, quæ §. XXXVIII. dicta ſunt.

g) vid. MOSERI *obſeruationes ad capitulat.* CAROLI VII. *part. II. pag.* 517. *ſqq.* Addi poſſunt, quæ de *via facti* in cauſſis P. W. prohibita ex *R. I. N.* §. 193. attulimus §. *L. not. g.* Ceterum ad prohibitam *viam facti* procul dubio etiam pertinet proceſſus *arreſti* in cauſſa *propria*, maxime ſi eius initium in violenta deiectione eius, qui bona controuerſa per claram pacis litteram tenet, ponitur. Quam in rem in *deductione quadam Darmſtattina*, quæ ſub titulo: *Entdeckter Ungrund*, in cauſſa bona vniuerſitatum Haſſiacarum concernente, nuper lucem adſpexit, *pag.* 121. ita legitur: *giebt man nur zu überlegen, vvas dann endlich daraus entſtehen vvürde, vvann in einer in dieſem Friedens-Schluſs abgethanen Sache ein Landes-Herr, der an ſichere in ſeinem Territorio gelegene Güther ſich eine Prætenſion einfallen laſſen, um ſolche deſto ehender durchzutreiben,*

befugt

befugt ſeyn ſollte, den bisherigen Beſitzer ſofort zu dejiciren, und ſodann ex capite Arreſti, oder ſonſten, ſich in ſeiner eigenen Sache zum Richter aufzuvverffen, und zvvar, vvenn er das Priuilegium de non appellando hat, absque vlteriore prouocatione. Würde dieſes nicht ein Weg ſeyn, vvodurch zvvar die groſe Menge derer Religions-Beſchvverden in kurzer Zeit gehoben vverden könnte; vvodurch aber auch zugleich der Weſtphäliſche Friede, und die in demſelben enthaltene Reſtitutio ex capite Grauaminum dem völligen Umſturz ſich ausgeſetzt ſehen müſte? Anderer daraus entſtehenden Inconvenienzien jetzo zu geſchvveigen. add. *Dom.* PRAESIDIS *Schedion de proceſſu arreſti in cauſſis P. V.*

§. LIX.

TERTIVS ABVSVS, SI QVIS, VT SENTENTIAM IVDICIS COMPETENTIS DECLINET, CAVSSAS P. W. SINE DISCRIMINE AD COMITIA IMPERII DEFERT.

Non minor abuſus eſt, quando quis, ne ſpecies deſit, iuſſa iudicis competentis infringendi, cauſſas P. W. omnes ad *comitia* deferenda eſſe propugnat. In inſtrumento pacis vnicus caſus exprimitur, quo cauſſa ad comitia pertinet, ſi ſcilicet interpretatio *authentica* deſideratur *h*). Ceterum cuncta deciſioni iudicis competentis relinquuntur. Neque ex vniuerſis legibus publicis vllum elici poterit argumentum, quod aliud ſuadeat. Comitiis enim nullam competere iurisdictionem in cauſſis *ſingulorum*, ab aliis contra ſiculneas diſſentientium rationes ſatis eſt euictum *i*). Et guarantiam pacis Weſtphalicæ, quam omnes & ſinguli ſtatus imperii præſtare tenentur, iurisdictionem non tribuere probauimus (§. XXXVII. ſq.) Equidem quod ad cauſſas *amneſtiæ & grauaminum* attinet, poſtquam ſtatim a concluſa pace eas per *delectos imperii* expediri placuit, factum eſt, vt circa illas aliquid amplius ſibi vindicauerint ordines imperii *k*). Sed quemadmodum propterea ius *ſupremi iudicis* imperatori neutiquam dubium reddunt, ceu clariſſime demonſtrant, quæ §. LIII. not. p. ſcripſi; ita a cauſſis amneſtiæ & grauaminum ad alias non ſemper argumentum valere, iam ſæpius dictum eſt. Sane delectis imperii nullum vnquam cum aliis cauſſis, quam quæ ad amneſtiam & grauamina pertinent, negotium fuit, (§. XLVI. ſqq.) & hinc ratio, qua nonnulli vtuntur, quod dicti delecti

comi-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0122
DFG

comitia repræsentauerint, in aliis & a capite amnestiæ & grauaminum separatis caussis euidenter exulat.

h) *Art. V.* §. 50. *& 56. art. VIII.* §. 2. Facit etiam huc *capitulat. nouiss. art. II.* §. 5. Ad id vero, vt interpretatio *authentica* desiderari possit duo præcipue requiruntur 1) vt agatur de declaratione *propriæ* voluntatis, 2) vt verba legis ita sint obscura, vt aut omnino voluntas legislatoris percipi nequeat, aut admodum dubia & indefinita sit. ZIEGLER *de iurib. maiestat. lib. I. cap. VI.* §. 7. 10. *&* 11. Quibus consequens est, in pacta singulorum & seorsim inita, quamuis in pace Westphalica confirmata, interpretationem *authenticam* nullo modo conuenire, quia deficiunt hic termini habiles, quibus forma huius interpretationis absoluitur. (§ XXXII) not. h.) Deinde neutiquam sufficere dubia, quæ partes pro suo ingenio formant, vt caussæ inseruiant, sed legem debere esse *vere dubiam*, quod in legibus imperii publicis exinde diiudicatur, si *ipsa imperii iudicia*, aut *imperator & ordines* de vero legis sensu secum inuicem non concordant. vid. *Electa iur. publ. tom. IX. pag.* 59. MOSER *ad capitul. Caroli VII. part. III. pag.* 38. Vnde corpus euangelicorum in litteris ad imperatorem *d. XVI. Nouembr.* 1720. speciatim quod ad pacem Westphalicam attinet, monet: *Dass in allen den Fällen, wo der klare unzweiffelhafte buchstæbliche Verstand vor Augen liegt, gar keine Interpretation statt finden kan, sondern bey dem schlechthin geblieben werden muss, was der Buchstab nach gewöhnlicher allgemeiner Redens-Art zu verstehen giebet, bevorab, wenn jemand aus solchem klaren buchstäblichen Verstand ein Ius quæsitum hat. cet.* Ista igitur requisita vbi deficiunt, obtinet interpretatio *doctrinalis* siue *iudicialis*, quæ semper locum habet, quamuis legislator sibi soli interpretationem legis reseruauerit, cum hæc reseruatio solummodo ad interpretationem *authenticam* respiciat. ZIEGLER *l. c.* VINN. *select. quæst. lib. I. cap. II.* Confirmatur quoque interpretatio *iudicialis* in ipsa pace Westphalica imperii iudiciis *art. V.* §. 56. vbi eo demum casu, quando ex paritate assessorum vtriusque religionis, postquam in pleno etiam senatu, pari tamen semper vtrinque iudicantium numero, dubia examinata fuerint, contrariæ oriantur sententiæ, remissio ad comitia imperii vniuersalia imperatur; in aliis vero casibus iuxta *ordinationem cameræ* procedendum esse statuitur, in cuius *concepto P. II. tit.* 38. §. 1. iudici camerali & assessoribus disertis verbis permittitur: *Wenn einiger zweifelhafter Verstand in der Cammer-Gerichts-Ordnung, oder sonst in des Heil. Römischen Reichs Constitutionibus, nicht etwa nur circa processum, sondern auch* CIRCA IPSOS ARTICVLOS DECISIVOS *sich zutragen sollte, sich dessen in pleno consilio zu vergleichen.* add. *R. I.* 1570. §. 77. & *R. I.* 1654. §. 135. *sq.* HENNIGES *ad dict. art. V.* §. 56. *lit. a. sqq.* DECKHERR *process. informat. pag.* 15. *sq.* & *consult. de pace ciuili relig. data, part. II. num* 82. *pag.* 309 *sqq.* ITTER *de reditibus ecclesiasticis ex alieno territorio cap. II. sect. I.* §. 4. Prout haec latius deducuntur *in dem Hessen-*

Darmſtædtiſchen Gegen-Pro-Memoria, die Univerſitæts-Sache betreffend, pag. 84. *ſqq.*

i) vid. LVDOLF. *ſyſtem. iur. cameralis ſect. I. §. 1. pag.* 19. TREVER *de titulis officii imperatoris §. XVIII.* & modo dictum *Heſſen-Darmſtædtiſches Gegen-Pro Memoria not.* 53. *pag* 73. *ſqq.*

k) conf. MOSERVS *de recurſu ad comitia cap. V. §.* 33. *ſq.* & *in compend. iur. publici lib. IV. cap.* 15. §. 31.

§. LX.

QVARTVS ABVSVS, SI QVIS EXCEPTIONES, QVAE SVBSTANTIAM ET VALOREM PACIS WESTPHALICAE NON IMPVGNANT, ADMITTERE NOLIT, VBI DE EXCEPTIONE PRAESCRIPTIONIS.

Inter abuſus, de quibus hic agitur, quarto loco refero, ſi quis exceptiones, quae *ſubſtantiam* & *valorem* pacis Weſtphalicae non impugnant, admittere nolit. Eas enim admittendas eſſe clare diſponitur in *arctiore modo exſequendi* (XLII. not. 1.) Atque per pacta ab iis, quae in vtilitatem *ſingulorum l)* ſtatuta fuerunt, recedi poſſe, expeditum eſt *ex artic. V. §. 33. m)* Omnes igitur exceptiones, quae vel exceſſum exſecutionis, vel ſatisfactionem eorum, quae in pacis legibus continentur, ſpectant, vel, quod eodem recidit, poſt pacem concluſam, *nouo accedente facto*, ſuperuenerunt, audiendae & examinandae ſunt. Quorſum iure optimo maximo hodie etiam refertur exceptio *praeſcriptionis n)*. Nititur enim illa *nouo quodam facto*, quo ſubſtantia & valor pacis neutiquam impugnatur, ſed liberatio ab iis, quae omnino valide conſtituta ſunt, acquiritur. Atque *qui tempore liberatus eſt, ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit*, vt PAVLLVS loquitur in *L.* 45. *ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* Ad quam legem GOTHOFREDVS adſcribit: *Praeſcriptione liberatus ſimilis eſt ſoluenti, poteſt enim aduerſario culpam & negligentiam ita obiicere, vt cum repellat ab agendo, perinde ac ſi ei ſoluiſſet o)*. Inter omnes praeterea conuenit, ea, quae alienari poſſunt per *pacta*, etiam amitti poſſe per *praeſcriptionem p)*; cum igitur *prius* in cauſſis P. W. maxime in pactis hac pace tantummodo confirmatis, quorum diſſolutio ſemper in partium arbitrio eſt (§. XXXIX.) omnino liceat, etiam *poſterius* locum habere conſequitur. Sed quia *praeſcriptio*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0124
DFG

scriptio in Germania ad iure communia pertinet, satis necessitas eius admittendae in causſis pacis Westphalicae probata videtur, si modo argumenta dissentientium diluantur & confutentur. Dicunt autem I. in recessu exsecutionis §. XXVIII omnia restituendorum iura expresse esse reseruata, vt quocunque tempore facultate restitutiones suas proscendi gaudeant. Verbum enim *hernach*, quod ibi reperiretur, de quocunque insequenti tempore sumendum esse. II. Restitutionibus ex pace Westphalica nullam exceptionem opponi posse, adeoque nec eam, quae *praescriptione* niteretur. III. In omnibus capitulationibus caesareis iuri restituendorum in perpetuum esse prouisum. Denique IV. speciatim quoad transactionem Hassiacam, in pace confirmatam, omnem praescriptionem clare esse excluſam, per verba: *quod nullo vnquam tempore conuelli debeat.*

Verum enim vero quod ad *primum* argumentum attinet, illud vix serio proponi puto. Quis enim vnquam vel fando audiuit, verbum *hernach*, in instrumento occurrens, ea esse efficacia, vt omnem omnino praescriptionem excludat. Immo pleraque pacta certas praestationes *futuras* respiciunt. Nemo tamen dixerit, propterea in iis praescriptionem exulare. *Secundum* argumentum ex superioribus confutatur. Fieri scilicet debent restitutiones ex pace Westphalica irritis exceptionibus omnibus, quae *subſtantiam & valorem* pacis impugnant. Quae vero *satisfactionem* conuentorum spectant, & post pacem concluſam *nouo accedente facto* superueniunt, neutiquam reiiciendae, ad quam classem etiam pertinet *praescriptio*. De *tertio* argumento pariter iam §. LII. inquisiui, &, nisi me omnia fallunt, luculenter probaui, capitulationes caesareas spectare vnice ad restitutiones ex capite *amnestiae & grauaminum*, & eas quidem ita comparatas, vt illi, qui ad aliquid restituendum tenentur, tempore confectarum capitulationum *in mora* constituti fuerint. Nihil igitur exinde generatim concludi potest. Denique ratione *quarti argumenti*, cui maxime confidunt dissentientes, nota & apud omnes pervulgata res est, verba: *perpetuo*, *semper*, *omni tempore*, & similia pro subiecta quaestione intelligenda, & secundum naturam actus, cui adiiciuntur, restringenda esse *q*), adeoque per illa praescriptionem regularem triginta annorum neutiquam tolli *r*). Regulariter enim *perpetua* dicuntur, quae licet *temporalia* sint, *certum* tamen neque loci, neque temporis finem habent, cum sit incertum, quo

tempore finiantur *s*). Ita perpetuum tempus dicitur, quamdiu soluerit canonem emphyteuticarius §. 3. *I. de locat.* quamdiu vixerit quis *L.* 1. *ff. pro socio. L.* 1. §. *pen. ff. de offic. praef. vrbi. L.* 8. §. 3. *ff. de transact.* Et pro annis triginta, vel quadraginta, vt cum dicimus *perpetuas actiones*, quae ex constitutionibus tricennio vel quadricennio extinguuntur *t*). Quin ne quidem verba: *nulla obstante temporis praescriptione*, praescriptionem excludere, inde manifestum fit, quod, quando in *L.* 19. §. 1. *ff. de lege Cornelia de falsis.* legitur: *accusatio suppositi partus nulla temporis praescriptione depellitur*; in *L.* 12. *C. eod. tit.* praescriptio in consimili sententia nihilominus admittitur, verbis: *Querela falsi temporalibus praescriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione v*). Manifesto indicio in eiusmodi loquendi formulis hanc semper clausulam tacite subinlelligi: *nisi tempora praescriptionis fuerint completa.* Saepe quoque leges cum feruntur, hanc aut similem formulam habere: *edicto perpetuo & irreuocabili sancimus*; & tamen licitam esse talis legis abrogationem, & summos imperantes tantum significare, quae sic iubent non esse *annalia, aut certis temporibus, puta belli, pacis, curae annonae accommodata*, docet B. HERTIVS *x*). Quibus omnibus in nostra specie accedit, quod per verba: *ne transactio Hassiaca vllo vnquam tempore conuellatur*, praecipue respectum fuisse videatur ad agnatos, qui consensum nondum praestiterant, vt etiam illi, eorumque heredes, casu successionis eueniente, hac transactione stare teneantur, id quod non tantum verba sequentia innuunt: *quin immo ab omnibus, etiamsi aliquis ex interessatis eam forte confirmare detrectet, exactissime obseruari debere*; sed & inde probabile fit, quod in cautis aliarum Sereniſſimarum domuum, vbi idem metus esse poterat, eadem clausula adhibita legatur, e. g. in *domo Badensi art. IV.* §. 27.

l) Quae enim ad statum imperii *publicum* pertinent, pactis priuatorum mutari non posse satis constat, eoque respici videtur in *art. XVII.* §. 3. quando ibi & *praeteriti & futuri temporis* intuitu pacis vigori prospicitur vid. MOSERVM *de pactis & priuilegiis circa religionem* §. *CII. in ipsius opusc. academ. p.* 129. add. HENNIGES *ad dict. art. XVII.* §. 3. *lit. x.*

m) MOSERVS *loc. citat.* §. *LXXXIII. pag.* 116.

x) LEYSERVS *in meditat. ad ff. specim. CCCCLXI. num. VI.* Sane in omnibus cautis, quas leges, etiam sub poena nullitatis in fauorem *singulorum*

rum duntaxat prohibent, & in quibus *priuata tantum vtilitas* primario verſatur, praeſcriptioni locus eſt. Quia, licet leges iubeant, ſuum cuique reſtituendum, debita ſoluenda, damna data reſarcienda eſſe, expeditum tamen eſt, actiones, quae eo nomine competunt, intra tempora praefinita mouendas eſſe, quo non facto reus abſoluitur & actor ab agendo repellitur, vt rationes ſubducit B. BOEHMER *de praeſcript. contra leges maxime prohibitiuas* §. 3. *not.* 1.

o) add. ZANGER *de except. part. III. cap. X. num.* 30. Non ignoro quidem, BRVNNEMANNVM *commentar. in pandectas* ad *d. l.* 45. *num.* 4. exiſtimare, nullum ibi de praeſcriptione veſtigium exſtare. Sed quomodo ſe res habet; illud ſatis certum eſt, per praeſcriptionem debitorem obligatione, qua antea tenebatur liberari; & omnem liberationem, quocumque modo illa facta fuerit, ſpeciem ſolutionis in ſignificatu lato conſtituere, vid. *L.* 54. *ff. de ſolution. & liberat. L.* 4. §. 7. *ff. de re iudicata. L.* 47. *ff. de verbor. ſignif.* Praeſcribens igitur ſemper ſimilis eſt ſoluenti.

p) Alienationis enim verbum etiam *vſucapionem* continet *per text. expreſſ. in L.* 28. *de V. S.*

q) STRAVCH *lexic. particular. iur.* voce: *ſemper* DIONYS. GOTHOFR. *ad L.* 46. §. 9. *C. de epiſcop. & cleric. lit. q.*

r) MATTH. COLERVS *conſ. LXXXI. num.* 61. *ſqq.*

s) *L.* 30. *pr. ff. de excuſat. ibique Gothofredus.*

t) CVIACIVS *de diuerſis temporum praeſcriptionibus & terminis cap. XXXV.*

v) CVIACIVS *obſeruat. lib. IV. cap. XIIII.* quo loco etiam *L. vlt. ff. de lege Pompeia de parricid.* ita interpretatur, vt verba ibi occurentia: *ſemper accuſatio permittitur*" praeſcriptionem neutiquam excludant.

x) *De lege clauſula, ne abrogari poſſit, munita, ſect. I.* §. *III. & IV.* vbi ex BODINO *lib. I. de rep. cap.* 8. refert, reges Galliae legibus a ſe latis ferme clauſulam apponere conſueuiſſe: *vt nec a nobis poſterisue noſtris derogari poſſit.* Item: *Ne derogationis, cui nunc derogamus, deinceps vlla ratio habeatur.*

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0127
DFG

VENERIS 9ten Februarii 1748.

Zu Hessen-Darmstadt Herr Landgraff, contra den König in Schweden, und Printz Wilhelm zu Hessen-Cassel, das Amt Braubach cum annexis betreffend.

Publicatur Resolutio Caesarea.

Ihro Kayserliche Majestät haben gehorsamsten Reichs-Hof-Raths allerunterthänigstes Gutachten allergnädigst approbiret; deme zu folge

1) Hat bewandten Umständen nach die gebettene Citatio ex L. Difsamari nicht statt.
2) Fiat petita Commissio manutenentiae auf den gantzen Ober-Rheinischen Crayß.
3) Rescribatur denen Crayßausschreibenden Herrn Fürsten und sämtlichen Ständen des Ober-Rheinischen Crayßes.

Es werde Ihnen ohnedem nicht unbekannt seyn, was vor ein Wiedereinlösungs- oder Wiederaustauschungs-Recht der König in Schweden, als Landgraf zu Hessen-Cassel, auf Stadt, Amt und Schloß Braubach, das Kirchspiel Catzenelnbogen, und die Veste Marrburg, gegen den Herrn Landgrafen zu Hessen-Darmstadt praetendire. Gleichwie nun Ihro Kayserliche Majestät Niemands Rechte und Ansprüche zu kräncken, oder Jemand an Ausübung derselben zu hemmen gemeynet, sondern vielmehr nach Dero Kayserl. Obrist-Richterlichen Amt die Gerechtigkeit zu befördern eyfrigst bemühet seyen; Also verlangten Sie auch dem Fürstl. Hauß Hessen-Cassel seine etwa habende Befugnisse durchaus nicht schwehr zu machen, um so mehr, als der Haupt-Theilungs-Vertrag von Anno 1648. in dem Instrumento Pacis Westphalicae selbst angenommen, und die ewige Festhaltung desselben zwischen denen Fürstlich-Heßischen Häusern, jedermänniglich auf das nachdrücklichste anbefohlen worden seye. Nachdem aber aus des Printz Wilhelms zu verschiedenen mahlen erlassenen Schreiben so viel erhelle, daß derselbe in denen Gedancken stehe, als wann die *Quaestio an?* von dem Wieder-Einlösungs-Recht, gar keiner rechtlichen Untersuchung, ja nicht einmahl einer gütlichen Handlung

lung mehr unterworfen seyn könne, sondern nichts mehr übrig seye, als nach Anweisung des Instrumenti Pacis Westphalicae so gleich durch die Crayß-ausschreibende Fürsten die Execution vornehmen zu lassen, oder wann Dieselbe wieder Vermuthen ihr Amt nicht thun solten, sein Recht sich selbst, durch die in besagtem Friedens-Schluß an die Hand gegebene Mittel zu schaffen, welches Zweiffels ohne auf den 6 § art. 17. Instrumenti Pacis Westphalicae, mithin auf Waffen und zusammengesetzte Gewalt zielet: Also könten Ihro Kayserliche Majestät einmahl nicht finden, daß dieser §phus auf das gegenwärtige Wiedereinlösungs oder Wiedereintauschungs-Geschäffte gezogen werden sollte. Bekandtlich gehe derselbe nur auf würckliche Einraumung desjenigen, was, es seye nun *ex capite Grauaminum* oder *Amnestiae*, zu *restituiren*, oder auch *in Satisfactionem* denen im Krieg verfangen gewesenen Theilen auf dem Westphälischen Frieden zugetheilet worden seye, das Fürstliche Hauß Hessen-Cassel habe nun nach Innhalt des 15. art. Instrumenti Pacis Westphalicae alles, o wohl was zu *restituiren* gewesen, als auch was demselben *in Satisfactionem* überlassen worden, Reichs-kundigermassen erhalten, und sey demselben selbst niemahlen beygegangen, das Wiedereinlösungs- oder Wiedereintauschungs-Recht vor ein *Objectum restituendum*, das ohne Gerichtliche Untersuchung oder gütliche Einverständnus exclusiue bewerkstelliget werden könnte, auszugeben. Ihro Kayserliche Majestät gebeten dem gesammten Ober-Rheinischen Crayß anheim, wo es in Teutschland und dem Heiligen Römischen Reich hinkommen würde, Ansprüche, oder Wiedereinlösungs Rechte, unter dem Schein, daß sie in dem Instrumento Pacis Westphalicae ihren Grund hätten, mit eigenen und anderer Mit-Stände Waffen und Hülffe via facti durchtreiben zu wollen, so bald die Crayß-ausschreibende Herrn Fürsten das Instrumentum Pacis auf diese Art zu verstehen nicht finden, und also mit gutem Gewissen zur Execution nicht schreiten könnten. Der Westphälische Friedens-Schluß selbst verordne ein ganz anders, und weise einen jeden an, die etwa entstehende Irrungen, im Weg Rechtens auszumachen, von aller Gewalt aber sich zu enthalten. Ja so gar in Ansehung derer *Objectorum*, die würcklich zu *restituendis* gehörten, befehle derselbe klar von allen Thathandlungen abzumahnen, und entweder durch gütliche oder rechtliche Wege zu suchen, zu dem Seinigen zu gelangen: Wann diese friedliche Mittel

gantzer

gantzer 3. Jahr, und die Ermahnungen der Stände nichts ausgeben, so erlaube alsdann erst das Instrumentum Pacis Westphalicae zur Execution zu schreiten. Dieses alles aber habe ja bisher noch kein Mensch auf Wieder-Einlösungs-Rechte, oder Wieder-Austauschungen gezogen, noch auf der Friedens-Handlung selbst jemahls dergleichen ein Stand des Reichs praetendiret, sondern solche Ansprüche gehörten nach Anleitung des Instrumenti Pacis selbst zur gütr- und richterlichen Handlung, welche aber über die *quaestionem an*? anzutretten, sich der Printz Wilhelm nicht einverstehen wolle: So wenig Ihro Kayserl. Majestät denselben hindern würden, diese an sich ad Austregas gehörige Sache vor dieselbe zu bringen, oder auch vor einen andern competenten Richter, ob und wie weit ein Wieder-Einlösungs- oder Wieder-Austauschungs-Recht noch vorhanden, oder auf welche Art dasselbe zu bewürcken und auszuüben seye; So wenig leide die Verfassung des Teutschen Vaterlandes gegen die Sicherheit derer sämtlichen Mit-Stände, und die Reichs-Satzungen und Grund-Gesetze zu erlauben, daß man alle gütlich- und richterliche Untersuchung ausschlagen, in eigener Sache eigenmächtig decidiren und von nichts als *Executionen* so gleich reden wolle; Verhoffentlich werde das gantze Römische Reich erkennen, daß dergleichen zu zulassen, den völligen Umsturtz des Reichs, insonderheit der schwächern Stände desselben nach sich ziehen würde; Ihro Kayserl. Majestät gesinnten, und ermahneten also die sämtliche Stände des Ober-Rheinischen Crayses, ohne Abbruch der etwa habenden Hessen-Casselischen Befugnüssen, es in die Wege zu richten, daß aller Gewalt verhindert werde, und das Fürstl. Hauß Hessen-Cassel seine Ansprüche, es sey durch gütliche Zusammen-Trettung mit dem Herrn Landgraffen zu Hessen-Darmstadt, oder vor denen *Austregis*, oder einem andern *competenten* Richter im Weg Rechtens ausführe. Ihro Kayserl. Majestät erwarteten so wohl von denen Crayß-ausschreibenden Herrn Fürsten, als übrigen Ständen des Ober-Rheinischen Crayses, wie Sie die Ihnen aufgegebene Manutenenz-Commission übernommen hätten, und dieselbe befolgen wollten, binnen zwey Monathen gehorsamste Anzeige und Bericht.

4) Rescribatur etiam dem Herrn Printz Wilhelm als Administratori derer Hessen-Casselischen Landen: Ihro Kayserliche Majestät hätten der Herr Landgraff zu Hessen-Darmstadt gehorsamst angezeiget, was so wohl der König in Schweden, als Landgraff zu Hessen-

Cassel

Cassel, als auch Er, der Herr Printz Wilhelm, wegen Wieder-Einlösung des Amts, Stadt und Schlosses Braubach, samt der Vestung Marxburg, und des Kirchspiels Catzenelnbogen an Ihn gelangen lassen, und dabey allerunterhänigst gebetten, so wohl Citationem ex lege diffamari, als auch eine Manutenenz-Commission auf den Ober-Rheinischen Creyß gegen zu beförchten seyende Gewalt zu erkennen. So wenig nun Ihro Kayserl. Majestät das in dem Haupt-Vergleich de anno 1648. bedungene Eintauschungs- oder Einlösungs Recht besagten Amtes und Kirchspiel Catzenellenbogen in dem mindesten, ohne Untersuchung schwer zu machen, verlangte, auch bewandten Umständen nach die gebetene Citationem ex Lege diffamari nicht hätten erkennen wollen: Eben so wenig könten Sie hingegen finden, daß über die *Quaestionem an?* eine gütliche Handlung oder die *Austrega* oder richterliche Erkänntnüß dem Herrn Landgraffen zu Darmstadt rund ab solte versaget werden können, da doch das Instrumentum Pacis Westphalicae dergleichen Wege einzuschlagen selbst an vielen Orten anbefiehlet: Er der Herr Printz seye von Selbst viel zu erleucht, als behaupten zu wollen, daß der wahre Verstand des Instrumenti Pacis Westphalicae und insonderheit des Articuli 15. und 17. von eigenmächtiger Auslegung eines eigenen Standes des Reichs abhange, und genug seye zu sagen, daß die *Quaestio an?* bereits vor richtig und decidiret anzusehen, und nichts weiter übrig seye, als durch Crayß-ausschreibende Fürsten das Instrumentum Pacis exequiren zu lassen, oder wann diese ihr Amt nicht thun wollten, die anderweite Mittel, womit Zweifels ohne auf des 17. art. §. 6. gezihlet worden, zu ergreiffen. Was vor Unruh und Zerrüttung im Reich aus solchen übereilten und dem Instrumento Pacis Westphalicae selbst in alle Wege wiedrig und entgegen lauffenden Aeusserungen, wann sie in das Werck gesetzet würden, entstehen müsten, liege vor Augen. Welcher Stand des Reichs sicher seyn könte, wann er von demjenigen, was er fast durch hundert Jahr ruhig besessen, ohngeachtet er keinen Reichs-Mit-Stand im mindesten *turbiret*, oder zu dem Seinigen zu gelangen, verhindert, sogleich via facti wegen eines vorbehaltenen Wieder-Einlösungs-Rechts, solte entsetzet werden dürffen. Es würde allemahl unbillig seyn, einen Stand des Reichs nicht einmahl zu hören, was er *circa quaestionem an?* vorzubringen habe. Der

Herr Landgraff zu Hessen-Darmstadt läugne ja das Hessen-Casselische Austauschungs-Recht an sich nicht, und habe auch sonst dem Haupt-Vergleich de anno 1648. nicht zuwider gehandelt, aber nichts anders thun können, als in dem von Hessen-Cassel selbst Ihme eingeraumten und verglichenen Besitz dieses Amts und Kirchspiel zu bleiben, nachdeme das Hauß Hessen-Cassel zu keiner Wieder-Einlösung und Mit-Anerbietung derer an Hessen-Cassel gekommenen Stücke durch so viele Jahr die mindeste Anstalt gemacht; Ihro Kayserliche Majestät verlangten vorjetzo nicht zu untersuchen, vielweniger zu decidiren, ob nach dem Haupt-Vergleich *de an.* 1648. und dem Westphälischen Frieden ein Wieder-Einlösungs- oder Wieder-Austauschungs-Recht dem Fürstl. Hauß Hessen-Cassel zugekommen seye, oder zukomme? Was eigentlich das Objectum desjenigen Æquivalents seye, welches gegen dieses Amt und Kirchspiel an das Fürstliche Hauß Hessen-Darmstadt restituiret werden müsse? Sondern Sie berührten diese von dem Herrn Landgraffen zu Darmstadt hin und wieder geäusserte Fragen bloß zu dem Ende, damit Er der Herr Printz von selbst einsehen möge, wie es unbillig wäre, die gütliche Zusammentrettung, oder die *Austregas* oder einen andern *competenten* Richter dem Herrn Landgraffen zu Hessen-Darmstadt vor der Hand abzuschlagen, sonderlich, da das Instrumentum Pacis klar und deutlich die Maaße gebe, daß sogar in denen unstreitigen *restituendis*, und noch dazu in der Zeit, da das Instrumentum Pacis zur Execution hat gebracht werden müssen, sogleich mit Gewalt nicht fortzufahren seye; sondern es befiehlet, ehe via facti procediret werde, zuvor die Güte, und in der Entstehung den Weg Rechtens zu ergreiffen. Wann alle diese Mittel nicht bewegen konten, was in dem Instrumento Pacis als ein restituendum oder zur Satisfaction ausgesetzt worden, in Güte dem restituendo einzuraumen, sondern durch ganzer 3. Jahr nichts zu erhalten gewesen seye, alsdann soll erst zur Execution geschritten werden, und ein jeder Stand des Reichs parti læsæ desfalls beystehen können. Diesemnach würde viel zu früh seyn, wann auch dieses Objectum mit zu einem restituendo ex capite grauaminum oder amnestiæ gerechnet werden könte, ohne den andern Theil zu hören, so gleich auf Execution zu gedencken: Nun habe aber überdas das Hauß Hessen-Cassel nach Ausweiß art. 15. Instrumenti Pacis sowohl seine *restituenda*, als auch was demselben *in Satisfacti-*

tisfactionem gegeben worden, Reichs-kündiger maßen völlig erhalten, selbst aber nicht daran gedacht, ein bloses **Wieder-Einlösungs-** oder **Wieder-Austauschungs-Recht** unter die Objecta zu zehlen, die ad restituenda gehörten. Es seye auch gewiß keinem von denen compaciscirenden Theilen bey Errichtung des Instrumenti Pacis Westphalicae beygegangen, die in demselben bestätigte Haus-Verträge und Vergleiche so zu verstehen, daß wegen aller darinn bedungenen Rechten, sonderlich von denen, die da vorgeben, daß in denen Pactis und Vergleichen ihnen solche nach **Willkühr** zu gebrauchen, oder auch durch Secula ruhen zu lassen, gegeben worden seyen, dem ohngeachtet, wann ihnen nach langen Jahren schicklich schiene, sich eines solchen bedungenen Rechts zu gebrauchen, ohne alle Untersuchung und ungehört des andern Theils, zur *Execution* und denen Waffen geschritten werden könne, hierdurch hätten ja solcherley Vergleiche und Verträge mehrere **Würkung**, als das *Instrumentum Pacis* bey denen darinnen verglichenen *restituendis* und *satisfactionibus* nicht einmahl habe. Besondere Hauß-Vergleiche seyen allerdings mit gutem Vorbedacht in dem Instrumento Pacis bestättiget worden, damit man gewiß seye, daß solche nicht, wie mit andern geschehen, aufgehoben, sondern nach dem Willen derer compaciscirenden Theilen ewig zu erfüllen seyen: Daß aber hierdurch weiter, als das *Instrumentum Pacis* und die verglichene Executions-Ordnung besagen, könne geschritten, und ohne alles Gehör via facti fortgegangen werden, solche **Würckung** werde wohl Niemand im gantzen Römischen Reich die Einverleibung oder der Meldung eines solchen Hauß-Vertrags in dem Instrumento Pacis Westphalicæ beylegen. Ihro Kayserliche Majestät fänden sich dahero gemüßiget, Ihn den Herrn Printzen zu ermahnen, den gütlichen oder den **Weg Rechtens**, es seye nun das letzte vor denen Austregis, oder einen andern competenten Richter einzuschlagen, von aller Gewalt und Thätlichkeit aber sich gäntzlich nach der klaren Vorschrifft des Instrumenti Pacis und aller Reichs-Satzungen zu enthalten. Um Ihn den Herrn Printzen zu diesem desto gewisser zu bewegen, und dieweil dem **gantzen Ober Rheinischen Crayß**, ja **dem gantzen Reich** daran gelegen seye, daß diese so heilig vorgeschriebene friedliche Mittel und Wege erhalten, und aller Gewalt verhindert werde: So hätten Sie dem Herrn Landgrafen zu Hessen-Darmstadt nicht entstehen können, auf den Ober-Rheinischen Crayß eine *Manutenenz-*

Commission, die Ihn in dem Besitz des Amts Braubach und Kirchspiel Catzenellenbogen, wie auch der Veste Marxburg, bloßhin zu Abwendung aller Gewaltthätigkeiten schützen, allergnädigst zu erkennen; Hierdurch werde dem Fürstlichen Haus Hessen-Cassel weder etwas an seinem etwa habenden Recht entzogen, noch Er der Herr Printz verhindert, es seye nun durch gütliche Zusammentrettung, oder in dem Weg Rechtens, was Ihme aus dem Haupt-Vergleich und dem Instrumento Pacis Westphalicae zukomme, auf Reichs-Constitutions-mäßige Weise zu erhalten. Ihro Kayserliche Majestät versehetten sich also zu Ihm dem Herrn Printzen, daß er diesem allen genau nachkommen, auch wie Er alles dieses zu befolgen gesinnet seye, Ihro Kayserlichen Majestät binnen zwey Monath anzeigen werde.

Arnold Heinrich von Glandorff.

Opvsc. III.

D. FRANCISCI IVSTI KORTHOLTI,

COMMENTATIO

DE

EXPVNCTIS

IN PACE WESTPHALICA

AD ILLVSTRANDVM ARTIC. IIII. SECT. I. INSTRVMENTI PACIS OSNABRVGENSIS.

VIR

ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME,

VENERANDE PATRVE!

Nullæ mihi vnquam a TE venerunt gratiores iucundioresue litteræ, quam ex quibus intellexi, proxime adeſſe ſauſtum illum & felicem diem, quo quinquageſimum muneris profeſſorii, in vna academia glorioſe adminiſtrati, annum ſaluus, &, quantum in extrema ætate optare licet, ſanus & validus completurus es.

Si, quo rarior eſſe ſolet felicitas, eo maior exinde percipitur lætitia, certe nunc gaudio palam exſultare decet, cum TIBI euenit, cuius per integra ſæcula in vitis eruditorum vix vnum & alterum exemplum reperitur. Mihi quidem ad præſens non niſi duo in mentem veniunt, quibus ad eundem terminum in *officio profeſſorio* pertingere datum fuit.

Vnus eſt NICOLAVS LEONICENVS, qui ſæculo XV. & XVI. in academia Ferrarienſi medicinam ſexaginta annos, & quod excurrit, docuit, quemque eo lubentius laudo, quo propius & virtutibus, quibus eminuit, & ingentibus atque immortalibus in hu-

manitatis ſtudia meritis ad TE, *Vir Illuſtris*, accedit. *a*) Tam arctam enim cum manſuetioribus Muſis, vnde quilibet, quodcunque ſtudiorum genus elegerit, præſidium & ornamentum exſpectare poteſt, amicitiam, TIBI ſimillimus, coluit, vt hac in primis via ſummam, quam ad hodiernam diem tuetur, nominis celebritatem conſecutus fuerit, cum *primus*, teſte IOSEPHO SCALIGERO, *b*) *philoſophiam & medicinam ipſam cum humanioribus litteris coniunxerit.*

Alter eſt ANTONIVS VARVS, medicinæ profeſſor in academia Ienenſi, ſpartam doctoris academici die XI. Sept. CIↃ IↃLXXXVI. nactus, cui vsque ad diem XX. Aug. CIↃIↃCXXXVII. præfuit. *c*)

Quapropter ex intimis animi ſenſibus de inuſitata hac & inſolita proſperitate, qua nouus isque maximus & TIBI & genti KORTHOLTIANAE, in qua primum locum occupas, adiungitur ſplendor, gratulor, atque, ne ſine munusculo veniam, leues aliquas paginas adiungo, quas vt ſerena fronte pro eo, quo me ſemper complexus es, fauore, accipias, deuotiſſime rogo.

Cumulet TE porro benigniſſimum numen infinitis cæleſtis gratiæ muneribus, quo LEONICENVM, quem virtutibus, & ſtudiis, & celebritate nominis æquas, etiam longæuitate æques, atque plurimos adhuc prouinciæ profeſſoriæ, ad quam tantum decus attuliſti, annos, iisdem, quos hucusque expertus es, ſaluberrimis ſucceſſibus, abſoluas, pluribusque & maioribus bonis, quam votis concipere licet, circumfluas & abundes.

Faueat eadem ſupremi moderatoris bonitas Illuſtri litterarum domicilio, quod ornas, idque cum omnibus, quæ illud ſuſtinent, columinibus, tueatur & amplificet, vt ſtet illæſum & inuiolatum, atque in dies nouis incrementis augeatur.

Ego vero pro innumeris in me collatis beneficiis me TIBI deuinctiſſimum non tam verbis declaro, quam re ipſa cenſeo, ad cineres perſeueraturus

ILLVSTRIS ET EXCELLENTISSIMI NOMINIS

TVI,

VENERANDE PATRVE,

CVLTOR PERPETVVS

FRANCISCVS IVST. KORTHOLT.

a) vid.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0136
DFG

a) vid. BAYLE *Diction. hiſtorique & critique* voce: *Leonicenus*, vbi verba ſic habent: *Leonicenus né à Vicenze en Italie l'an* 1428. *enſeigna la Medicine dans l'Vniverſité de Ferrare pendant plus de ſoixante ans. Il etoit non ſeulement très-habile dans ſa Profeſſion, mais auſſi très bien verſé dans les belles lettres. Il fut le premier, qui traduiſit en Latin les Oeuvres de Galien. Quelque admirable que fut ſon erudition, ſa vertu l'etoit encore davantage. On ne peut pas etre plus degagé que lui des plaiſirs des ſens. La ſobrieté, la chaſteté, l'eloignement de l'avarice, parurent en lui d'une façon eminente; & ce fut à cet grande pureté des moeurs qu'il attribua la vigoureuſe ſanté dont il jouit jusques à une extreme vieilleſſe; car il vecut* 96. *ans. Il faut bien que ſon meriteſoit eclatant, puis que les deux Scaligers en ont parlé avec eloge.*

b) *Epiſt. XIX.*

c) REVMER *vit. profeſſ. Ienenſ. claſſ. III. pag.* 26.

CAPITA RERVM.

§. I. *In art. IV.* §. 1. *I. P. O.* EXPVNCTIS, *ne pro excluſis habeantur, proſpicitur.*

§. II. & III. HENNIGESII *explicatio, particulam* NON *apud verbum* EXPVNCTI *repeti debere exiſtimantis.*

§. IV. *Hiſtoria conſtitutionis ex actis P. W. vbi I. de Principe* Solisbacenſi, *cuius querelæ contra Principem* Neoburgicum *illi præcipuam anſam dederunt.*

§. V. *Euangelici mentionem expreſſam de omnimoda Principis Solisbacenſis reſtitutione faciunt in capite* GRAVAMINVM.

§. VI. & VII. *Contradictio Cæſareorum & reliquorum catholicorum.*

§. VIII. *Expungitur Princeps Solisbacenſis in capite* GRAVAMINVM.

§. IX. *Cura euangelicorum, vt, quod in capite grauaminum prætermittendum fuerat, in capite* AMNESTIAE *obtineatur, cum paragrapho eam in rem inter Cæſareos & Suecos transacto, qui tamen poſtea a catholicis reprobatur.*

§. X. *Expungitur Princeps Solisbacenſis etiam in capite* AMNESTIAE, *hac tamen lege, vt nihilominus ſub regulis reſtitutionum generalibus manere debeat, eumque in finem clauſula:* vt expreſſe non nominati vel EXPVNCTI pro excluſis non habeantur, *tabulis pacis inſeritur. De callida tranſpoſitione particulæ* NON, *quam cæſarei voci* EXPVNCTORVM *iungere tentant.*

§. XI. *Vlterior recenſio eorum, qui ab euangelicis expreſſe initio nominati, poſtea expuncti fuerunt, quorſum pertinet* II. domus Waldeccenſis, ratione comitatus Pirmontani, *cum teſtimonio publico, expunctionem nocere non debere.*

§. XII. *Pertinent huc etiam ciuitates* III. Weiſenburgum, IV. Oſnabruga, & Spira, *quæ ſimile teſtimonium obtinuerunt.*

§. XIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0137
DFG

§. XIII. *Denique ad illustrandum hoc argumentum facit* VI. *ciuitas* Erfordiensis.
§. XIV. & XV. *Confutatio eorum, quæ* HENNIGES *ad hunc locum commentatus est.*
§. XVI. *Causæ expunctionis & euentus.*

§. I.

IN ART. IV. §. 1. I. P. O. EXPVNCTIS NE PRO EXCLVSIS HABEANTVR, PROSPICITVR.

Inter ea, quæ in explicatione pacis Westphalicæ negotium facessunt interpretibus, non vltimum locum occupant EXPVNCTI, quorum mentio fit *art. IV. §. 1. I. P. O.* vbi, postquam *præced. art. III.* vniuersalis & illimitata amnestia cum plenaria restitutione in eum statum, quo ante destitutionem gauisi sunt deiecti, statuta est, verba ita habent:

> Et quamuis ex hac præcedenti regula generali facile diiudicari possit, qui & quatenus restituendi sint, tamen ad instantiam aliquorum de quibusdam grauioris momenti causis, prout sequitur, specialiter mentionem fieri placuit, *ita tamen, vt, qui expresse non nominati vel EXPVNCTI sunt, propterea pro omissis vel exclusis non habeantur.*

§. II.

HENNIGESII EXPLICATIO, PARTICVLAM NON APVD VERBVM EXPVNCTI REPETI DEBERE EXISTIMANTIS.

Celeberrimus HENNIGES, acutus ille & sollers pacis Osnabrugensis interpres, *obscurum & impeditum aliquo modo horum verbarum sensum* adpellat, credit tamen, *hoc sibi velle, eos, qui hic expresse non nominati, vel expresse NON expuncti sunt, pro omissis vel exclusis non habendos esse. Itaque dictionem negatiuam NON repeti, vel subintelligi apud verbum EXPVNCTI debere, cum sine eo oratio fieret cum manifesta implicatione, scilicet EXPVNCTOS pro omissis vel exclusis non haberi, id quod absurdum esset.* Addit quoque idem designationem eorum, qui ex ipsius mente pro *expunctis* in

in hoc articulo haberi queant, eoque refert *primo* in genere omnes illos, quorum reſtitutio detracto aliquo deterior eſt facta. Hactenus enim eos pro *expunctis* haberi poſſe. *Deinde expungi art. IV.* §. 53. memorabili exemplo ſubditos & vaſallos hereditarios domus Auſtriacæ, quantum ad bona eorum attinet, quæ confiſcatione aut alio modo amiſſa fuere, antequam in coronæ Sueciæ Galliæue partes tranſiuere. *Item* §. 56. aliam *expunctionem* occurrere ratione eorum, quæ reſtitui vel redhiberi nequeunt, mobilium & ſe mouentium, fructuum perceptorum, auctoritate belligerantium partium interuerſorum, itemque tam deſtructorum, quam publicæ ſecuritatis cauſſa in alios vſus conuerſorum ædificiorum publicorum & priuatorum, ſacrorum & profanorum, nec non depoſitorum publicorum vel priuatorum, hoſtilitatis intuitu confiſcatorum, legitime venditorum, ſponte donatorum.

§. III.

CONTINVATIO.

Negari nequit, cum *expungere* idem ſignificet ac *delere*, *inducere*, ea, quæ in inſtrumento aliquo expunguntur, regulariter non poſſe non haberi pro excluſis. Vt hactenus, ſi in ſola interpretatione grammatica ſubſiſtamus, videri poſſet, manifeſtam eſſe contradictionem, *expunctos* pro excluſis *non* habendos eſſe. Aſt e contrario, ſi cum HENNEGESIO particulam *non* apud verbum *expuncti* repetamus, atque ſub *expunctis* eos, qui explicate & diſertis verbis a regula reſtitutionum faciendarum excepti ſunt, intelligamus, ſenſus non fit expeditior, ſed verbo *expungere* talis tribuitur ſignificatus, qui a natiua & vulgari ipſius vi omnino abhorret. Vt igitur in verum huius conſtitutionis ſenſum penetremus, ea, quæ circa illam in conuentu paci ſanciendæ deſtinato peracta fuerunt, adferre lubet.

§. IV.

HISTORIA CONSTITVTIONIS EX ACTIS P. W. VBI I. DE PRINCIPE SOLISBACENSI, CVIVS QVERELAE CONTRA PRINCIPEM NEOBVRGICVM ILLI PRAECIPVAM ANSAM DEDERVNT.

Præcipuam ei anſam dedit cauſſa comitis Palatini *Solisbacenſis*, CHRISTIANI AVGVSTI, qui contra patruum, WOLFGANGVM

WILHELMVM, principem *regentem*, quod multa in apanagiatis præfecturis Solisbacenſibus, tam in *eccleſiaſticis* quam *politicis*, contra teſtamenta patris & auorum, atque pacta domus mutaſſet, longas proferebat querimonias, quemadmodum ex ipſius libello memoriali d. III. Nov. CIↃ IↃC XLV. *in actis pacis Weſtphal. T. II. pag.* 17. *ſq.* & copioſiore deductione d. XXVIII. April. CIↃ IↃ XLVI. in *act. P. W. T. III. p.* 488. *ſq.* perſpicere licet.

§. V.

EVANGELICI MENTIONEM EXPRESSAM DE OMNIMODA PRINCIPIS SOLISBACENSIS RESTITVTIONE FACIVNT IN CAPITE GRAVAMINVM.

Euangelici igitur, vt omnia in priſtinum ſtatum reſtituerentur, eiusque rei mentio expreſſa in pacis tabulis fieret, omnibus viribus contendebant. vid. *acta P. W. T. II. p.* 314. *&* 411. Hinc *Oſnabrugenſes* iam d. IX. Iun. CIↃ IↃC XLVI. declarationi ſuæ ulteriori in capite *grauaminum* inferebant num. 26. *Pfalz-Sulzbach und dahin gehörige Landſaſſen und Unterthanen ſollen in den Stand gebracht und dabey gelaſſen vverden, darinnen ſie* 1618. *geſtanden; auch alle dasjenige, vvas von Pfalzgraf Wolffgang Wilhelmen bishero darvvider geſchehen und angeordnet vvorden, gänzlich aufgehoben und annuliret ſeyn, act. P. W. T. III. pag.* 164. Atque in concluſo, quod collatis inter euangelicos Oſnabrugenſes & Monaſterienſes conſiliis menſe *Auguſto* d. a. conficiebatur, non tantum ſubditis Neoburgicis in vniuerſum *art. XII.* Sed etiam ſpeciatim cauſſæ Solisbacenſi *art. XIV.* diſertis verbis proſpiciebatur. *act. P. W. l. c. pag.* 336. *ſq.* Quibus iungi poſſunt, quæ antea d. XVIII. Iul. in ſeſſione euangelicorum publica, in puncto *grauaminum* habita Monaſterii, eam in rem conſulta fuerunt, *loc. citat. pag.* 241. *ſqq.*

§. VI.

CONTRADICTIO CAESAREORVM ET RELIQVORVM CATHOLICORVM.

Sed acriter contradicebant catholici *in dem Bedenken über die nächſt-*

von den Augſpurgiſchen Confeßions-Verwandten den 24. Auguſti nächſthin den Kayſerlichen Herrn Legaten zu Osnabrück ausgehändigte Schrift, ponentes ad *art. XII.*

„Begreift abermal eine offenbare Contradiction, indem die „Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandten ſelbige Regul, welche „ſie bis daher gegen die Catholiſchen einzuführen, und in ſui „fauorem durchzudringen ſich unterſtanden, quod nempe cuius „eſt regio, eius de religione ſit diſpoſitio, nunmehro an Seiten „der Catholiſchen nicht gelten laſſen wollen. Denn ob man „wohl ex parte Catholicorum den Augſpurgiſchen Confeſſions-„Verwandten ex ſolo ſuperioritatis iure das ius reformandi ferner, „als der Religions-Friede zugiebt, nicht geſtändig geweſen, we-„der noch iſt, ſo kann doch deſtoweniger per regulam, quod „quisque iuris &c. den Catholiſchen ein ſolches nicht abge-„ſchnitten werden, was ſie, die Augſpnrgiſche Confeſſions-„Verwandten, ihrer Seits pro lege & regula uſurpiren wollen. „Dannenhero die Catholiſchen zu allen ſolchen unbilligen Zu-„muthen ſich zumalen nicht verſtehen, noch ermeſſen können, „worinn dem Herrn Pfalz-Grafen zu Neuburg die Reformatiou „zu Hilpolſtein, Heideck, wie auch die SULZBACHISCHEN und „zugehörigen Aemter zu verwehren oder übel zu deuten ſey, ſon-„dern thun dem klaren Begriff des Religions-Friedens §. Es SOL-„LEN ABER &c. nochmals inhæriren, Kraft deſſen dann die Do-„mini Territoriales ein ſolch Temperament in dieſem paſſu wer-„den zu gebrauchen wiſſen, daſs ſich keiner darüber mit Fug „wird zu beſchweren haben.

„Et ad art. XIV. Wie bey dem XII. und können ſich die Ca-„tholiſchen dieſes zumal nicht aufbürden laſſen. v. act. P. W. T. „III. p. 361. ſq.

Et Cæſarei *Saluio* rotunde declarabant:

„Wäre Pfalz-Sulzbachs Suchen eine ungerechte Sach, dann „ſie kein Reichs-Stand, und könnte Pfalz-Grafen Wolff Wilhelm „das Jus Reformandi nicht benommen werden: So wären auch „die Succeſſores an die vorgeſchützte Pacta nicht gebunden. loc. „cit. pag. 425.“

§. VII.

CONTINVATIO.

Quamuis vero in colloquio, inter caesareos, Suecos & euangelicos d. II. Febr. CIↃ IↃC XLVII. instituto, multa eam in rem disputarentur, *act. P. W. T. IV. pag.* 67. atque euangelici in declaratione, quam d. XXVII. Febr. d. a. cum Suecis communicabant, in eo persisterent, vt in capite *grauaminum* sequentem in modum statueretur:

XIV. Palatini Solisbacensis status prouinciales & subditi, nec non viduae Palatinae Hilpolsteinensis officiales & ministri restituantur in eum statum, quo 1. Ian. 1624. fuisse dignoscuntur, cassatis & abolitis iis, quae Palatinus Neoburgicus in contrarium hactenus attentare non fuit veritus. act. P. W. l. c. pag. 95.

plus tamen obtineri non poterat, quam ut caesarei, in declaratione sua legatis Suecicis d. V. Mart. exhibita, menti nem quidem expressam principis Solisbacensis iniicerent, tales autem constituerent fines, qui euangelicis nullatenus probari poterant. *Status* enim *prouinciales & subditos* prorsus omittebant, atque Augustanae confessionis exercitium in terris Solisbacensibus intra aulae parietes & aedes sarras illuc pertinentes concludebant, hac formula vsi:

Palatino Solisbacensi, sicut hactenus ita etiam imposterum, similiter & viduae Hilpolsteinensi, pro se suisque aulicis ministris, consiliariis, officialibus & seruis, intra aulae parietes & aedes sacras illuc pertinentes, liberum pateat Augustanae confessionis exercitium, & si quid hoc nomine turbatum, redintegretur in eum, quo anno 1624. *1. Ian. fuerat, statum. In reliquis ius sublime territorii, tam quoad ecclesiastica, quam politica Principi totius Palatinatus Neoburgici regimini vniuersali praefecto maneat saluum: ita tamen, vt subditos Augustanae confessioni addictos, ea, qua supra in genere conuentum est, indulgentia tractet. vid. act. P. W. T. IV. pag.* 125.

§. VIII.

EXPVNGITVR PRINCEPS SOLISBACENSIS IN CAPITE GRAVAMINVM.

Cum igitur expressa Principis Solisbacensis mentio in capite *grauа-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0142
DFG

grauaminum tot difficultates incurreret, visum fuit, hoc quidem loco, ne momentosum illud caput, quod praecipuum totius pacis fundamentum constituebat, propter hanc causam diutius suspenderetur, illa supersedere, ea tamen concepta spe, fore vt, quod in capite grauaminum praetermitteretur, in capite *amnestiae*, quod longius tunc temporis a perfectione sua adhuc aberat, effici atque pensatum reddi possit.

§. IX.

CVRA EVANGELICORVM, VT, QVOD IN CAPITE GRAVAMINVM PRAETERMITTENDVM FVERAT, IN CAPITE AMNESTIAE OBTINEATVR, CVM PARAGRAPHO EAM IN REM INTER CAESAREOS ET SVECOS TRANSACTO, QVI TAMEN POSTEA A CATHOLICIS REPROBATVR.

Et initio res feliciter procedere videbatur. Statim enim mense Maio (alibi nominatur dies XXVI. Aprilis. v. infra §. X.) CIↃ IↃC XLVII. paragraphus, qui in conceptione capitis *amnestiae* de principe Solisbacensi agebat, inter caesareos & Suecos sequentem in modum est probatus:

Palatinus Solisbacensis, vna cum ditionibus & subditis suis hereditariis in ECCLESIASTICIS ET POLITICIS *restituatur in eum statum, in quo ante destitutionem Dominus Parens eiusdem fuit, attentatis ab eo tempore sublatis & cessantibus. Retineat tamen patruus eius, Palatinus Neoburgicus, de caetero iura sua in ditionibus istis praecipua, quatenus ea ipsi competunt.*

Vid. consignatio differentiarum inter vtrumque instrumentum pacis, in actis P. W. T. IV. pag. 848.

Ast mox omnem spem ponere oportebat. Caesarei enim in concepto pacis instrumento, quod mense Maio Suecicis legatis exhibitum & Iunio publice dictatum fuit, *act. P. W. T. IV. pag.* 557. *sq.* hunc §phum prorsus omittebant. Et quamuis legatio Suecica transacti fidem & valorem vrgeret, *loc. c. pag.* 700. & 848. atque, cum nihil proficeret, hanc formulam proponeret:

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0143
DFG

Comiti Palatino Solisbacenſi, Domino Chriſtiano Auguſto, exercitium Auguſtanae confeſſionis in ſua reſidentia pro ſe, aulicis ſeruitoribus & SVBDITIS ſuis eidem religioni addictis, liberum maneat, & quod plus iuris ſibi contra dominum patruum competere exiſtimat, id coram iudice competente via iuris experiatur, lite intra triennium a publicatione pacis finienda, & poena perdendi iuris parti contumaci poſt terminum elapſum irrefragabiliter imponenda. *act. P. W. l. c. p.* 848.

neque hoc tamen volebant caeſarei & catholici. Quin, quam antea in capite *grauaminum*, nunc quoque in capite *amneſtiae* ſententiam peruicacius tuebantur, atque exercitium Auguſtanae confeſſionis ad ſolam aulam & principis miniſtros atque officiales iterum reſtringentes, reliquos ſtatus prouinciales & ſubditos denuo prorſus excludebant. *act. P. W. l. c. p.* 801. 821. & 848.

§. X.

EXPVNGITVR PRINCEPS SOLISBACENSIS ETIAM IN CAPITE AMNESTIAE, HAC TAMEN LEGE, VT NIHILOMINVS SVB REGVLIS RESTITVTIONVM GENERALIBVS MANERE DEBEAT, EVMQVE IN FINEM CLAVSVLA: VT EXPRESSE NON NOMINATI VEL EXPVNCTI PRO EXCLVSIS NON HABEANTVR, TABVLIS PACIS INSERITVR. DE CALLIDA TRANSPOSITIONE PARTICVLAE NON, QVAM CAESAREI VOCI EXPVNCTORVM IVNGERE TENTANT.

Tandem placebat, articulum hunc penitus omittere, atque principem Solisbacenſem regulae tum in capite *amneſtiae* tum in capite *grauaminum* relinquere. Ita enim legatus Altenburgicus in concilio euangelicorum die X. Ianuar. CIↃ IↃC XLVIII. *VVegen Pfalz-Sultzbach wünſchte man, daß es bey dem erſten Aufſatz bleiben könne, weilen man aber von allen Catholiſchen ſo ſtarcke oppoſitiones vernehme, und dieſem Herrn. der Terminus vniuerſalis tam ratione amneſtiae quam grauaminum, indem ſich die Turbationes erſt* 1627. *angefangen, zum beſten komme, waere faſt am rathſamſten ihm mit der Generalitaet zu ſaluiren.* Quam ſententiam etiam reliqui probabant,

babant, hac tamen per legatum Vinarienſem ſubiecta conditione: *VVann in puncto Amneſtiae der Transactioni das Reſeruat de non præiudicando* OMISSIS *erhalten, und §. 12. in §. Grauaminum, quoad contenta primi gradus ohngehindert, obtinirt würde. act. P. VV. T. IV. p. 873. ſqq.* add. *p. 905.* Vnde in *declarationibus ſuis vltimis die XI. Ian. exhibitis* ad art. IV. §. 1. monebant:

Deleatur verſ. *Vt autem &c.* & ſubſtituatur: *Et quamuis ex hac praecedenti regula generali facile diiudicari poſſit, qui & quatenus reſtituendi ſint, tamen ad inſtantiam quorundam de quibusdam grauioris momenti cauſis, prout ſequitur, ſpecialiter mentionem fieri placuit:* ITA TAMEN, VT EXPRESSE NON NOMINATI PROPTEREA PRO OMISSIS VEL EXCLVSIS NON HABEANTVR.

act. P. VV. l. c. p. 878.

Quam formulam caeſarei retinebant in conceptione legis *amneſtiae & grauaminum*, die X. Ianuar. CIↃ IↃC XLVIII. dictata, ita quidem, vt *non nominatis* adderent etiam EXPVNCTOS, particulam vere *negatiuam* tam callide transponerent, atque voci *expunctorum* iungerent, vt videri potuiſſet, *expunctos* a beneficiis pacis Weſtphalicae omnino & penitus eſſe excluſos. Verba enim ſic habebant:

Et quamuis ex hac praecedenti regula facile iudicari poſſit, qui & quatenus reſtituendi ſint, tamen ad inſtantiam quorum intereſt, de quibusdam grauioris momenti cauſis, prout ſequitur (ita tamen, vt qui expreſſe nominati vel EXPVNCTI NON SVNT, *propterea pro omiſſis vel excluſis non habeantur) ſpecialiter mentionem fieri placuit.*

act. P. W. l. c. p. 951.

Sed vafritiem tam manifeſtam mox animaduertebant euangelici, & in colloquio cum caeſareis, aſtutiae ſuae ſibi ſatis conſciis, menſe Aprili CIↃ IↃC XLVIII. habito, ad primam ſtatim monitionem obtinebant, vt particula *non* in priſtinum ſuum locum reſtitueretur atque a voce *expuncti* ſepararetur. Verba ipſa protocolli, quia plurimum ad pleniorem huius quaeſtionis intellectum conferunt, ex *actis P. W. T. V. p. 679. ſq.* adponam:

Deputati euangel. *in 4rtic. 4.* ponatur ita: QVI EXPRESSE NON NOMINATI VEL EXPVNCTI SVNT. *Welches die Kayſerlichen*

chen alsbald corrigirten. Deputati: *Daß der Pfalz-Sulzbachiſchen Sache nicht gedacht werde, damit waeren die Evangel. Staende zufrieden, weil ſie, die Kayſerlichen, ſich aber zu erinnern wiſſen wûrden, wie ſolche Sache im vorigen Iahr am 26. April abgeredet worden ſey, ſeine Fürſtliche Gnaden auch über das per Regulam Amneſtiae: per Terminum in puncto Grauaminum: per §. 14. in Art. de Grauaminibus ratione controuerſi territorii, und daß es ratione Mediatorum, auf die Obſervantiam Anni 1624. in puncto Grauaminum quoad Exercitium publicum geſtellet, allerdings geholffen ſey; So werde Sr. Fürſtlichen Gnaden durch die Auslaſſung darum in nichts geſchadet, welches dann auch ad Protocollum genommen werden moechte.*

Illi: *Sey der Herr ſub regula, ſo bleibe er darunter, künfftig mûſſe der Iudex erkennen, ob er ſub regula ſey.*

Deputati: *Die Reſtitutio müſſe itzo richtig ſeyn, und nicht erſt kûnfftig per iudicem decerniret werden.*

Illi: *Man moechte ſich nicht aufhalten, es geſchehe nicht.*

Deputati: *So mûſſe man darauf ſtehen, daß der Articulus darauf geſetzt werde, wie er expreſſe vor dieſem verglichen worden ſey.*

Illi: *Derſelbe ſey jedesmahl ſtreitig blieben.*

Deputati: *Herr* VOLLMAR *werde es in dem Protocoll wohl finden, daß ſolcher Punct am 26. April richtig abgeredet worden ſey; Der Herr Graf von Trautmannsdorff ſey deſſen auch nicht in Abrede geweſen, als man darauf nacher Mûnſter kommen, ſondern derſelbe habe nur allein geſagt, die Pfaltz-Neuburgiſchen opponirten ſich auf das hefftigſte.*

Illi: *Es koenne nicht ſeyn.*

Deputati: *Begehren zu wiſſen, ob Se. Fûrſtliche Gnaden der General-Amneſtie genieſen ſolle oder nicht?*

VOLLMAR: *Wir ſchlieſſen ihn nicht aus, ſondern laſſen geſchehen, daß Se. Fûrſtl. Gnaden ſub Regula, und der Amneſtie genieſſe.*

Deputati:

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0146
DFG

Deputati: *Mit einer ſolchen Declaration koennten ſie zufrieden ſeyn, baeten es ad hoc Protocollum zu bringen.*

CRAN: *Im Nahmen Ihro Kayſerlichen Majeſtæt kœnne er eine ſolche Declaration nicht ad Protocollum nehmen: Es war alſo nicht* VOLLMAR, *ſondern* CRAN *der Sultzbachiſchen Sache zuwieder. Die Deputirte aber nahmen einen Abtritt, beredeten ſich etwas, und erklærten ſich dahin: Es komme ihnen betrükt vor, daß man reſpectu Sultzbach, a parte Pfaltz-Neuburg pendente hoc Tractatu allſchon die Regulam durchlœchern wolle, und kœnnte man daraus abnehmen, was andere künftig thun würden; Es ſcheine, daß es wiederum wolle gemacht werden, gleichwie es mit dem Religions-Frieden hergangen, daß nachmals die klaren Worte in Zweiffel gezogen, und das Rœmiſche Reich darüber faſt in gœntzlichen Untergang geſtürtzet worden ſey. Weil dieſes Vorgeben wieder den klaren Buchſtaben des allbereit unterſchriebenen Articuli de Gravaminibus lauffe, ſo kœnten Deputati nicht die Gedancken faſſen, daß ſie, die Kayſerlichen, einen evangeliſchen Stand auf bloſſes Begehren von Pfaltz-Neuburg, aus der Regul ſchlieſſen, und in den Proceß würden weiſen wollen. Bey Ihro Kayſerlichen Majeſtæt habe es die Meynung, wüſten auch, daß bey Ihren Excellenzien es ebenmæſſigen Verſtand habe; Man wolle ſich dieſer Sache halben in keinen Diſputat einlaſſen, ſondern contentire ſich mit des Herrn* VOLLMARS *Explication. Man kœnne ein anders nimmermehr geſchehen laſſen, dann ſonſt ſey ſolchergeſtallt keine Regul nichts nütze.*

VOLLMAR: *Daß ſie, die Kayſerlichen, ſich præciſe erklærten, kœnnten ſie nicht thun, begehrten den Frieden deswegen nicht aufzuhalten; Deputati mœgten dieſen Punct verſtehen wie ſie wollten. Wenn etwas in facto geſchehe, daß ſie ſich zu beſchweren; ſo habe es ſeine Maſſe, aber dahin komme es nicht.*

Deputati: *In puncto Executionis müſſe man der Sache helffen, ſie lieſſen es ſimpliciter dabey.*

Quibus quae ſequenti die de hac re po ro diſputata fuerunt, verbis B. de MEYERN in *act. P. VV. l. c. p.* 703. iungo:

Des folgenden Tags verfügten ſich obgenannte Fürſtl. Deputirte hinwiederum zu den Kayſerl. Geſandten, und referirten Selbigen, nachdem

dem ſie ſich zuſammen an eine Taffel geſetzet: Sie hætten noch geſtern Abends mit den Schvvediſchen dasjenige communiciret, vvas ſie mit ihnen, den Kayſerlichen, ſelbigen Tags aus dem Articulo de Amneſtia geredet, die dann gerne ſahen, daß ſolcher Articul vollends richtig vvûrde, ehe ſie noch miteinander zuſammen kæmen, damit es ſodann keine VVeitlæufftigkeit gebe. VVorauf der gantze Punctus Amneſtiæ vvieder gurchgegangen vvurde, und ervvehnten die Fürſtl. Deputirte 1) *vvegen* SVLTZBACH, *daß zvvar des daſigen Pfaltz-Grafens nicht gedacht vverde, und vvolle man zvvar ſolchen Punct auſſen laſſen, jedoch mit dem Beding, daß der Pfaltz-Graff unter der General-Regul und Reſtitution mit begriffen ſeyn ſolle, vvelches dann auch ad Protocollum genommen vvurde.*

VOLLMAR *ſagte lachend, die Deputirten hætten recht daran gethan, mœchten es noch einmal thun.*

CRANIVS *aber verſetzte: Er thue es nicht, daß er es ad Protocollum nehme.*

Deputati: *Sie ſeyen mit Vollmars geſtriger Erklærung zufrieden.*

§. XI.

VLTERIOR RECENSIO EORVM, QVI AB EVANGELICIS EXPRESSE INITIO NOMINATI, POSTEA EXPVNCTI FVERVNT, QVORSVM PERTINET II. DOMVS WALDECCENSIS, RATIONE COMITATVS PIRMONTANI, CVM TESTIMONIO PVBLICO, EXPVNCTIONEM NOCERE NON DEBERE.

Minime vero cauſſa *Solisbacenſis* eſt vnica, quae huc ſpectat. Sunt adhuc plures, qui a Suecis vel euangelicis expreſſe initio nominati, poſtea expuncti fuerunt, vt docet relatio de XXV. Mart. CIↃ IↃC XLVIII. in *act. P. VV. T. IV. p.* 161. *ſq.* ex quibus nonnullos, qui ad illuſtrationem quaeſtionis praeſentis in primis facere videntur, adiicio. Pertinet igitur huc II. *domus VValdeccenſis* ratione *comitatus Pirmontani*, cuius poſſeſſione anno CIↃ IↃC XXX. ſe per electorem Colonienſem, qua epiſcopum Paderbornenſem, deiectam querebatur, quam in rem videri poteſt *Memorial derer ſæmtlichen Herrn Grafen zu VValdeck, Pirmont und reſpectiue Culenburg &c. de*

VI.

VI. Febr. CIↃ IↃC XLVI. *l. c. T. II. p.* 781. *sq.* Mentionem huius restitutionis faciebant Sueci in suo pacis instrumento d. XIV. Apr. CIↃ IↃC XLVII. *l. c. T. V. p.* 461. sed eam omittebant caesarei in conceptione pacis, quae d. III. Iunii d. a. publice dictata fuit, *l. c. T. IV. p.* 563. hanc allegantes causſam, quod elector Colonienſis contradiceret & ad iudicis cognitionem controuerſiam remitteret, *l. c. T. IV. p.* 701. 823. 907. 926. Tandem poſt varias altercationes, vt cauſſa haec vel ideo, quod domus Waldeccenſis poſſeſſionem comitatus Pirmontani interea recuperaſſet, tacita relinqueretur, inter pacifcentes conuenit, hac tamen addita lege, vt comitatus Pirmontanus ſub iure *termini generalis* maneret, idque in protocollo deſcriberetur, atque peculiare huius rei ergo daretur atteſtatum, *l. c. T. V. pag.* 691. 694. 699. 704. 717. & 926. Atteſtatum erat tenoris ſequentis:

Demnach bey Abhandlung des Puncti Amneſtiae, unter dieſen Oſnabrückiſchen Tractaten, ſich die Herrn Grafen von VValdeck, vvegen des Hauſſes und Herrſchafft Pyrmont angemeldet und begehret haben, (ſintemahln ſie derſelben im Jahr 1630. *mit gevvehrter Hand entſetzet vvorden) ſie in Krafft der vervvilligten Univerſal-Amneſtiæ, in dem Stand, darin ſie ante deſtitutionem gevveſen, zu redintegriren, und deßvvegen in Inſtrumento Pacis nahmentliche Vorſehung zu thun. VVeilen aber gedachte Herren Grafen unter vvæhrenden dieſen Tractaten zum Beſitz vvieder gelanget, und jetzo darinnen befindlichen ſeyn; ſo iſt für unnœtig gehalten, derentvvegen in Inſtrumento Meldung zu thun, da vveniger nicht ſollen ſie unter der gemeinen Regula Amneſtiæ mitbegriffen ſeyn, und im Beſitz (jedoch der Chur-Fürſtlichen Durchl. zu Cœlln, als Biſchoffen zu Paderborn, und dero Stifft, an ihren Rechten ſolches an Ort und Enden, vvo ſichs gehœrt, auszuführen, unnachtheilig) bis zur rechtlichen Erœrterung des Poſſeſſorii gelaſſen, und darinn nicht angefochten vverden, inmaſſen ſolches alles in den Kaiſerlichen, Schvvediſchen und Reichs-Protocollis alſo vervvahret, und aus denſelben, beyden Theilen zu beſſerer ihrer Nachricht, mitgetheilet vvorden. Urkundlich hat im Namen der Reichs-Stœnde, dieſes Atteſtatum das Reichs-Directorium von ſich gegeben. So geſchehen Münſter den* $\frac{28}{8}$ *Sept. Oct.* 1648.

(L. S.) *Churfürſtl. Maynziſche Cantzley.*

act. P. VV. T. VI. p. 610. *ſq.*

§. XII.

PERTINENT HVC ETIAM CIVITATES III. WEISENBVRGVM, IV. OSNABRVGA, ET SPIRA, QVAE SIMILE TESTIMONIVM OBTINVERVNT.

Porro in hac materia locum ſibi quoque vindicant ciuitates III. *Weiſſenburgum ad Rhenum*; IV. *Osnabruga* & V. *Spira*, quarum duas priores Sueci nominauerant in §. *Debita*, ita habente:

Debita - - ab vna alteraue belligerantium parte in odium creditorum violenter extorta, denuo non exigantur. - - - Salvis tamen iis pecuniarum ſummis, quæ flagrante bello pro aliis ad avertenda eorum præſentiſſima & maiora damna, bono animo & intentione erogata ſunt. Cuiusmodi caſus WEISSENBVRGI *ad Rhenum*, OSNABRVGIS, *& forte alibi, contigerunt.*

act. P. W. T. V. p. 463.

Spiram vero in §. *Sententiæ*, quem ſic conceperant:

Sententiæ, tempore belli de bonis eccleſiaſticis latæ, ſint irritæ, de rebus autem mere Secularibus pronunciatæ, niſi Proceſſus vitium & defectus manifeſte pateat, vel in continenti demonſtrari poſſit (prout patet in cauſſa SPEIR *contra* SPEIR *prætenſæ demolitionis fortalitii Vdenheimenſis) non quidem omnino ſint nullæ, ab effectu tamen rei iudicatæ ſuſpendantur. &c.*

loc. cit.

Expungebantur deinde ciuitates iſtæ, ſub hoc tamen expreſſo pacto, vt nihilominus ſub regula, in §. *Debita* & §. *Sententiæ* ſtabilita, manerent, idque peculiari teſtimonio ſcripto firmaretur & extra dubium collocaretur, quod etiam ſequentem in modum factum eſt:

Demnach bey denen zu Osnabrück gepflogenen Friedens-Tractaten unter dem vierten Articulo de Amneſtia nicht allein in §. Debita &c. *verſ.* Salvis tamen iis &c. der Stadt *Weiſſenburg am Rhein und Osnabrück, ſondern auch in* §. Sententiæ &c. *bey den Worten:* niſi proceſſus vitium & defectus manifeſto pateat vel in continenti demonſtrari poſſit, *der Stadt Speyer, in parentheſi anfänglich ſpecialiter & exempli loco, gedacht geweſen, dieſelbe aber nachmahlen auſſen gelaſſen worden, iſt ihnen auf ihr Anſuchen und Begehren.*

gehren, gegenvværtiger Extractus Protocolli, loco Atteſtati, zu dem Ende mitgetheilet vvorden, daß vorgegangene Expunctio ſie der, in angezogenen beyden §§. befindlichen Diſpoſition, zu fruſtriren keinesvveges gemeynt und angeſehen gevveſen, ſondern der Urſachen allein geſchehen ſeye, weil dafür gehalten worden, daß ihnen durch die Vorſehung an ihr ſelbſten, ohne die namentliche Meldung und Exemplification, genugſam, und zvvar um ſo viel mehr proſpiciret ſeye, weil zu Eingang berührten vierten Articuls klar verſehen, quod, qui expreſſe non nominati vel expuncti ſunt, propterea pro omiſſis vel excluſis habendi non ſint, *immaſſen ſolches denen Kayſerlichen, Schwediſchen und Reichs-Protocollis alſo einverleibet, und denen Intereſſenten zu mehrer ihrer Verſicherung mitgetheilt zu ſeyn, hiermit per Imperii Directorium beurkundet wird. Geben Münſter den 8. Octobr. 1648.*

(L. S.)

Churfürſtlich-Maynziſche Cantzley.

Act. P. W. T. VI. pag. 611. Addi poſſunt, quæ circa expunctionem harum ciuitatum acta fuerunt *l. c. T. IV. pag.* 879. & 885. *T. V. p.* 651. 695. 696. 700. & 705.

§. XIII.

DENIQVE AD ILLVSTRANDVM HOC ARGVMENTVM FACIT IV. CIVITAS ERFORDIENSIS.

Denique VI. ad dilucidandum hoc argumentum etiam facere poteſt ciuitas ERFORDIENSIS. Nam & illa inſignem operam dederat, vt ipſius deſideriis, tam in *eccleſiaſticis* quam *politicis*, quæ iam anno CIↃ IↃC XXXVII. publicauerat, & B. de MEYERN *actis P. W. T. II. pag.* 26. *ſq.* inſeruit, in pacis inſtrumento nominatim prouideretur. Res etiam eo deducta erat, vt non tantum in *conceptionibus pacis* plurima eius mentio iniiceretur, ſed etiam Sueci adhuc menſe Iunio CIↃ IↃC XLVIII. omnino vellent, vt in *art. VIII. I. P. O.* de ipſius iuribus ſic ſtatueretur:

De cauſa exemptionis & immedietatis ERFORDINAE *conuentum eſt, vt ciuitas Matriculæ Imperii, cum libero in comitiis ſuffragii iure reinſeratur, qui vero eam eximere conantur, pro deducendis*

ſuis allegationibus, ad ordinaria Imperii tribunalia remittantur. Omnibus bonis uſibus, approbatis conſuetudinibus, ſtatutis, ordinationibus, nec non antiquis juribus, Juſtitiis, Regulis, libertatibus, honoribus, præeminentiis, immunitatibus, gratiis, indultis, profeſſionibus, terris, bonis, Jurisdictionibus, Priuilegiis & commodis, quibus unquam Ciuitas gaviſa eſt, aut gaudere de iure potuit, ex hoc nunc eidem in omnem euentum ſartis tectis manentibus, ipſaque cum cunctis & ſingulis quomodolibet ſibi addictis & uniuerſalis Amneſtiæ, pari cum cæteris in ea comprehenſis jure, & reliquis omnibus hujus Pacis beneficiis, perpetuo gaudente.

Act. P. W. T. V. p. 930.

Poſtremo, ob perpetuas non tantum cæſareorum & catholicorum, ſed etiam nonnullorum euangelicorum, contradictiones, viſum fuit, cauſſam hanc plane omittere, hac tamen lege, vt regulis generalibus in pace ſtatutis nihilominus frui deberet, vid. *act. P. W. T. VI. pag.* 86. *&* 87. cuius cauſſa vt teſtimonium ſcriptum, vti in ciuitatibus §. *præcedenti* nominatis factum, perhiberetur, Sueci ardentuis poſcebant, ita quidem, vt poſt pacem iam concluſam & publicatam, commutationem ratihabitionum inter alia ab hac quoque re ſuſpenderent. Sed nihil effecerunt. Formulam teſtimonii, quæ itidem ad cognoſcendam *expunctorum* in pace Weſtphalica conditionem non parum confert, talem propoſuerant Sueci:

Cum in præſentibus de pace univerſali Tractatibus Civitas Erfurtienſis per Deputatos ſuos inſtantiſſime rogaverit, vt deſideriorum ſuorum in tabulis pacificationis expreſſa fieret mentio: Indeque Illuſtriſſimi, tam Sacræ Cæſareæ, quam Suecorum Regiæ Majeſtatis Plenipotentiarii petitioni eatenus locum dederint, vt primis aliquot ab vtraque parte conceptis Inſtrumenti Pacis formulis, dicta deſideriaq inſeruerint: Aſt tandem poſt varias citatarum modo formularum mutationes evenerit, vt in nouiſſimo & authentico tabularum Pacis exemplari, de ea, eiusque deſideriis, nominatim & expreſſe nihil ſit diſpoſitum: Eaque de cauſa Ciuitas memorata vereatur, ne tacita hæc ſui præteritio ſibi aliquando magno futura ſit præiudicio, aliudue poſt ſe trahat malum non ferendum: Ac proinde iterum atque iterum cauſæ ſuæ ſalubriter proſpici efflagitet.

Notum

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0152
DFG

Notum fit omnibus, quorum intereſt, aut quomodolibet intereſſe poteſt, quod tacita hæc in Inſtrumento Pacis præteritio nullatenus eo facta ſit animo, quaſi Ciuitas Erfurtienſis eo ipſo ab inita & firmata Pace excluſa haberi, vel libertati eiusdem priſtinæ in Eccleſiaſticis & Politicis hactenus obtentæ, & ante exortos bellorum motus poſſeſſæ, quicquam detractum cenſeri debeat; Sed potius Sacræ Cæſareæ, & Sueciæ Regiæ Majeſtatis ad ſupra memoratos Tractatus Nos Legati Plenipotentiarii per præſentes teſtamur, dictam ciuitatem nihilominus ac ſi in tabulis Pacis expreſſa eius facta eſſet mentio, tam vniuerſalis Amneſtiæ quam cæteris concluſæ Pacis beneficiis, horumque virtute, ante annum 1618. vnquam poſſeſſis bonis, Juribus, Priuilegiis, & Commodis, gaviſuram, uſuram, fruituram, nec ab vllo vnquam in horum poſſeſſione vſu & exercitio turbandam eſſe. Hæcque omnia, cum initæ modo Pacis omnino ſint conformia, tam firmiter, ſancte, & inviolabiliter obſeruentur, ac ſi de verbo ad verbum in eiusdem tabulis, ſigillis tranſigentium corroboratis, deſcripta forent &c.

Act. P. W. T. VI. pag. 452.

add. *loca plurima in indice* WALTHERIANO voce: *Erffurth.*

§. XIV.

CONFVTATIO EORVM, QVAE HENNIGES AD HVNC LOCVM COMMENTATVS EST.

Quæ omnia luce meridiana clarius probant, quam inſigniter fallat coniectura HENNIGESII, quando particulam NON apud verbum *expuncti* repeti vel ſubintelligi debere exiſtimat. Quin hoc illud ipſum eſt, quod catholicos, vt totam hanc de *expunctis* conſtitutionem inanem redderent, callido quidem conſilio tentaſſe, euangelicos autem ſollicite prouidiſſe atque præcauiſſe, vidimus §. X. Neque ex cunctis iſtis exemplis, quæ vir eruditiſſimus *ſub expunctis* in P. W. intelligi credit, vllum eſt, quod huc pertineat. Omnia enim diſertis verbis in tabulis pacis expreſſa leguntur. Et quamuis in quibusdam a regula diſcedant & excipiantur, attamen, præterquam quod nominatim aliquid excipere, atque delere aliquid & expungere, ſunt diuerſiſſima (§. III.), *expunctos*, de quibus hic agitur, a regula

regula neutiquam discedere aut excipi, sed sub ea omnino mansisse atque cunctis huc pertinentibus beneficiis perfecte frui, ex hactenus adlatis actis abunde constat.

§. XV.

CONTINVATIO.

Quamobrem perstat, *expunctos* in P. W. pro exclusis non haberi. Est illud procul dubio singulare. Sed propterea etiam peculiaris eam in rem conuentio, ipsis pacis tabulis inserenda, necessaria visa fuit. Immo fuerunt, qui cum expressam sui mentionem in pace obtineri non posse viderent, optassent, vt nunquam expresse nominati fuissent, ceu patet ex iis, quæ euangelici in colloquio secreto cum nonnullis ex ordine catholicorum mense Martio CIↃ IↃC XLVIII. circa ciuitatem *Spirensem* monuerunt, ita differentes:

- - - in §. Sententiæ &c. *wolle Chur-Trier, als Bischoff zu Speyer die exemplification wegen der Stadt Speyer nicht admittiren. Nun sey es an dem, daß solche Sache in alle Wege sub regula bleiben müsse, es würde auch so viel nicht zu bedeuten gehabt haben, wenn der Stadt niemahls gedacht worden wäre: weil es aber geschehen, so befürchte sie sich, es mögte ihr die Auslassung schaden. &c. act. P. W. T. V. p. 651.*

§. XVI.

CAVSSAE EXPVNCTIONIS ET EVENTVS.

Causſæ, propter quas nonnulli, qui tamen a beneficiis pacis neutiquam excludi debebant, *expuncti* fuerunt, ex actis pacis facile addiscuntur. Non autem in omnibus erant eædem. De quibusdam enim inter pacificatores conueniebat, quod ad regulam restitutionum pertinerent, idque etiam in protocollis describebatur, & testimoniis publicis roborabatur. Sed in gratiam nonnullorum statuum potentiorum, qui ægre ferebant, mentionem de ea re in tabulis pacis expressam fieri, media via probabatur, vt fieret expunctio, saluis

ſaluis tamen vbilibet pacis beneficiis, quemadmodum in comite *Waldeccenſi* (§. IX.) & in ciuitatibus *Weiſſenburgo*, *Oſnabruga* & *Spira* (§. XII.) res comparata erat. De aliis vero, vti de Principe *Solisbacenſi* (§. IV.) & ciuitate *Erfordienſi*, (§. XIII.) ingens adhuc lis intercedebat, vtrum regulæ conſtitutæ in illos conuenirent, nec ne? Paſſim etiam iam tum clam ſtruebantur conſilia, & initis conuentionibus ſecretis firmabantur, ne, quomodo ſe quæſtio iſta haberet, vllus ex pace fructus ad eos redundaret. Cuius propoſiti obtinendi ſpes maximam partem concidiſſet, ſi cauſſa nominatim & plene in pacis inſtrumento deciſa fuiſſet. Potius igitur omnia integra ſeruari intererat, id quod non tantum colloquium inter cæſareos & euangelicos menſe April. CIↃ IↃC XLVIII. habitum (§. X.) ſatis diluci-de docet, ſed & euentus probauit. Cauſſa namque *Solisbacenſis*, poſtquam in conuentu Norimbergenſi diu multumque diſputata eſſet, tandem, ob exortam votorum paritatem, ad imperatorem eſt remiſſa, vid. *ſummariſcher Bericht über des Collegii Deputatorum in puncto reſtitutionis beſchehenen Expeditionen*, in *actis exſecut. P. W. T. II. p.* 873. *iunct. p.* 826. Et quid de ciuitate *Erfordienſi* poſtea factum fuerit, notius eſt, quam vt eius commemoratio neceſſaria videri queat.

OPVSC. IV.

D. PAVLI WILHELMI SCHMIDII

DISSERTATIO

CONTROVERSIAS

QVASDAM CIRCA RECESSVM EXECVTIONIS Ao. MDCXLIX. NORIMBERGAE CONCLVSVM EXPONENS EIVSQVE CONVENIENTIAM CVM IPSO INSTRVM. PACIS WESTPHAL. VINDICANS.

Conſpectus Diſſertationis.

§. 1. & 2. *Pax Weſtphalica non niſi poſt multas difficultates & varios Congreſſus praeparatorios inſtitutos, denique concluſa et publicata.*

§. 3. *Nouae tamen circa P. W. praecipue eius executionem emergentes controuerſiae occaſionem dederunt Conuentui Norimbergenſi et Receſſui Executionis ibi concluſo.*

§. 4. *Receſſus hic Norimberg. vnice tendit ad firmandam Pacificat. Weſtphalicam.*

§. 5. *Iudex in Controuerſiis circa P. W. et hunc Receſſum oriundis non eſt Iudicium iſtud Principum, das Fürſten-Recht.*

§. 6. & 7. *Nec ſolus Imperator et ſumma Imperii tribunalia, ſed tempore concluſi Rec. Norimberg. Circuli Directores tanquam Commiſſarii ad negotium Executionis conſtituti, id quod probatur ex Rec. Imper. nouiſſ. et ex eo, quod ipſe Imperator querelas circa negotium executionis ad hoſce Commiſſarios remiſerit.*

§. 8 *Fundamentum, ex quo lites circa interpretationem et executionem P. W. dirimendae ſunt, eſt certo reſpectu Paritas exacta et Annus, qui dicitur, normalis.*

§. 9. *Tranſactiones non contra tenorem P. W. ſed ſecundum eam initae, valent.*

§. 10. *Executio P. W. ſub praetextu, quod rite peracta non fuerit, retractanda non eſt.*

§. 11. *Theſes hactenus principaliter euictae, et quae in ſequentibus ab obiectionibus nonnullis liberatae.*

§. 12.

§. 12. & 13. *Dubia contra theſin primam, quod nempe Receſſui execut. Norimb. vis rei iudicatae ſemper competat, mota exponuntur et eliduntur.*
§. 14. *Altera, ſcilicet P. W. et Rec. Norimb per leges et conuentiones non poſſe immutari, ab obiectionibus, quae recenſentur, liberata.*
§. 15. *Denique tertia theſis, quod nimirum ſimultates occaſione P. W. exortae per Commiſſarios Caeſareos, a litigantibus electos, nec non per Comitia et alios conuentus Imperii finiendae ſint, contra dubia mota vindicatur.*

§. I.

PAX WESTPHALICA NON NISI POST MVLTAS DIFFICVLTATES ET VARIOS CONGRESSVS PRAEPARATORIOS INSTITVTOS, DENIQVE CONCLVSA ET PVBLICATA.

Quot quantisque contradictionibus et ærumnis inuolutum fuerinegotium iſtud pacis vniuerſalis, per quod, bello per triginta ant nos in perniciem totius fere Germaniæ geſto, finis demum, omnium ex voto fuit impoſitus, et hiſtoriarum monumenta teſtantur, et quilibet facile intelliget, qui inſignem cauſarum, quæ huic bello occaſionem dederant *a)* numerum, nec non grauamina ſtatuum Imperii quam plurima, quæ durante ipſo bello acceſſerant, ſecum reputabit. Nemo quoque his perpenſis mirabitur, tot Congreſſus poſt pacem Ao. 1635. Pragæ concluſam ad pacis vel vniuerſalis vel particularis compoſitionem fruſtraneo fere auſu inſtitutos fuiſſe, è quibus Lubecenſem, ſuadente Daniæ rege Ao. 1636. *b)*, Colonienſem eodem anno, auſpiciis Pontificiis Vrbani VIII. *c)*, Norimbergenſem Ao. 1640. auſpiciis Imperatoris congregatum *d)* et denique Hamburgenſem *e)*, nominaſſe ſufficiat. Et poſteriori quidem conuentui, qui Ao. 1640. initium cepit, id felicitatis contigit, vt poſt multas moras, et ſuperatis innumeris fere impedimentis, Ao. demum 1641. Præliminaria nonnulla pacis vniuerſalis ad vmbilicum deducerentur atque vrbes Weſtphaliae celebres, Monaſterium nempe et Osnabruga, vt ibi belligerantium ſingulorum Legati Ao. inſequenti 1642. conueniant, electae fuerint.

a) quas

a) quas ſtrictim exponit Tob. Pfannerus in hiſtor. Pac. Weſtphal. Lib. I. §. 5. ſeq.

b) Bogisl. Phil. a Chemnitz Beſchreib. des Schwed. Kriegs in Teutſchl. P. II. Lib. IV. pag. m. 1027. ſeq.

c) Samuel Pufendorf. de reb. Suec. Lib. X. §. 90. Burchard Gotthelf. Struuens Teutſche Reichs-Hiſtor. Cap. XXXV. §. 81.

d) Pufendorf de reb. Suec. Lib. XII. §. 80.

e) Vlr. Obrecht in Expoſit. Inſtr. Pac. Cæſar. Suec. ad Prooem. Viri Illuſtris Pauli à Stetten Geſchichte der Stadt Augſpurg. P. II. Cap. III. §. 70. 79. pag. 602.

§. II.

CONTINVATIO.

At enimuero nouæ emergebant difficultates, quæ ſaluberrimum pacis vniuerſæ Germaniæ reddendæ negotium, vsque ad annum 1644 differebant, vbi poſt remota varia impedimenta, poſtque finitum conuentum, quem vocabant, Deputationis, qui Francofurti per triennium fere durauerat *f*), ad pacis compoſitionem propius accedebant Legati pacis Monaſterii & Osnabrugæ paulatim congregati, atque poſt compoſita, multo labore, circa prælimina-res quæſtiones orta diſſidia, *g*) Ao. 1645. primæ pacis propoſitiones offerebantur *h*), negotium vero ipſum ſat arduum per tres fere annos, perpetuos inter ſtrepitus armorum, et inter multas victorias atque clades belligerantium reciprocas, nec non poſt deuaſtationes variarum vrbium et prouinciarum lente procedebat, *i*) donec per immenſam Dei miſericordiam, hoc negotium Ao. 1648. ad finem perduceretur et Pacis inſtrumentum vtrumque et Osnabrugæ et Monaſterii exaratum, die 14. Menſis Octobris Anni 1648. ſolemni ritu ab omnibus, quorum intererat, ſignaretur ac die inſequenti omnium plauſu publicaretur.

f) Samuel Pufendorf de reb. geſt. Frideric. Wilhelm. Brandenb. Lib. II. ab initio vsque ad §. 15.

g) quas recenſet Iuſt. Henning. Boehmer. in diſſertat. de controuerſ. Select. circa transact. Pac. Weſtphal.

h) Pfan-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0158
DFG

h) Pfanner in hiſtor. pac. Weſtphal. Lib. II. §. 12 & 13. Pufendorf de reb. Suec. Lib. XVI. §. 59. & 60.

i) hiſtoriam horum tractatuum optime expoſuerunt poſt plures alios celeberrimus Ioh. Gothofred. a Meiern in Actis Pac. Weſtphal. Adamus Adami Epiſcopus Hierapolitanus in Relatione hiſtorica de Pacificatione Osnabrugo-Monaſterienſi. Tob. Pfanner in hiſtor. Pac. Weſtphal. Samuel Pufendorf Rer. Brandenburg. Lib. II. §. 16. ſeq. idem in reb. Suecic. Lib. XVI. §. 33. ad fin. Lib. XVII. §. 40. ſeq. Lib. XVIII. §. 44. ſeq. Lib. XIX. §. 82. ſeq. Lib. XX. §. 74. ſeq.

§. III.

NOVAE TAMEN CIRCA P. W. PRAECIPVE EIVS EXECVTIONEM EMERGENTES CONTROVERSIAE OCCASIONEM DEDERVNT CONVENTVI NORIMBERGENSI ET RECESSVI EXECVTIONIS IBI CONCLVSO.

Tametſi autem Pacificatio, quae ſub nomine Weſtphalicae communiter venit, hoc modo concluſa, nec non à Legatis ſignata & publicata, & poſt compoſitas varias, quæ inter paciſcentes poſt concluſionem euenerant, controuerſias, ratificatio quoque ſolennis ſummorum tranſigentium Ao. demum 1649. ſecuta fuerit, afflictæ tamen & fere ad incitas redactæ patriæ, fructibus pacis et tranquillitate plenaria gaudere nondum licebat, quoniam nunc circa ejus executionem variæ eæque inſignes diſceptationes emergebant, et impedimenta multa obmouebantur, in quibus lites de ſatisfactione et exauctoratione militiæ, euacuatione plurium fortalitiorum ac vrbium, & reſtitutione ablatorum eminebant. Status inſuper nonnulli Pontificiæ religioni addicti & ex his Comes Palatinus Neoburgicus & Senatus Ratisbonenſis *k*) nec non Auguſtanus *l*) executionem Pacis impedire aut ſaltim remorari allaborabant. Et hæc diſſidia, quæ ne per mandatum quidem Imperatoris de exequenda pace vniuerſali, die ſecundo Martii Ao. 1649. emiſſum, quodque ſub appellatione arctioris exequendi modi venit, tolli poterant, occaſionem conuentui Norimbergæ, diffluente paulatim Congreſſu Osnabrugi & Monaſterii hactenus durante, Ao. 1649. ſub finem Menſis Aprilis congregato *m*) dederunt, in quo & Cæſarei & Suecici exercitus ſummi Duces, Princeps Piccolomineus & Carolus Guſtauus, Comes

Palatinus Rheni cum nonnullis ordinum Imperii Legatis in id generatim nitebantur, & consilia conferebant vt pax Westphalica integre & absque mora executioni daretur, speciatim vero vt miles, partim accepta solutione, partim præstita eo nomine cautione, dimitteretur, omnia, prout pactum erat, restituerentur, vrbes durante bello occupatæ reciproce euacuarentur & dominis suis traderentur. Pro fundamento igitur horum tractatuum Norimbergensium *n*) posita fuit Pax ista Westphalica, omnesque consultationes Norimbergæ institutæ eo directæ fuerunt, vt dicta Pax firmior redderetur & sine mora executioni daretur, id quod post alia propositiones sibi inuicem oblatæ, testantur *o*). Exoptatus quoque, superatis tot tantisque difficultatibus, inter quas controuersia de fortalitio Franckenthal restituendo eminebat, remotisque insignibus impedimentis, huius negotiationis euentus exstitit, & Conuentio solemnis *der Friedens-Executions-praeliminar-und Haupt-Recess* mense demum Iunio Ao. 1650. ab omnibus quorum intererat, subscripta fuit.

k) Pufendorf de reb. Suecic. Lib. XXI. §. 13. 14. & 34. seq.

l) Viri Illustris Pauli a Stetten Geschichte der Stadt Augspurg II. Theil. III. Cap. §. 128. seq. & §. 139. seq.

m) Pufendorf de reb. Suecic. Lib. XXI. §. 53. & 56. seq.

n) quorum historiam curate & pragmatice expofuit celeberrim. Ioh. Gothofred. a Meiern, in opere insigni sub titulo: Acta Pacis Execution. publica Ao. 1736. & 1737. edito.

o) Pufendorf Rer. Suecic. Lib. XXI. §. 58. seq.

§. IV.

RECESSVS HIC NORIMBERG. VNICE TENDIT AD FIRMANDAM PACIFICAT. WESTPHALICAM.

Ex hisce præmissis quilibet facile perspiciet, quod intentio dictarum consultationum Norimbergensium minime fuerit, vt noua conuentio eaque a pace Westphalica diuersa vel isti contradicens concluderetur, aut actu fuerit concluſa, sed recessus, de quo iam sermo est, Executionis nihil aliud sit, quam confirmatio Pacis dictæ

West-

Westphalicæ, modum & rationem specialem continens, qua ista secure & absque mora executioni, quatenus hoc nondum factum erat, daretur & impedimenta remoueantur. Quemadmodum enim cum præceptis Iuris Naturæ conuenit, vt, quoties relatio fiat ad pactum seu pacificationem antecedentem, toties repetitæ censeantur qualitates & conditiones in priori pacto vel pacificatione expressæ *p*): ita hoc per ipsa verba eius, præcipue autem quæ in Recessu præliminari §. Sodann leguntur, abunde comprobatur, nec non §. insequenti: Die ubrige aber &c. alles nach Inhalt des Instrumenti Pacis. Deinde in ipso Recessu Executionis nihil omnino circa contenta Instrumenti Pacis immutari, sed istud vbique pro vniuersali principio & norma poni, juxta quam executio peragenda, obseruamus. Faciunt huc præcipue verba dicti Recessus sequentia: „Vor „allen aber und demnach sowohl mehr angeregter präliminar- als „dieser Haupt-Recess von dem publicirten und allerseits ratificirten „Instrumento Pacis als ein Effectus a sua causa dependiret, und „dannenhero gleichmæsige Krafft, Würkung und Sicherheit als der „Friedensschlus selber haben und von allen Theilen darob gehalten „werden solle, .,, & in sequentibus conventum est: Instrumentum Pacis æque ac Recessum Executionis supremis istis Imperii Tribunalibus, Iudicio nimirum Imperii Aulico atque Cameræ Imperiali, cum injunctione, ut utrumque pro norma perpetua judicandi haberetur, insinuari debere, id quod factum quoque esse, notum est. Quibus accedit Edictum Ferdinandi III. Imperatoris die 27. Iunii Ao. 1650. eo fine, vt ratihabeatur & confirmetur sæpius nominatus Recessus, publicatum, in quo simul ut iste juxta integrum tenorem obseruetur æque ac Instrumentum Pacis, gleich dem Friedens Schlus selbsten, jubetur. Denique ipsi Recessui Imperii noviss imo de Ao. 1654. §. 5. integre, nec non Capitulationi Caroli VI. glorios. memor. Articul. II., imo etiam reliquis Capitulationibus Cæsareis non tantum Instrumentum Pacis Monasterienses æque ac Osnabrugense, sed etiam Recessus Executionis Norimbergensis una cum Edicto Cæsareo, arctiorem exequendi modum præscribens, quoad tenorem fuisse insertum, addito jussu, ut utrumque tanquam lex Imperii fundamentalis curate obseruetur, inter omnes constat. Nihil igitur dubii superesse putauerim, quin Instrumentum Pacis et Recessus Executionis pro una eademque conuentione,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0161
DFG

tione, aut si magis placet, posterior pro parte prioris habenda, & utrique eadem vis legis Imperii universalis tribuenda sit.

p) Hugo Grotius de Iur. B. & P. Lib. III. Cap. XX. §. 24.

§. V.

IVDEX IN CONTROVERSIIS CIRCA P. W. ET HVNC RECESSVM ORIVNDIS NON EST IVDICIVM ISTVD PRINCIPVM, DAS FÜRSTEN-RECHT.

Licet autem singula Pacis capita, auditis sufficienter iis, quorum intererat, probeque perpensis omnibus circumstantiis, executioni demum data fuerint, vtque nihil indecisum relinqueretur, cura fuerit adhibita singularis, cuius rei testimonium perhibent ipse Recessus Executionis Norimbergensis & scriptores coaeui, imprimis Samuel Pufendorf. *q)*, speciatim autem quod ad Augustam Vindelicorum, scriptum peculiare typis impressum *r)* nec non Vir illustris atque de Republica Augustana meritissimus, Paullus à Stetten *s)* nec non peculiares Recessus Executionis civitates Imperiales Dunckelspühlam, *t)* Biberacum, u) & Rauensspurgum *x)* aliasque concernentes, nihilominus tamen paucæ tunc temporis remanserunt, plures vero temporibus insequentibus ortae sunt inter Ordines Imperii & priuatos quoque circa Pacificationem istam vniuersalem, controuersiæ. Merito igitur quaestio de Iudice eiusmodi controuersiarum ortarum competente, euoluenda venit. Sunt qui in hoc casu locum habere putant iudicium istud principum olim vsitatum, das Fürsten-Recht, in quo litigia Principum Imperii magni momenti, praecipue circa feuda maiora emergentia, adhibitis nonnullis Electoribus et Principibus cognoscebantur et finiebantur, cuius instituti historiam et rationes exponunt Nicol. Myler ab Ehrenbach *y)* Io. Wilhel. Itter *z)* Gabriel Schweder *a)* & alii a Io. Frideric. Pfeffingero *b)* enumerati. Prouocant pro firmanda hac opinione potissimum ad ipsum Instrum. Pacis Osnabrug. in quo articul. V. sub finem §. 54. leguntur verba sequentia: „Liberumque sit suæ Maiestati sc. Cæ„sareæ, in causis maioribus, & vnde tumultus in Imperio oriri pos„sint, insuper etiam quorundam vtriusque Religionis Electorum & „Princi-

„Principum ſententiam & vota requirere.„ At enimvero licet in litibus, præcipue circa feuda maiora ortis, uſu obtinuiſſe olim tale iudicium negari vix poſſit, *c*) tamen quod iſtud hodie adhuc ſuperſit, & ortis inter Status Imperii circa Pacem Osnabrugenſem diſcordiis, ad tale Iudicium Principum prouocari queat, adſtrui minime poſſe puto; experientia potius docet & teſtantur probatiſſimi Iuris publici interpretes *d*) quod in deſuetudinem omnino abierit. Neque in textu Pacis Weſtphal. euocato denuo reſuſcitatum eſſe, ex eo patet, quia in iſto ut conuocetur tale iudicium Principum tanquam neceſſarium non requiritur, ſed adhibitio nonnullorum Electorum & Principum libero Imperatoris arbitrio relicta eſt, nec hucusque ad iſtud judicium prouocatum fuiſſe, inter omnes conſtat. Et inde ſimul veroſimiliter concludi poteſt, nec Conſilium ſecretius Cæſareum circa lites, occaſione Pac. Weſtphal. & Receſſus Norimbergenſis exortas, competentem eſſe iudicem e).

q) de reb. Suecic. Lib. XXI. §. 58. ſeq.

r) Sub rubro: ausführlicher Bericht über die im Jahr 1649. durch die Kayſerlichen ſubdelegirten Commiſſarios bey der Stadt Augſpurg vorgenommene Execution, qui Receſſus inſertus quo que eſt Knipſchildii Tr. de ciuitat. Imperial. Lib. III. Cap. III. n. 68. p. m. 19. ſeq.

s) In den Geſchichten der Stadt Augſpurg II. Theil. Cap. III. §. 133. ſeq.

t) Knipſchild de ciuitat. Imperial. Lib. III. Cap. XI. num. 9. pag. m. 82. ſeq.

u) Knipſchild citat. tract. Lib. III. Cap. IV. num. 12. p. m. 35. ſeq.

x) id. Knipſchild loc. citato Cap. XLII. pag. 231. ſeq.

y) de Princip. Imperii. P. I. C. XX. §. 12. & 13.

z) de feud. Imper. Cap. XXV. §. 8. ſeq.

a) Introduct. in Ius public. Part. ſpec. Sect. I. Cap. V. §. 11. ſeq.

b) in Vitriar. illuſtrat. Tom. III. Lib. III. Tit. II. §. 61. not. 6. p. 334.

c) Argumenta affirmantium aeque ac negantium collecta ſiſtit Pfeffinger ad Vitriar. dict. loc. §. 61. not. c. pag. 334.

d) Henric. ab Henniges in Meditat. ad Inſtrum. Pac. Specim. V. ad Articul. V. §. 55. not. 1. Myler ab Ehrenbach dict. loc. §. 13. Textor in Diſputat. Acad. P. II. Diſp. 1. §. 68. Illuſtr. Eſtor in Programm IenaeAo. 1740. publicato, memoriam Iudicii Principum Germaniae ſiſtente.

e) Vlric.

e) Vlric. Obrecht in Expoſit. Pac. ad Articul. V. §. 55. verb. liberumque ſit ſuae Maieſtati.

§. VI.

NEC SOLVS IMPERATOR ET SVMMA IMPERII TRIBVNALIA, SED TEMPORE CONCLVSI REC. NORIMBERG. CIRCVLI DIRECTORES TANQVAM COMMISSARII AD NEGOTIVM EXECVTIONIS CONSTITVTI, ID QVOD PROBATVR EX REC. IMPER. NOVISS. ET EX EO, QVOD IPSE IMPERATOR QVERELAS CIRCA NEGOTIVM EXECVTIONIS AD HOSCE COMMISSARIOS REMISERIT.

Alii, uti generatim in quibuscumque Statuum Imperii litigiis, ita & circa interpretationem tabularum Pacis Weſtphalicæ, nec non Receſſus executionis Norimbergenſis, præcipue autem inter ordines diverſæ religionis emergentibus, iudicem ſtatuunt vnicum eumque ſupremum, nempe Imperatorem cum ſummis Imperii tribunalibus *f*). Quam ſententiam poſt alios amplectitur Iacob Bernhard Multzius *g*), qui Imperatori iurisdictionem vniuerſalem eamque priuatiue vindicare nititur, argumenta autem pro hac opinione & contra eam recenſet Pfeffingerus *h*). Prout vero in genere de Iurisdictione Imperatoria & ſummorum Imperii tribunalium eiusque limitibus in præſentia disquirere non lubet: ita hoc ſaltim monuiſſe ſufficiat, quod iudices & executores vna cum modo procedendi circa eiusmodi controuerſias in ipſis tabulis Pacis aeque ac in Receſſu Executionis Norimbergenſi tam perſpicue praeſcriptos habeamus, vt nihil dubii, modo rem animo non praeoccupato intueamur, relictum fuerit. Legimus enim in tabulis Pacis Osnabrugenſis Articul. V. §. 50. circa finem haec verba: „quod ſi dubii quidhinc aut aliunde „incidat, aut ex cauſis Pacem Religioſam aut hanc Tranſactionem, „ſcil. Weſtphalicam, tangentibus, reſultet, de eo in Comitiis vel „aliis Imperii Conuentibus inter vtriusque Religionis Proceres non „niſi amicabili ratione tranſigatur.„ Diſtinctius adhuc hac de re in Receſſu Executionis praeliminari: Damit nun ſolches etc. ita diſponitur: „quod ea, quae circa executionem ex variis cauſis in Conuentu iſto „Norimbergenſi expediri non potuerint, Directoribus Circulorum, ad de„cidendum vel exequendum committi debeant.„ Porro in ipſo receſſu Executionis principali §. So viel dann andere etc. conſtitutum eſt:

est: „Istos, quorum mentio inter restituendos facta non fuit, pro „excluſis non habendos, nec restitutionem ipſis denegari debere, „ſed vnicuique reſeruatum fuiſſe: ſeine Nothdurft, vt textus ipſe „loquitur, hernach bey ſeines oder des nächſt angelegenen Crey„ſes ausſchreibenden Fürſten, oder gar bey Kayſerlicher Majeſtät „gebührend vor und anzubringen, alwo er damit gehöret und ihme „nach dem oben vorgeſchriebenen modo executionis ſummarie zu „ſchleunigſter Reſtitution verholfen werden ſolle.„ Ex hisce perſpicuum eſſe puto, dubia & diſceptationes impoſterum circa negotium Executionis Pacis eiusque interpretationem forte naſcituras tunc temporis ad Directores Circuli cuiusque, vt iſti lites eiusmodi cognoſcant, decidant & executioni dent, ablegatas fuiſſe *i*) relicto tamen regreſſu ad Commiſſarios ab Auguſto cum conſenſu litigantium hunc in finem conſtituendos, nec non ad Comitia Imperii & ad Imperatorem, ita tamen, vt talis prouocatio aliter locum non habere queat, quam vbi dicti Commiſſarii officio ſuo, prout decet & Pacis Inſtrumentum vna cum iſto Receſſu Norimberg. iubet, recte non fungantur. Id quod inde probari poteſt, partim quia ipſe Imperator integrum executionis negotium poſt Pac. Weſtphal. concluſam declinauit, & dictis Circulorum Directoribus expediendum reliquit: partim propter verba: oder gar bey Kayſerlicher Majeſtät &c. ex quibus apparet, Maieſtatem Cæſaream tantum in ſubſidium & vbi ſtatus grauatus vel quilibet conquerens Circulorum Directores fruſtra imploraverit, & auxilium ipſi iuſtum denegatum fuerit, adiri debere. Ex quibus ſimul coniici poteſt, quatenus Imperatori competat interpretatio dicti Inſtrumenti Pacis atque Receſſus Executionis Norimberg. *k*).

f) confer. Joh. Wilhelm Comes de Wurmbrand diſſ. de foro S. R. Princip. Cap. II. §. 4.

g) in Repræſent. Maieſtat. Imperator. Part. II. Cap. XXVI. §. 4. & 5.

h) in Vitriar. illuſtrat. Lib. III. Tit. II. §. 60. not. c. pag. 283.

i) Io. Iacob. Moſer Einleit. zu dem Reichs-Hoffr. Proceſs Part. II. Tr. V. von Kayſerl. Execut. Commiſſ. Cap. II §. 43. vbi de hac controuerſia late diſputat & tenorem diſſ. Multzii von der Kreisausſchreibenden Fürſten und Oberſten Ambt nec non §. 46. pag. 396. ſq. Chriſt. Thomaſii theſes huic oppoſitas de offic. Direct. & Ducum Circulor. in execution. ſententiar. inſerunt & §. 48. pag. 501. ſeq. alia ſcripta hanc controuerſ. tangentia addit.

k) conf. Itter. in disquis. de redit. eccles. ex al. territor. inter Protestant. controu. Cap. II. Sect. II. §. 11.

§. VII.

CONTINVATIO.

Nec effectu caruerunt prædictæ ordinationes seriæ, sed singulis locis curate sunt obseruatæ, id quod ex eo patescit, quod Imperator omnes querelas & literas supplices ad Eum circa Executionem Pacis transmissas reiecerit & conquerentes potius ad Eos, quibus executio commissa erat, ablegauerit, cuius rei testimonia plura nobis suppeditant scriptores historici coæui, præcipue Samuel Pufendorf *l)* & Vir Illustr. Paulus à Stetten *m)*; deinde ex iis, quæ speciatim circa Pacis executionem Augustæ Vindelicorum obseruamus, vbi in Recessu peculiari, intuitu huius negotii literis mandati *n)* verba perspicua legimus: „Endlichen ist auch sonderbarlichen vorbe„halten, dafern etwa ein oder der andere Punct, so sich bey dieser „Commission nicht ereignet, weiters vorfallen möchte, dass beyderseits Religions-Verwanden unbenommen seyn solle, solches mit „guter Ausführung an beyder Ausschreibender Fürstl. Gnaden als „Kayserlichen Executions-Commissarios unterthänig zu bringen, „und Deren Resolution und Entscheids zu erwarten.„ Ex quibus verbis æque ac iis quæ in §o. antecedenti adduxi, simul patet, quod non tantum res dubiæ, quæ tunc temporis, vbi Pax Westphalica executioni dabatur, enatæ & nondum satis excussæ erant, sed & ea dissidia quæ in sequentibus forte temporibus enascerentur, dictis Directoribus expedienda fuerint commissa. Nec quicquam circa hanc rem mutatum est in Recessu Imperii nouissimo, sed potius constitutum legimus sub finem Procemii: „Imperatorem caussas circa Executionem Pacis dubias occurentes Ipsum non cognouisse & „per decisionem ad finem deduxisse, sed istud Circulorum Directo„ribus aut ad desiderium conquerentium constitutis Commissariis „vtrique Religioni addictis, siue quod ad idem redit, peculiaribus „Deputationibus *o)* demandasse.

l) de reb. Suecic. Lib. XXI. præcip. §. 13. seq.

m) in

m) In den Geschichten der Stadt Augspurg II. Theil. III. Cap. §. 136. pag. 986. §. 158. pag. 1133. seq.

n) Bericht über die im Iahr 1649. bey der Stadt Augspurg vorgenommene Execution.

o) Henniges in Meditat. ad I. P. Specim. IX. ad Artic. XVII. §. 4. pag. m. 1689.

§. VIII.

FVNDAMENTVM, EX QVO LITES CIRCA INTERPRETATIONEM ET EXECVTIONEM P. W. DECIDENDAE SVNT, EST CERTO RESPECTV PARITAS EXACTA ET ANNVS, QVI DICITVR, NORMALIS.

Per hactenus deducta, quum satis euictum esse putauerim, non ad Imperatorem nec ad summa ista Imperii tribunalia sed primario ad Comitia Imperii vniuersalia, vel Conuentus Imperii alios congregatos, spectare decisionem controuersiarum circa interpretationem & executionem Pacis Osnabrugensis, inter Status Imperii æque ac priuatos oriundarum, merito nunc de fundamento, ex quo decisio, eiusmodi litium & discordiarum desumenda, disquirendum venit. Hoc autem nullum aliud est, quam principium ipsius Pacis principale, quodque in Instrumento Osnabrugensi toties, præcipue in Art. V. §. 25. & 33. inculcatur & repetitur, nempe in Politicis & causis Amnestiæ Paritas vel Aequalitas exacta mutuaque; Circa Ecclesiastica autem annus, quem vocant, normalis, nimirum initium Ianuar. Anni 1624. p). Hoc fundamentum, superatis atque remotis innumeris fere difficultatibus & obiectionibus, quarum longam seriem & status Euangelicæ religioni addictos generatim, & Ciuitatem Augustam Vindelicorum speciatim concernentium expe-nit Vir Illustris Paulus a Stetten q), in tabulis Pacis omnino stabilitum esse, tam certo constat, vt multas adducere probationes opus foret frustraneum, prouocasse potius sufficiet ad Art. V. §. 1. & 2. clara & perspicua omnino verba, vbi simul omnes sententiæ, transactiones, & executiones, quæ restitutioni ex anno isto normali aduersantur, pro cassatis habentur.

p) Obrecht in Exposit. P. W. ad Articul. V. §. 2. & 13. & late Io. Schilter diss. de termino a quo restitut. bonor. ecclesiast.

q) in der Geschichte der Stadt Augspurg II. Theil. III. Capit. §. III. 114. 115. 116. 117.

§. IX.

TRANSACTIONES NON CONTRA TENOREM P. W. SED SECVNDVM EAM INITAE, VALENT.

Voces hasce: *transactiones & executiones*, in Articul. V. §. 2. occurentes, hic breuiter explicare & ab erronea interpretatione vindicare, haud abs reduxerim. Sub transactionibus vero hic comprehendi saltim eas, quæ ante Pac. Westph. initæ sunt, quilibet facile intelliget, sed de transactionibus in posterum circa eam eiusque interpretationem ineundis, & quatenus istæ subsistant, hic merito quæritur. Et omnino quidem iis locum esse puto, quoties istæ ad declarandum saltim & applicandum Instrumentum Pacis & Recessum Executionis faciunt, & vtrique non aduersantur. Id quod perspicue dispositum legimus dicto Art. V. §. 33.; Imo insequenti §. 50. vt de dubiis circa Westph. incidentibus non nisi amicabili ratione transigatur, serio iniungitur, quo potissimum via facti excluditur, & ne violenter procedatur, præcauendi animus fuit. Ex aduerso autem, vbi clara sunt verba I. P. sensusque perspicuus, tunc nulla transactio admittenda *r*) venit. Quemadmodum enim generatim omnis circa scripturas & leges claras interpretatio excluditur *s*) & speciatim conuentiones priuatorum sub specie interpretationis ad interuertendas leges publicas initæ nullum habent valorem *t*): ita quoque transactiones, quibus infringuntur & mutantur tabulæ Pacis & Recessus Executionis, siue hoc fiat directo, siue per indirectum, nullæ omnino sunt atque inualidæ. Idque eo magis, quum eiusdem generis transactiones sæpius ad consequentias trahuntur, atque in præiudicium tertii & causæ communis vergere possunt. Accedunt verba articuli XVII. §. 3 vbi quod contra hanc transactionem, nempe Osnabrugens. nullæ obiectiones, præcipue autem nullæ, siue præteriti siue futuri temporis transactiones admittendæ sint, constitutum legitur. Eadem quoque obtinere circa leges & constitutiones contra tenorem Pac. Westph. & Recessum Executionis Norimbergens. sancitas, facile est ad intelligendum, & ex Capitulat. Caroli

roli VI. Art. II. Desgleichen &c. vielweniger neue Ordnungen und Gesetze machen, noch *allein* die Interpretation des Friedens-Schlusses vornehmen &c. perspicue patescit.

r) Itter in disq. de bon. ecclesiast. eorumque ex al. territor. redit. in Protestant. Imper. Stat. controuers. Cap. III. Sect. I. §. 5. & 7.

s) Vinnius selectar. quæst. Lib. I. cap. 2. Schilter ad Pandect. Exerc. IX. §. 10.

t) Boehmer Tom. III. Part. I. argum. 129. num. 10.

§. X.

EXECVTIO P. W. SVB PRAETEXTV, QVOD RITE PERACTA NON FVERIT, RETRACTANDA NON EST.

Deinde in articul. V. §. 2. supra (§. 8. in fine) allegato executiones restitutioni secundum annum istum normalem aduersantes cassantur. Idem constitutum legimus in Articul. XVII. §. 4. vbi dicitur, quod vnusquisque, qui legitimo modo supra conuento & sine excessu restitutum de nouo grauare tentauerit, pœnam fractæ pacis ipso iure & facto incurrat, nec non in Recessu Imperii nouissimo §. 6. circa finem: das seinige ohne Excess wieder erlanget. Hæc verba, quum nonnullis dubia videantur & in eum sensum trahantur: quod quælibet executio vel restitutio facta cum aliquo excessu retrahi queat, & causa de nouo cognoscenda & decidenda veniat: ideo eorum verus eruendus est sensus. Videtur autem adducta explicatio minime probanda & intentioni Pacisscentium seriæ, plurimis in locis ipsius Pacis Instrumenti æque ac Recessus Executionis tam enixe significatæ e diametro contraria, & quod sub hoc velamine Pacificationi & Recessui Executionis facili negotio contraueniri litesque mediante executione ad finem iam perductæ ab hominibus rixosis, denuo resuscitari possint. Quare potius hunc genuinum dictorum verborum sensum esse mihi videtur, nimirum, quod nemo, qui pœnam fractæ Pacis euitare cupit, eum, qui secundum normam Articul. XVI. præscriptam & sine excessu restitutus est, de nouo aut via facti, aut sub prætextu executionis legitime non peractæ, grauare audeat, salua tamen legitima eaque summaria causæ cognitione & ordinaria iuris executione. Ideoque extra dubium est, eum,

eum, qui executionem minus recte peractam esse asserit, ad probandum hoc assertum ante omnia teneatur. Porro hic merito monendum venit, id quod & Articul. V. § 13. perspicue indicatur, nempe discrimen intercedere inter eos, qui ex capite Grauaminum & eos, qui ex capite Amnestiæ & denique eos, qui aliunde restituti sunt. Priori casu noua causæ cognitione, quippe quæ in Tractatibus ipsam Pacificationem antecedentibus curate & operose iam peracta fuit, opus non est, sed omnia sine exceptione ad annum istum normalem, nempe 1624. reducenda sunt. Circa eos autem, qui ex capite Amnestiæ restituendi veniunt, causæ cognitio locum quidem habet, sed resciſſis omnibus ambagibus & ita instituenda, vt probasse sufficiat, deiectionem factam fuisse ante bellum istud tricennale & motus Bohemicos istud antecedentes. In reliquis denique ordinaria iuris executio obtinet, id quod non de eo modo, qui iure communi introductus & multis ambagibus obnoxia, sed de modo in Artic. P. W. XVI. præcipue §. §. prioribus 1. ad 6., nec non in Recessu Executionis & Edictis Imperialibus præscripto, intelligendum esse puto *u*).

u) Vberius & solide explicantur hæc verba ab allegat. Henniges dict. Tractat. specim. X. ad Articul. XVII. §. 4. not. c.

§. XI.

THESES HACTENVS PRINCIPALITER EVICTAE, ET QVAE IN SEQVENTIBVS AB OBIECTIONIBVS NONNVLLIS LIBERATAE.

Per iam deducta licet euidenter, & ex ipsis verbis legum probatum fuerit:

1.) Instrumentum Pacis Osnabrugensis Recessui isti Executionis Norimbergensi nullo modo contrariari, vtrumque potius pro vna eademque conuentione, Pacem vniuersalem in se continente, habendum esse, deinde

2.) Pacem Westphal. & Recessum Execut. fundamentumque vtriusque primarium, nempe paritatem exactam, nec per leges nouas nec per transactiones, nec per alias artes interuerti posse; porro

3.) Iu-

3.) Iudicem in controuerſiis circa ipſam P. W. & Receſs. Execution. eiusque interpretationem & applicationem ortis, eſſe Commiſſarios Cæſaris per compromiſſum litigantium electos, dein Comitia & alios Conuentus Imperii.

Hac tamen rei euidentia ſuperhabita, variæ excogitatæ ſunt obiectiones, præcipue a Pontificiam Religionem profitentibus, variaque dubia ad interuertendas iam expoſitas theſes, tendentia. Quorum quædam nunc explicare, eaque fundamento deſtituta eſſe, probare animus eſt.

§. XII.

DVBIA CONTRA THESIN PRIMAM, QUOD NEMPE RECESSVI EXECVT. NORIB. VIS REI IVDICATAE SEMPER COMPETAT, MOTA EXPONVNTVR & ELIDVNTVR.

Primo autem loco Pontificiorum nonnulli Receſſui Executionis Norimbergenſi vim rei iudicatæ ac legis pragmaticæ non niſi in tantum concedere volunt, in quantum iſte cum ipſo Inſtrum. Pacis conueniat, ſimul aſſerentes, quod, quoties differentiæ inter vtrumque obſeruentur, aut Pax Weſtphalica exacte & iuxta eius mentem executioni data non fuerit, dictus Receſſus Executionis valorem amittat, &, quo minus ab eo recedatur, nihil obſtet. Rationes huius aſſerti addunt ſequentes:

1.) Quia Receſſus Executionis non aliter quam referens, Inſtrumentum autem Pacis vt relatum conſiderari queat, adeoque occurrente differentia vel contrarietate, poſterius priori merito præferendum.

2.) Quia ipſa quidem Pacificatio Weſtphalica, non autem Receſſ. Execut. a Statibus Imperii tanquam lex pragmatica agnita ſit, idque ex Receſſ. Imper. nouiſſimo §. 4. in quo nulla Receſſ. Execut. Norimberg. mentio fiat, appareat, denique

3.) Quia æqualitas iſta exacta mutuaque in Inſtrumento Pacis pro fundamento poſita, in executione eius vna cum regula iſta fundamentali Art. V. §. I. Inſtrumenti Pacis, nempe: quod vni

parti iustum est, alteri quoque iustum esse debeat, aliquoties neglecta fuerit, adeoque dictus Recessus Norimbergens. aliter non, quam quatenus ad intentionem I. P. executio facta fuerit, pro lege pragmatica habendus sit.

§. XIII.

CONTINVATIO.

At enimuero facilis erit responsio ad hocce dubium eiusque rationes adductas, nam quod

1.) adtinet, iam supra §. 4. ex verbis præcipue Recess. Execution. præliminar. §. 0: Sodenn: Dass die Execution keinesweges für eine Contrauention des jüngst zu Osnabrück und Münster geschlossenen Vniuersal-Friedens gehalten oder angezogen werden solle &c. quod nulla inter Instr. Pacis & Recess. Execut. Norimberg. deprehendatur contradictio aut contrarietas, vtrumque potius pro vna eademque conuentione habendum, nec non, quoties earum mentio facta fuit in mandatis Imperatoriis, Recessu Imperii nouissimo & quibuscunque legibus publicis, istas non separari, sed coniungi, euictum fuit; adeoque de quæstionibus: quænam ex hisce conuentionibus præferenda, & quænam pro instrumento referente & pro relato habenda sit? frustra disputatur. Nec obest

2.) quod in allegato §. 4. Recess. Imper. nouissimo saltim Tabulis Pacis Osnabrugensis & Monasterienss. non autem Recessui Executionis vim sanctionis pragmaticæ & legis Imperii fundamentalis expresse tributam esse, obseruemus. Nam ex §. insequenti apparet, quod dicto Recessui Imperii præter instrumentum pacis, Recessus quoque Norimbergensis vna cum sic dicto arctiori exequendi modo, insertus fuerit, ex quo nihil aliud, quam hisce omnibus æqualem validitatem tributam esse, colligi potest. Idque eo clarius patescit, quum in §. 6. immediate subsequenti omnibus, quæ §. antecedenti Recessui Imperii dicto inserta sunt, adeoque & Recessui isti Norimbergensi vis legis Im-

Imperii fundamentalis regulæque & normæ iudicandi perpetuæ per verba: was darinn vnd in allen *deren* Puncten, adſcripta fuerit: voculaque, deren, de ſolo Inſtrument. Pacis intelligi nequeat. Ratio vero cur in §. 4. ſolum Pacis Inſtrumentum adductum fuit, haec eſt quia nimirum in Articul. XVII. §. 2. Inſtr. Pac. ita expreſſe conuentum erat. Inde autem, quod Receſſus Execut. excluſus fuerit, minime ſequitur. Quoties enim in Receſſu Imper. nouiſſimo & Capitulationibus Caeſareis mentio fit pacis Weſtphalicae, eo ipſo & Receſſum Executionis tanquam iſtius partem comprehendi, & ſubintelligi, vero ſimile eſt. Porro

argumentum 2.) minime fundatum mihi videtur. Non ſolum enim quilibet, Receſſ. iſtum Execut. cum ipſo I. Pac. collaturus, executionem ad tenorem eius quoad omnia & ſingula capita exacte peractam fuiſſe, facile intelliget, ſed hoc quoque ex §. 1. dicti Receſſus Execut. præliminaris nec non ex Receſſu Imperii nouiſſimo, in quo aliquoties executionis iuxta normam Pac W. peractae, mentio fit, porro exinde apparet, quod Receſſus Execut. Norimb. dicto Receſſui Imper. in vim legis perpetuo valiturae, inſertus fuit, hoc autem minime factum fuiſſet, & loco adprobationis eo ipſo factae, grauamina Statuum legere nobis contingeret. vbi executio aduerſus mentem Inſtr. Pac. peracta fuiſſet. Quod ſi vero caſus extitiſſe probari poſſit, vbi exacta mutuaque iſta aequalitas propter indolem & naturam rerum, in ipſa executione ad amuſſim obſeruari non potuit, per modum compenſationis vel alium conuenientem, controuerſiam finitam & executioni datam fuiſſe apparet. Cuius rei ſpecimen occurrit in ipſo Inſtr. Pac. Art. V. §. 2. 3. 4. ſeq. At enim vero eiusmodi limitationes aequalitati iſtae mutuae minime obſtare nec ex inde, quod inaequalitas promiſcue, & vbi iſtam nulla vrget neceſſitas, admittenda ſit, concludi poſſe, facile eſt ad intelligendum. Minime etiam huic aſſerto obſtat clauſula Art. V. §. 1. adiecta: *quod vni parti iuſtum eſt, alteri quoque ſit iuſtum*, & quod certo modo cum ea conuenit, iſtud Praetoris Romani: quod quisque iuris in alterum ſtatuerit, vt

ipse eodem vtatur. Cuius verum sensum cum quibusdam aliis x) hunc esse putauerim: quod ob diuersitatem religionis nulla plane praerogatiua aut inaequalitas admittenda, vel, quod idem est, minime concedendum esse, vt Catholicis ad Instr. Pac. in hac vel ista lite prouocare licitum sit, Protestantibus autem non aeque, sed superhabita hac disparitate respici debeat ad eos, qui quoad reliquum eiusdem status & conditionis sunt, exclusо prorsus iure talionis & violenta procedendi ratione y). Denique sub velamine rite non factae executionis euerti non posse Recess. Execut. supra §. 10. probaui. Saltim asserenti, quod contra tenorem Instr. Pac. executio minus recte peracta fuerit, probationem ante omnia incumbere, nemo in dubium vocabit.

x) Henniges in Meditat. ad Instr. Pac. Spec. II. ad Articul. V. §. 1. not. aa.

y) Io. Schilter. Diss. de term. a quo restitut. bonor. ecclesiastic. §. 25.

§. XIV.

ALTERA, SCILICET P. W. ET REC. NORIB. PER LEGES ET CONVENTIONES NON POSSE IMMVTARI, AB OBIECTIONIBVS, QVAE RECENSENTVR, LIBERATA.

Deinde sunt qui perhibent, ea, quae in Instr. Pac. & Recessu Executionis continentur, per leges & conuentiones eorum consensu quorum inter est, initas, omnino posse immutari, etiam confirmatione Augusti & Con-Statuum ratihabitione non accedente. Et hanc quidem opinionem sequentibus rationibus propugnare contendunt: 1.) quod cuilibet a iure quocunque, adeoque & per Pac. Westphal. quaesito, per modum transactionis vel alio directo vel per indirectum recedere omnino liceat; dein 2.) quod, concessa thesi: leges & statuta contra mentem Pac. W. & Recess. Execut. sancita nulla esse & inualida, potestati statuum legislatoriae derogaretur quodque simul multae ordinationes & constitutiones bono publico imprimis conuenientes effectu suo priuarentur. At facilis erit responsio,

si ad 1) consideramus quod secundum ius indubitatum compaciscentium vnus, deficiente consensu alterius a conuentione

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0174
DFG

tione recedere non possit, nec non, quod existente quoque vtriusque compaciscentis consensu, transactiones priuatorum, leges generales publicas & in his P. W. & Recess. Execut. Norimb. non declarantes sed inter vertentes & mutantes, ipso iure nullae & inualidae sint, quoties priuata auctoritate, & absque consensu eorum, quorum ratihabitio iuxta tenorem Instr. Pac. necesse est, initae fuerint, id quod post probationem, quam iam §. antec. 9. sufficienter dedi, vlteriori indigere non crediderim. Eadem dicenda veniunt.

ad 2.) circa leges nouas, Paci W. contrariantes, sanciendas. Quemadmodum enim generatim, quod quilibet, qui potestate legislatoria gaudet, istam per pacta, quoad certos casus limitare & restringere possit, extra dubitationem positum est: Ita leges quascunque & statuta contra intentionem Instr. Pac. Westph. & Recess. Execut. Norimbergens. lata inualida esse & nulla, supra ex capitulationibus, imprimis Caroli VI. euictum est. Quibus accedit vtrumque & Instr. Pac. & Recess. Execut. Norimbergens. partem Recessus Imperii nouiss. propter factam insertionem constituere. At enimuero leges Recessibus Imperii contrarias ferre inter res plane illicitas absque dubio est referendum z). Nec vt hoc modo vtilitas publica detrimentum capiat, vel Statuum Imperii iuri ferendarum legum, insigni isti Superioritatis Territorialis parti, derogetur, metuendum venit; commodum enim & tranquillitas totius Imperii Rom. Germanici in vniuersum aeque ac vtilitas singulorum eiusdem membrorum vnicus finis est Pac. W. & Recessus Execut. Non igitur aliter argumentari licet, quam vt omnes constitutiones & ordinationes Paci W. & Recessui Execut. Norimb. contrariae tranquillitati quoque & vtilitati totius Corporis Imperii Germanici ac singulorum Statuum omnino contrariae esse debeant. Nec hic respiciendum est ad interesse vnius vel alterius Status priuatum, idque interdum imaginarium, cuius promouendi causa in detrimentum totius corporis nihil admitti debet. Salua quoque & illaesa vbique manet legislatoria potestas Statuum Imperii, licet exercitium eius quoad leges & ordinationes P. W. contrari-

trarias, reſtrictum ſit. Proinde nouas quoque conſtitutiones, quae a tenore P. W. & Receſſus Executionis aliqua ratione recedere videntur, condere, quoties mutatus rerum ſtatus iſt neceſſario exigit, nec exinde tertio cuicunque praeiudicium oriatur, dummodo ratihabitio Imperatoris & reliquorum Statuum Imperii accedat, non eſſe prohibitum crediderim, & inde perſpicuum eſt, quod per hanc theſin commodo & vtilitati publicae nullum prorſus inferatur præiudicium.

z) Knipſchild de ciuitat. Imperial. Lib. II. Cap. X. num. 46.

§. XV.

DENIQVE TERTIA THESIS, QVOD NIMIRVM SIMVLTATES OCCASIONE P. W. EXORTAE PER COMMISSARIOS CAESAREOS, A LITIGANTIBVS ELECTOS, NEC NON PER COMITIA ET ALIOS CONVENTVS IMPERII FINIENDAE SINT, CONTRA DVBIA MOTA VINDICATVR.

Denique pontificii in id nituntur, vt omne ius decidendi circa ſimultates occaſione Pacis W. oriundas Imperatori atque ſummis Imperii tribunalibus vnice aſſererent, has potiſſimum rationes obuertentes, quod

1.) Imperator ſine dubio ſit ſummus vindex omnium legum Imperii vniuerſalium aeque ac Statutorum & ordinationum particularium a Statibus Imperii conditarum, adeoque quod ipſi competere debeat lites occaſione earum motas, nec non circa quaeſtionem, quaenam conſtitutiones Statuum recentiores P. W. adverſentur nec ne? decidere, idque non tantum notorium eſſe, ſed & in Inſtr. Pac. Articul. VIII. §. 4. circa finem denuo & expreſſe conſtitutum deprehendi, aſſerant.

2.) ea, quae tempore, quo Pax W. condita atque executioni data, circa modum exequendi a Circulorum Directoribus conſtituta fuerunt, ad praeſens tempus trahendum non eſſe. Verum enim vero & hoc aſſertum minime eſſe fundatum crediderim.

Nam

Nam ad 1) rationem quod adtinet supra (§. 6.) jam abunde probatum fuit, quod hic exceptio sit a regula, & quod causæ cognitio circa discordias intuitu executionis Pacis exortas earumque definitio ad supremum Imperii Caput summaque Imperii tribunalia vnice vel primo loco, non pertineat, quodque Imperator ipse ab hoc negotio plane abstinuerit eiusque expeditionem Pacis Executoribus & Commissariis ad id constitutis, & in his Circuli Directoribus vnice reliquerit. Nec captanda sunt verba iam allegati Art. VIII. §. 4., quia in istis de constitutionibus & legibus contra mentem P. W. & Recessus Execut. sancitis sermonem non esse, facile est ad intelligendum. Porro in refutando 2.) dissentientium argumento paucis me expedire posse video, quum verba quae in ipso Recessu Executionis Norimberg. continentur, nec non clausula Recess. Execution. Augustani circa finem adiecta & supra §. 7. adducta, nec non in aliis, occasione P. W. ad executionem deducendæ consignatis Recessibus Ciuitatis Biberaci, Kauffbeurae, Lindauiae, & reliquarum repetita *a*): Endlichen ist auch sonderbarlichen etc. perspicue omnino assertum meum firmet, & dubium contra istud motum remoueat.

a) Knipschild in dict. Tractat. de ciuitat. Imperial. Lib. III. C. IV. p. 38. eod. libr. Capit. XXVI. pag. 157. Cap. XXXI. pag. 193. Cap. X. II. p. 235.

Opvsc. V.

D. GOD. DAN. HOFFMANN

COMMENTATIO

AD VERBA I. P. O. ART. V. §. XVI. (48)

ET INTRA TERMINOS TERRITORII CVIVSQVE IVS DIOECESANVM ET IVRISDICTIO ECCLESIASTICA SE CONTINEAT.

CONSPECTVS.

I) *Introitus*, §. I.
II) *Themae* §. II — XXIX.) *tractatur*,
1) *Textus*, §. II.
2) *Præcognoscenda*, §. III — VI.)
a) *Integritas*, §. III.
b) *Paralleliſmus*, §. IV.
c) *Hiſtoria*, §. V. VI.
aa) *principalis*, §. V.
bb) *acceſſoria*, §. VI.
3) *Via & ratio interpretationis ſignificatur*, §. VII.
4) *Interpretatio ipſa* §. VIII — XXIX.
a) *remotive*,
aa) *Aliorum explicationes*,
α) *traduntur*, §. VIII — X.)
αα) *ex Commentatoribus*
ααα) *Henrici Henniges*, §. VIII.
ββ) *ex Syſtematicis*
βββ) *J. H. Bœhmeri, & Ill. J. C. Maieri*, §. IX
γγγ) *Pfaffii, Perill. G. L. Bœhmeri, Perill. J. J. Moſeri, aliorumque*, §. X. ß)

β) *comparantur.* §. XI.
γ) *dijudicantur*, §. XII - XIV. *rationibus allatis contra*
1) *priorem*, §. XII,
2) *posteriorem*, §. XIII.
3) *utramque*, §. XIV.
b) *positive*
bb) *nostra*,
aaa) *traditur* §, XV. XVI.
α) *quoad priorem enunciationem*, §. XV.
β) *quoad alteram*, §. XVI.
bbb) *probatur*, §. XVII - XXIX.)
1) *quoad priorem propositionem*, §. XVII - XXIV.)
α) *argumentis*, §. XVII - XXIII.)
αα) *ex ipso textu*
1) *externis*, §. XVII.
2) *internis*, §. XVIII.
ββ) *aliunde, ex*
3) *Clausulæ origine* §. XIX.
4) *Art. V. §. VIII.* (24) §. XX.
5) *P. R. §. 20. & 15*, §. XXI.
6) *Verbis Clausulam antecedentibus*, §. XXII.
7) *Stilo publico*, §. XXIII.
β) *testimoniis & præjudiciis*, § XXIV.
2) *quoad alteram propositionem*, §. XXV - XXIX.
1) *ex ipsa rei natura*, §. XXV.
2) *Textu*, §. XXVI.
3) *Historia & Actis*, §. XXVII.
4) *ipsa Statuum Evang confessione* §. XXVIII.
5) *LL. distinctione*, §. XXIX.
ccc) *Paraphrasis verborum Art. V. §. XVI.* (48) *initialium sistitur*, §. XXX.
ddd) *Corollaria ducuntur*, §. XXXI - XL.) *intuitu*
α) *modi systema jurium collegialium probandi.* §. XXXI.
β) *differentiæ jurium Episcopalium & Collegialium*, §. XXXII.
γ) *sententiæ Jægerianæ, Moshemianæ & Keuffelianæ*, §. XXXIII.

δ) *Frickianæ*, §. XXXIV.
ε) *surrogati*, §. XXXV.
ζ) *Jurisdictionis*
αα) *Summorum Imp. Tribunalium* §. XXXVI.
ββ) *Catholicorum in subditos suos protestantes*, §. XXXVII.
γγ) *A. C. Addictorum*
1) *in subditos Catholicos* §. XXXVIII.
2) *generatim consideratæ*
a) *ex territorii cujusvis indole* §. XXXIX.
b) *& effectibus generalibus circa Sacra Juris*, §. XL.
η) *reliquæ facile se offerentes consequentiæ B. L. relinquuntur*, §. XLI.

III. Conclusio, §. XLII.

---

§. I.

INTROITVS.

Quæ in scriptiunculæ huius rubro verba proposui, P. W. Commentatores tantum non omnes, juris P. G. argumentorum oceano abrepti, absque sollicitiori investigatione præternavigarunt. Eos inter, qui Juris P. E. G. doctrinam systematice tradunt, multos & quamplurimos animadverti, verba hæc ita interpretantes, ut il nisi ταυτολογιας nomen ipsis relinquere videantur. Adductum hac ipsa ratione Perillustrem Pütterum fuisse conjicio, ut, quod Ipsius pace dictum velim, nec in Elem. Juris P. G. *a)* nec in Inst. Juris P. G. *b)* nec *in dem kurzen Begriff des Teutschen Staats-Rechts c)* meminisse eorum operæ pretium fecerit. Verum enim vero, ut mihi persuadeam, verbis hisce tam leve pondus tamque exiguam significationis vim, quam quidem opinio fere communis tradit, inesse, vix adducor. Movit ista me cogitatio, vt explicationem hanc brevi commentatiuncula expungendi periculum facere, atque Summorum Pacisćentium menti formula hac contineri visæ, interpretando divinan-

nandæ opellam qualemcunque meam dare conſtituerem. Faciam id modeſtia, qua par eſt, omni, quamque rei gravitas poſcit, ſollicitudine.

a) §. 600. not. b. p. 858.

b) §. 422. not. b. p. 461.

c) §. 230. not. a. p. 201.

§. II.

TEXTVS.

Ipſa autem, quorum expoſitionem ſuſcepi, verba hæc ſunt:

„Jus Diœceſanum & tota Jurisdictio eccleſiaſtica cum omnibus „ſuis ſpeciebus contra Auguſtanæ Confeſſionis Electores, Principes, „Status-*ſuſpenſa eſto, Et intra terminos territorii cujusque Jus Diœceſanum & Jurisdictio Eccleſiaſtica ſe contineat.* „Ad conſequendos &c. *d*)

d) J. P. O. Art. V. §. XVI. (48.) de Melern Act. P. W. T. V. p. 573.

§. III.

INTEGRITAS EIVS.

Integritatem textus illæſam ubique animadverto, unico hoc deprehenſo diſcrimine, quod poſt verba, *ſuſpenſa eſto*, in Cæſareanorum Projecto *e*) colo poſito interpungatur.

e) Act. P. W. T. IV. p. 188.

§. IV.

PARALLELISMVS.

Neque, hoc ſignificare, inutile duco, P. A. de Religione ſancitam & præcipue ejus §phum XX. *Damit auch &c.* cum J. O. Art. V. §. 48. amice conſpirare, niſi quod poſteriori ampliationes

adjectæ hæ fuerint, ut α) *Diœceseos*, & β) *cum omnibus suis speciebus* suspensæ jurisdictionis ecclesiasticæ, de quibus P. A. silet, mentio injiciatur. γ) Clausulæ tamen nostræ post verba: *soll die geistliche Jurisdiction — wider der Augspurgischen Confessions-Religion, „Glauben, Bestellung der Ministerien, Kirchengebräuchen, Ordnungen „und Ceremonien, so sie aufgericht oder-aufrichten mœchten nicht exercirt, gebraucht oder geübt werden*, etsi non omni mode parallela, hæc tamen analoga deprehendo, *sondern derselben Religion, Glauben, Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen, Ceremonien und Bestellung der Ministerien — ihren Gang lassen.* f) Idem fere iisdem verbis §. XV. g) *und damit solcher Fried.* sancitum & expressum: „*Keinen Stand des Reichs-von „dieser Augsp. Confessions-Religion, Glauben, Kirchengebräuchen, „Ordnungen und Ceremonien, so sie aufgericht oder nachmals „aufrichten mœchten, in ihren Fürstenthumen, Landen und „Herrschaften, tringen, — sondern bey solcher Religion, „Glauben, Kirchengebræuchen, Ordnungen und Cere- „monien - - Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten ruhi- „glich und friedlich bleiben lassen.*

f) P. R. §. 20.

g) Ejusd. P. R.

§. V.

HISTORIA PRINCIPALIS.

Deinde etiam ut Concluso trium Collegiorum de A. 1649. d. $\frac{13}{21}$ Iun. satisfacere pro virium tenuitate videar, quantum quidem fieri poterit, argumentis ex actis publicis potissimum desumtis, interpretationis meæ rationes reddere adnitar, atque ideo textus historiam paucis dabo, neque vero ab ovo repetam. — — A C. Addicti, cum inter cetera Religionis gravamina, in *puteo*, ut cum Trautmansdorfio Comite loquar, tot annorum lacrymis & sanguinis humani rivis oppleto *latentia*, molestiis ex jurisd. etiam ecclesiastica & Papalibus juribus A. Pace suspensis, in usum vero juri contrarium revoca-

revocatis, nascentibus remedium merito flagitarent, atque abolitionem jurium Papalium omnimodam à Cæsare de Statibus Catholicis poscerent, lite diu Inter utramque partem agitata, Evangelici, hinc inde in mediis compositionis, aliisque declarationibus, omnimodam ecclesiasticæ jurisdictionis abrogationem postulantes, *h*) formulæ in Projecto Salvii *i*) verbis: „Jus Diœc. & tota jurisd. eccle„siastica cum omnibus suis speciebus contra Evangelicos Electores, „Principes, Status, comprehensa libera Imperii Nobilitate, eorum„que subditos penitus sublata esto: comprehensæ, in Declaratione, quæ d. 20. Febr. 1647. in Conferentia Deputatorum ad Gravamina apud Magdeburgicum confecta & d. 27. Febr. ejusd. A. Sueciæ legatis exhibita fuit, §pho ejus XVIII. Ipsi non solum verba, *tam inter Catholicos & A.C. addictos* sed & simul Clausulam nostram: *Et intra terminos territorii cujusque Ius Diœc. & Iurisd. ecclesiastica se contineat*, adjecerunt *k*). Quam etsi Cæsareani in Declaratione sua d. 5. Mart. st. v. Suecicis Legatis exhibita §. XVIII. nec dum admitterent, *l*) primum ea tamen placuit Vollmario, in colloquio eundem inter & Salvium Osnabr. d. 16. 17. Mart. 1647, habito *m*), atque ideo Cæsareanorum Instrumento *n*) d. 7. Apr. 1647. inserta, non minus à Catholicis, id solum desiderantibus, ut pro verbis: *penitus sublata esto*, ponatur, *usque ad compositionem Christianam suspensa esto*, d. 23. Nov. & 7. Dec. ejusd. A. admissa, *o*) ac postea quam Evangelici in Ultimis suis d. 11. Ian. 1648. exhibitis eo descendissent, ut pro verbis, *sublata* poneretur *suspensa esto p*), à Catholicis, Evangelicorum declarationem in ultimis suis d. 24. Ian. 1648 *q*) acceptantibus, facta simul in Cæsareanorum Projecto *r*) repetitione, tandem d. 24. mart. 1648. adprobata fuit & subscriptione confirmata *s*).

h) de Meiern Act. P. W. T. III. p. 166. p. 339.
i) Ibid. p. 432.
k) Act. P. W. T. IV. p. 97.
l) Act. P. W. T. IV. p. 127.
m) Ibid. T. IV. p. 155.
n) Ibid. T. IV. p. 188.
o) Ibid. T. IV. p. 804. 825.

 p) Ibid.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0183
DFG

p) Ibid. T. IV. p. 880.
q) Ibid. T. IV. p. 928.
r) Ibid. T. IV. p. 964.
s) Ibid. T. V. p. 573.

§. VI.

HISTORIA ACCESSORIA.

His ita ordinatis, factum est circa 8. Apr. 1648. ut in aliam iterum cogitationem incurrerent Evangelicorum nonnulli, novam rem periculosam veriti: quamvis enim Ius Diœc. una cum jurisd. ecclesiastica adversus A. C. addictos Status suspensum horumque territorio vindicatum & intra illud pariter continere se jussum communi vtriusque partis suffragio *t*) jamjam fuisset, prætimuere tamen, ne Regia Sueciæ Majestas, ceterique Imp. Status, quibus Archi-& Episcopatus aliaque Bona ecclesiastica immediata in satisfactionem concessa fuerant, horum intuitu, non obstante secularisatione, Ius Diœc. in territoriis Statuum Diœcesi suæ ante hæc vel vere vel prætenso saltim iure subjectis exercerent; quam in opinionem formidinemque adducti sunt, quod in favorem Sueciæ Reginæ J. O. Art. V. §. VIII. (24) cautum fuisset, ut, *qui Archi-Episcopatus Episcopatus & aliæ fundationes atque bona ecclesiastica immediata vel mediata in satisfactionem Regia Majestatis Regnique Sueciæ, aut æquivalentem recompensationem indemnitatemque suorum Foederatorum & Interessatorum concesserunt, ex præcedentibus & sequentibus grauaminum decisionibus ceterisve articulis præjudicium nullum sentiant.* *u*) Vt ne igitur Status isti ratione Archi-Episc. & Episcopatuum μεταμορφωσιν passorum s. potius Ducatuum & Principatuum, lege ista, territorio Protestantium adjudicati quidem sed & intra eius limites continere se jussi Diœcesani Juris per Art. V. §. VIII. (24) exemtos se putarent, ineunte mense junio A. 1648. abs reliquis, Euangelicis primum, ac deinde quoque Catholicis Statibus hæc Clausula concepta: *Et hæc quidem quoad ea, de quibus expresse aliter convenit, obtineant salva tamen utique Imperii Statibus, suis in terris ac ditionibus, tam quod ecclesiastica quam politica, vigore juris territorialis*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0184
DFG

rialis ut & huius pacificationis & inſpecie §. Jus Diœc. XVI. infra hoc ipſo Art. poſiti libere diſponenti facultate, neque Jus Epiſcopale cum ſuis annexis ratione jam dictorum Archi & Epiſcopatuum ſiue Ducatuum in ſatisfactionem & æquipollentias venientium, vllo titulo prætextuve extra propria ipſorum territoria exerceatur vel extendatur; x) quæ ut I. O. Art. V. §. VIII. (24) adnecteretur, monente prius Altenburgico *y)*, communi deinde utriusque religionis Statuum ſuffragio decretum *z)*. Poſteaquam vero evenit, ut in Conferentia d. 19. Iul. 1648. habita Sueciæ Legati clauſulam hanc, innocuam hactenus ſibi viſam, acriter impugnarent, Salvioque inter alia Vollmarius obmoveret: *Was andere Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandte in ihren Fürſtenthümern exercirten, das würden ſie, (die Schweden) in ihren Territoriis auch thun, wenn ſie das Ius-Epiſcopale*, idem illud ſcil. quod ab Epiſcopis Catholicis extra territorium in Diœceſeos ſuæ ambitu exercetur, non illud quod Evangelicis Statibus intra territorii limites competit, *haben wollten, ſo müſten ſie nach Rom gehen, und ſich ſcheeren laſſen*, regerente Salvio, *wann ſie nach Rom kæmen, ſo wollten ſie ſich nicht ſcheeren laſſen, ſondern ſelbſt ſcheeren a)*, tandem conſentientibus etiam Sueciæ Legatis ſub formula: *In omnibus vero iis, quæ expreſſa non ſunt, & inter hæc quoad §. Ius Diœc. XVI. infra poſitum Conſtitutionibus Imperii & huic Transactioni ſubjecta manento*; I. O. Art. V. §pho VIII. (24) adnexa fuit *b)*.

t) J. O. Art. V. §. 48.

u) Act. P. W. T. V. p. 667.

x) Ibid. T. V. p. 724. T. VI. p. 111.

y) Ibid. T. VI. p. 88 89.

z) Ibid. T. VI. p. 102.

a) *Extract aus dem Fürſtl. Sachſen Altenb. Protocoll.* Act. P. W. T. VI. p. 113.

b) J. P. O. Art. V. §. 24. Act. P. W. T. VI. p. 112.

§. VII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0185
DFG

§. VII.

VIA ET RATIO INTERPRETATIONIS SIGNIFICATVR.

Præmiſſis hiſce, quæ textus illuſtrationi inſerviunt, obſervationibus, ad ipſam clauſulæ noſtræ explicationem pedem promoveo; in qua ſiſtenda ita verſabor, ut primo loco, quid alii ſentiant, paucis proponam, ac deinde, data brevi & modeſta epicriſi, quid, ſalvo rectiori judicio quocunque, mihi videatur, pronunciem.

§. VIII.

HENRICI HENNIGES EXPLICATIO.

Eos inter, qui P. W. Commentationes dederunt, alios ad verba noſtra prorſus ſilere, alios parum relevantia, quibus immorari operæ pretium haud duco, tradere intellexi. Unum igitur Henr. Henniges produco, qui verba noſtra hoc ſibi velle diſſerit, ut *Jus Diœc. & Jurisd. eccleſiaſtica Cleri Catholici contra Proteſtantes contineat ſe intra terminos ſui territorii, etſi ante hac longius evagata fuerit. Itemque jus Diœc. & jurisd. Statuum eccleſiaſticorum Proteſtantium erga Catholicos itidem ſe contineat intra ſui territorii terminos, quamvis olim extra illos vim ſuam exſeruerit* c).

c) in Med. ad J. P. ad Art. V. §. 48. Spec. IV. p. 614. not. K.

§. IX.

I. H. BOEHMERI ET I. C. MAIERI.

Iverunt Syſtematicorum quidam in eandem ſententiam. Eos inter J. H. Boehmerum *d*), & Ill. I. Chr. Maierum *e*) popularem noſtrum excitaſſe ſufficiat. Quorum ſcripta cum in omnium manibus ſint, copioſa verborum ſuam opinionem declarantium enarratione ſuperſedeo.

d) in Conſult. & Deciſ. Jur. Eccl. reſp. 15. fol. 164. & in J. E. P. L. 1. Tit. 31. §. 74.

e) *Teutſches geiſtl. Staats R. Th. I. C. IV.* §. 50. conf. quoque Reuſch in Diſs. de Uſu & præſtantia Actor. P. W. p. 11.

§. X.

§. X.

PFAFFII, G. L. BOEHMERI, I. L. MOSERI ALIORVMQVE.

Alia vero Pfaffio placuit ſententia, rem ita explicanti: *Auf die andere Frage* (quam ſcil. §. antec. propoſuerat, verbis: *wer der* Cujusque *ſey*, intra cujus terminos territorii *die* jurisd. eccleſiaſtica *bleiben ſolle?*) *antworte ich, daß der* Cujusque *der Catholiſche Biſchoff ſey, als welcher ſeine Jurisdiction* extra ſuum territorium *nicht exerciren ſolle, obſchon ſein Sprengel oder ſeine Diœces weiter geht f).* Adoptavit hanc ſententiam Wieſenhavern g), Anonymus (P. E. de Zech) Auctor Med. de Indole, eff. & hiſtor. juris reform. h) & quod magis eſt, Juris eccleſiaſtici Princeps, Perill. G. L. Boehmer, i) qui, Epiſcopus immediatus, cum habeat α) territorium ſeculare, Epiſcopatui adnexum, in quo duplicem Status Imperii & Epiſcopi perſonam repræſentat, & β) Diœceſin latiorem, Juri Diœc. ſeu Epiſcopatui ſubjectam, ſuſpenſo jam ad verſus A. C. Addictos Epiſcopali Jure, lege noſtra cautum eſſe, ſtatuit, ut, non quidem Catholicorum Statuum, aſt *Evangelicorum intuita*, Jus Diœc. & jurisd. eccleſ. intra terminos territorii *Cujusque Epiſcopi* ſe contineat. Placuiſſe eandem Perilluſtri Püttero, ex verborum Connexione §. 618. Elementorum Juris P. G. & Inſt. J. P. §. 486. coll. cum §. 422. Inſtit. verbis: *nec quidquam aliud ei ſurrogatum*, colligo. Conſentire quoque videtur Ill. I. H. C. de Selchow k), atque ſubſcripſerunt opinioni huic Perilluſtris I. I. Moſer l), Nettelbladt m), ſatis haud ita pridem defunctus I. H. Fricke n) aliique complures.

f) *in den Acad. Red. über das allg. T. Kirchen R.* p. 447.

g) *in den Grund-Sätzen des allg. und beſond. Kirchen-Staats R. der Proteſtirenden Th. II. B. IV. Abſchn. I. §. 5. p. 126.*

h) C. I. §. 10. p. 141.

i) in Princ. Jur. Can. §. 140. p. 93. & p. 94. not. a).

k) In Elem. J. P. G. §. 304. not. 3.

l) *Von der Landeshoheit im Geiſtl. B. IV. C. 9. §. 48. p. 752.*

m) Sive G. S. Madihn in Diſſ. de Imp. Sacri Statuum Prot. vera natura & indole p. 34. 35. *provocat*, ibi ait, *Stryckius ad verba §. Ius Diœc. I. P. & intra terminos territorii cujusque jus dioec. & jurisd. eccleſ. ſe contineat, putans Paciſcentes hic loqui de territorio Principis Evangelici, in*

quo tamen egregie fallitur. Pronunciatam hoc quidem sed non probatum, & Stryckium non ita prorsus deceptum esse, quod Viri Illustris pace dixerim, in subsequentibus probatum dabo. Eo tamen facilius assertum hoc excusatum habeo, cum Stryckius sine fundamento omni propositionem suam enunciaverit, in jure autem *non apparere & non esse* paria sint. L. 77. D. de Contrah. Emt. L. 30. D. de. Test. Tut.

n) *In den Abhandl. zu dem Protest. Kirchen-Recht. I. Abhandl.* §. 3. not. *) p. 5.

§. XI.

QVAE COMPARANTVR.

Facile ex his atque etiam non monente me intelligitur, sententias §. VIII. IX. & X. expositas in hoc dissentire, quod prior §. VIII. & IX. exhibita, *& Catholici & Evangelici*, posterior §. X. data *Catholici* tantum *Episcopi* territorio Jus Diœc. & jurisd. eccles. includat, convenire autem in eo, quod utraque *Episcopi*, non Status secularis territorium intendi doceat.

§. XII.

DIIVDICATVR PRIOR.

Priori quidem sententiæ §. VIII & IX. traditæ calculum adiicere ideo addubitavi, quod falso quodam præsuppositio superstructam eam fuisse intellexerim: Hi enim omnes, quos dictis §phis excitavi, clausulam nostram ad impediendum & suspendendum Bremensis & Magdeburgici ceterorumque, quibus bona ecclesiastica in satisfactionem vel æquipollentiam venerunt, Juris Diœc. exercitium conceptam fuisse existimant. Probant hoc sua ipsorum verba. Ita enim H. Henniges, *Archi-Episcopus*, inquit o), *Magdeburgensis quondam in multos Episcopos circum circa Imperio Diœc. usus est - - Episcop. Halberst. Electori Brand. cessit. Igitur quæri jam poterat, an Magdeburgensis, quam ante hæc potestatum Iure Diœc. - - poterat exercere, eadem porro etiam frui possit. Id quod nostra lege negatur-* & p. 614. not. k) p), *jus Dioec.* pergit, *& jurisd. eccl. Statuum Eccl. Protestantium erga Catholicos itidem se contineat intra sui territorii terminos.* Eandem opinionem declarat I. H. Bœhmer q), etiam

etiam Proteſtantes reſpicere, inquiens, clauſulam noſtram, *ut quamvis olim Ius Dioec. ſeſe ulterius extenderit v. c. Archiepiſcopi, Magdeb. in poſterum tamen ſe intra terminos territorii continere debeat*, & Ill. I. Chr. Mair *r*), *gegen alle Erwartung*, ita loquitur, *beantworteten die Schwediſchen Geſandten die ihnen vorgelegte Frage: Ob die Krone Schweden das Ius Dioec. in anderer Reichs-Stænde Landen exerciren wolle? mit einem tiefen aber deſto bedenklichern Stillſchweigen &c.* atque deinde clauſulam ideo conceptam daturus Art. V. §. 48. & verba potiſſimum noſtra ſiſtit *s*). Verum interpretationem hanc ſiniſtre quodam modo procedere, ex hoc ſatis intelligitur, quod eo tempore, quo clauſula noſtra I. O. Art. 5. §. 48. concepta fuit, de Bremenſi, Magdeburgico aliorumque Diœceſeos jure nondum cogitaretur, cum I. O. Art. V. §. 48. jamjam d. 14. Mart. 1648. ſubſcriptione antea munitus eſſet, quam de reformidato juris Diœc. Bremenſis vel Magdeburgici exercitio cogitatio tantum naſceretur, propter quod formido iſta circa 8. Aprilis demum exorta, clauſula peculiaris *menſe Iunio* concepta, neque vero Art. V. §. 48. ſed §. 24. adjecta fuit *t*); quibus ex circumſtantiis probari omnino arbitror, ideam iſtam Bremenſe, Magdeburgenſe & reliquorum Jus Diœc. concernentem, ad clauſulam noſtram produci principaliter non poſſe, quippe quæ generalem regulam complectitur, cujus demum adplicatio in formula Art. V. §. 24. adnexa ſpecialiter facta fuit.

o) In Med. ad. J. P. ad Art. V. Spec. IV. p. 607.

p) Ibidem.

q) J. E. P. L. I. Tit. 31. §. 74.

r) l. c. p. 107.

s) Ibid. p. 108. not. i)

t) Conf. Diſſ. §. V. & VI.

§. XIII.

ET POSTERIOR.

Neque ſententiæ § X. exhibitiæ, quam Viri Perilluſtres G. L. Bœhmer & I. St. Pütter potiſſimum profitentur, ut ſubſcribam adducor,

ducor, quamvis eorum auctoritati pretium qui excelsius statuat, anteferri mihi alias patiar neminem. Dissensum vero meum ab Ipsis non minus quam a Perill. I. I. Mosero ceterisque Viris illustribus submissione, qua par est, & modestia omni deprecor. Ista scil. competentis Episcopo territorii & diœceseos distinctio, ut ut vera, altius omnino tamen petita, & nimis artificiose clausulæ nostræ adplicata mihi videtur, deinde & hoc incommodum post se trahit, quod istius sententiæ proxima & immediata pedissequa hæc conclusio sit, Catholico Episcopo, intra cujus territorium continetur, jurisd. ecclesiasticam regulariter in subditos sui territorii A. C. addictos competere, cum ex adverso potius vi legis prioris & suspensionis omnimodæ negative propositio concipienda sit, ita ut jurisdictio eccl. Catholicis in subditos A. C. addictos de regula non competat, nisi sub limitibus Art. V. §. 48. expresse constitutis. Posita enim ista interpretatione, enunciatio prima hæc foret: Episcopi Cathol. jurisd. ecclesiastica omni mode contra A. C. addictos suspensa est, atque ideo etiam contra subditos sui territorii A. C. addictos regulariter non competit. Secunda priorem tolleret: Episcopo Cathol. jurisd. ecclesiastica intra territorium ideoque contra subditos A. C. addictos regulariter competit. Atque ita non de lana caprina me disputare, vel ex isto solo, quod si de probatione quæratur, haud exigui momenti quæstio hæc fieri soleat, intelligitur. Accedit, quod explicatio hæc verbis nostris nil nisi meræ ταυτολογίας & vanæ repetitionis nomen relinquat, ita ut sine vi & significatione non possint non adjecta censeri, cum verbis antecedentibus distinctius multo declaratum fuerit, quod clausula nostra indigitari Viri hi docti existimant.

§. XIV.

NEC NON VTRAQVE.

Vtraque interpretandi ratio ideo quoque mihi non arridet, quod in fronte §. 48. Art. V. usque ad vocem *contineat* nulla *Episcopi* neque *Catholici*, neque *Evangelici*, multo minus *utriusque* mentio injiciatur, atque ita verbis legis arbitrarie inseratur, quod ipsis haud inest, cum prior propositio jurisd. Catholicorum in gen. suspendat, posterior

posterior eandem Evangelicis generatim, nulla Episcoporum mentione facta vindicet. Denique cum dentur in Germania Episcopi territorium non habentes, quo modo iis explicatio ista accommodari possit, non animadverto. Sensit hanc difficultatem C. M. Pfaffius *u*), *hat er* (Episcopus scil.) *aber selbst kein territorium*, inquiens, *so solle sie*, (jurisdictio eccl.) *doch nicht weiter gehen, als das territorium catholicum, oder daß ich deutlicher rede, Catholici Principis seiner Diœces geht.* Ast quam claudo pede flexio hæc procedat, non monente me, æquus rerum æstimator quivis intelliget.

u) *In den Acad. Reden über das allg. T. Kirchen R. der Protest. p.* 447.

§. XV.

NOSTRA TRADITVR QVOAD PRIOREM ENVNCIATIONEM.

Legis igitur nostræ hunc potius sensum eligo, ut, facta prius Juris Diœc. & Jurisd. ecclesiasticæ cum omnibus suis speciebus suspensione, intra terminos territorii cujusque A. C. Electoris, Principis, Civitatis immediatæ *x*), Status, Nobilis *y*) Jus Diœc. & Jurisd. ecclesiasticam esse & existere, & continere se juberi putem, ita ut *α*) A. C. Electores, Principes, Status, Civitates Immediatæ, Nobiles Jus Diœc. totamque Jurisd. ecclesiasticam cum speciebus suis omnibus sine ullo respectu ad A. Decretorium, tum ex Superioritate territoriali tum ex pactis & consensu ecclesiæ sibi competentem, & suspensæ jurisdictioni Episcoporum ecclesiasticæ hoc loco, his verbis substitutam, intra sui territorii limites exerceant,

x) I. P. O. Art. V. §. 29. Art. VIII. §. 4.

y) I. P. O. Art. V. §. 28.

§. XVI.

QVOAD ALTERAM.

His autem verbis Summos Paciscentes Jus Diœc. & Jurisd. ecclesiasticam non Dominis territorii Horumve Superioritati territoriali, ut v. gr. Reformandi Jus Superioritati territoriali *z*) vindicarunt,

ſed β) *Territorio* ipſi adjudicare inſimul animadverto. Factum hoc ideo fuiſſe videtur, ne juribus Eccleſiæ, in ſe & ſua natura æqualis & liberæ ſocietatis, itidem in territorio ſe continentis, collegialibus derogarent, ſed illa ipſa, pariter ſe intra territorii cujusque terminos continentia, & æque ac jura territorialia antea in Jure Diœceſano & Jurisdictione eccleſiaſtica, in ampliſſimo ſignificatu *a)* heic intelligendis, cum omnibus ſpeciebus comprehenſa, ſuſpenſione iſta, ſublato vinculo & impedimento, rurſus diſtincta, plerumque tamen in territoriis Evangelicis, Evangelicis quoque Dnis. territorialibus non quidem quoad proprietatem, hæc enim cum radicibus ſuis ſemper apud eccleſiam remanet, ſed adminiſtrationem, ex particularium eccleſiarum pactis conceſſa, atque ab His una & ſimul cum illis exerceri ſolita, ſalva ſarta relinquerint.

z) I. P. O. Art. V. §. 30. in pr.

a) Teſte Strykio in diſſ. de Jure Papali Princip. Evang. C. II. §. 4.

§. XVII.

PROBATVR QVOAD PRIOREM PROPOSITIONEM ARGVMENTIS EXTERNIS.

Argumenta pro interpretatione, quam §phis duobus antec. exhibui, militantia hæc ſiſto:

I. Præter id, quod clauſula noſtra ab Evangelicis Statibus ipſis Pacificationi inſerta fuerit *b)*, adeoque in eorundem favorem explicanda latiſſime veniat, II. tantum abeſt, ut tavtologice ſolum, ut potius multa cum emphaſi, prudentia & deliberatione adjecta videatur. III. Summos etiam Paciſcentes A. C. Addictos verbis hisce grave ac magnum pondus ineſſe voluiſſe, ex ipſa Vocum *Juris Diœc. & Jurisd. eccleſiaſticæ* conſiderate & ſignificanter facta repetitione intelligitur. IV. Ipſa Cæſareanorum interpungendi ratio, colo poſt verba *ſuſpenſa eſto*, poſito *c)*, novam propoſitionem eamque à priori diſtinctam pronunciari oſtendit. V. Contextus naturæ conſentaneum eſt, non ſolum ut rei, quæ ſuspenditur, alia ſubſtituatur, ſed & ut jura Episcopis Catholicis cum conſenſu Cæſaris & Imperii in pr. §. 48. ademta, his ipſis poſterioribus vindicata, & com-

communi Paciſcentium ſuffragio adjudicata declarentur. VI. Manet ita in priori propoſitione, qua A. C. Addicti Status jura ab Epiſcopis uſurpata revocant, & in poſteriori, qua ſibi eadem adjudicari paciſcuntur, unum idemque ſubjectum. VII. id quod etiam ex eo probatur, quod A. C. Status proximum antecedens in §pho 48. ſubjectum ſint, ad quod iſta de habenda continendaque intra territorii limites eccleſiaſtica jurisdictione diſpoſitio referri queat. VIII. atque ſic explicatio hæc absque iſta Epiſcopi Diœceſeos ejusque territorii diſtinctione artificioſe nimis heic adplicata, ſimpliciter & rei naturæ convenienter procedit.

b) Conf. §. V.

c) Conf. §. III.

§. XVIII.

ET INTERNIS.

His addo IX. quod pro ſenſu verborum, quem ſuppeditavi, ſollicitior §phi 48. inſpectio fortiſſime pugnet. Sub initium & in prima ejus propoſitione *Jus. Diœc. & tota jurisd. eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus*, quæ verba à Summis Paciſcentibus tam ſignificanter, caute & cumulate poſita manifeſte jus Diœc. comprehendunt, in ampliſſimo ſuo ſignificatu, complexum jurium Majeſtaticorum & Collegialium ab Epiſcopis hactenus exercitorum ſiſtente, ſumtum æterna ſuſpenſione revocatur, abrogatur, jugulatur. Quanam igitur, his ita poſitis, ratione, quod adverſus A. C. Status eorumque territoria non amplius competit Jus, intra terminos territorii Epiſcopi Catholici continere ſe per alteram enunciationem juberi poſſi, non intelligo? Id potius ſequi videtur, ut, quemadmodum Jura circa ſacra territorialia revocantur, ita & Collegialia, adeoque Jus Diœc. in ſenſu latiſſimo ſumtum totaque Jurisd. eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus intra territorii cujusque A. C. Status reverti, exiſtere & ſe continere jubeantur.

§. XIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0193
DFG

§. XIX.

EX CLAVSVLÆ ORIGINE.

Aliud Argumentum X. ex origine clauſulæ noſtræ duco. Hanc enim ab Evangelicis Statibus eo tempore adjectam fuiſſe probavi *d)*, quo verbis adhuc *penitus ſublata eſto*, uſi ſunt in Declarationibus ſuis Evangelici. Jam vero connexioni reique naturæ nil convenientius cogitari poteſt, quam id quod tollitur & adimitur, cui & in quem collatum intelligi debeat, inſimul declarari; Neque rem mutavit condeſcenſio iſta, qua ut pro voce *ſublata*, poneretur, *ſuſpenſa eſto*, paſſi ſunt, cum in terminis tanto faciliores eſſe potuerint, quanto certius eſt, in re ipſa Catholicorum partem conveniſſe.

d) Conf. §. V.

§. XX.

EX ART. V. §. VIII. (24.)

Rationem iterum aliam, XI. Clauſula ipſa particularis Art. V. §. VIII. (24) adjecta ſuppeditat. Animadvertendum enim, ante omnia Art. V. §. 48. his ipſis verbis noſtris generaliter ſtatuere Summos Paciſcentes, ut Jus Diœc. cum Jurisd. eccleſiaſtica intra Statuum A. C. territoria redeat, exiſtat, exerceatur & ſe contineat. Deinde ne generali hac diſpoſitione eximi ſe putent Sueciæ Majeſtas & Imp. Status bonis immediatis eccleſiaſtica qualitate exutis potiti, regulam corroborant, extendunt, adplicant, ne Status iſti ratione Ducatuum vel Principatuum, in ſatisfactiones & æquipollentias ſibi venientium, nam Archi- & Epiſcopatus, ſublata Prælaturæ dignitate, amplius nec erant nec vocari poterant, *ullo titulo prætextuve extra propria ipſorum territoria Jus Epiſcopale*, jure ſibi non alio, quam ceteris Statibus Evangelicis competens, *exerceant vel extendant e)*, ſtipulati. Hanc ipſam denique poſteriorem clauſulam iterum immutant, & ad prioris generaliter expreſſæ formulam reducunt, ut bona iſta *peculiaribus quidem ſuis conventionibus relinquantur, in omnibus vero iis, quæ expreſſa*

preſſa non ſunt, & inter hæc quoad §. Jus Diœc. XVI. infra poſitum conſtitutionibus Imperii & huic transactioni ſubjecta maneant *f*), jubentes. Aut igitur dare coguntur, qui clauſulam noſtram Epiſcopis adplicant, Ducatum Bremenſem, Magdeb. & cetera bona ſeculariſata Prælaturæ qualitate adhuc effulgere, quod falſum eſt, aut concedant oportet, clauſulam noſtram generatim præcipere, ut A. C. Status quicunque ſ. eccleſiaſtici, ſ. ſeculares Jus Diœc. & jurisd. eccleſiaſticam intra ſui territorii terminos habeant & exerceant. Manifeſtum enim eſt, eam ab ipſis Summis Paciſcentibus, verborum ſuorum interpretibus optimis ita declarari, ut ſenſum poſterioris clauſulæ priori totum ineſſe evidenter adpareat, cum illius vi A. C. Statuum neminem Jus Diœc territorio ſuo vindicatum extra ejus limites exercere vel extendere patiantur, hujus autem illud intra terminos territorii cujusque A. C. Status exiſtere quidem, ſed & ſimul contineri velint. Quæ omnia pari paſſu ambulant, cum Sueciæ Majeſtas idem exerceat in ſuo territorio, quod ceteri Status A. C. Addicti, & hi eodem jure, quo illa, gaudeant *g*).

e) A. P. W. T. V. p. 724.

f) I. P. O. Art. V. §. VIII. (24.)

g) Extract Sachſen Altenb. Protoc. Act. P. W. T. VI. p. 113.

§. XXI.

EX P. R. 20. ET 15.

Verba etiam XII. clauſulam noſtram antecedentia nullam admittunt explicationem, ad quam I. O. Art. V. §. VIII. (24) adjecta formula referri potuiſſet. Dubitat quidem primum H. Henniges quid ſibi velit ſuſpenſio *tam inter Catholicos & A. C. Addictos, quam inter ipſos ſolos A. C. Status facta, nec ſe ſatis capere horum verborum ſenſum fatetur h*), quam ob ingenuam confeſſionem Gundlingio ignarus eccleſiæ Doctor (*ein ſchlechter Kirchen-Lehrer*) audit. Deinde, *quando lex jurisd. eccleſiaſticam inter Catholicos & A. C. Status ſuſpendit, illum ſimul caſum* indigitari putat, *quando non modo Clerus Catholicus in A. C. Status, verum etiam cum hi in Status Catholicos vim jurisdictionis eccleſiaſticæ expedire volunt, quod variis*

modis multisque titulis accidere posse existimat, cujus rei probandæ causa ArchiEpiscopi Magdeb. & Bremensis exemplum affert *i*); tandem verba inter *ipsos solos A. C. Addictos* eadem ratione explicat, ut scil. jurisd. ecclesiasticæ Statuum Protestantium adversus Status Protestantes exercitium his verbis prohiberi putet *k*). Iviſſe in eandem sententiam videntur I. H. Bœhmer *l*), & Jll. I. C. Maier *m*) Verum ista *tam inter Catholicos & A. C. Addictos quam inter ipsos solos A. C. Status* facta suspensio alium quam ampliationis s. extensionis sensum habere non potest. Suspensa scil. fuit Catholicorum jurisd. ecclesiastica, *sive inter Catholicos & A. C. addictos, sive A. C. Status solos*, eorumque subditos causa agatur. Poterat enim dubium subnasci, quando alterutra pars litigantium foret Catholicæ religioni addicta, utrum ea suspensa sit an non? cui vero quæstioni sic obviam itum. Consentiunt mecum Wiesenhavern *n*), Baader *o*), Lobethan *p*), aliique complures. Hanc quoque sententiam tanto lubentior eligo, quanto certius est, verba hæc ab ipsis Statibus Evangelicis pacificationi adjecta *q*), atque in eorundem, non Catholicorum favorem, latissime explicanda esse, de Magdeburgico etiam & de Bremensi aliorumque Diœceseos jure, eo quo concepta fuerunt tempore, nondum cogitatum fuisse *r*). Quæ cum ita se habeant, & amplius extra omnem dubitationem positum sit, Art. V. §. VIII. (24) Clausulam τὸ referens, & ejusd. Art. §. XVI. (48) τὸ relatum esse, nisi Statibus A. C. addictis quibuscunque s. ecclesiasticis s. secularibus Jus Diœc. intra territorii limites competere & se continere hac clausula nostra jubeatur, qua ratione relatio ista procedere possit, non intelligo. Ceterum de solis Episcopis Evangelicis Prælaturæ dignitate adhuc conspicuis clausulam nostram loqui, toto pectore nego, cum, lege non distinguente, nec meum sit distinguere, neque Episcopos Evangelicos sub juris Diœc. prætextu aliis molestias attulisse ex actis vel rerum gestarum annalibus probetur.

h) In Med. ad I. P. Spec. IV. p. 604. not. g.

i) In Med. l. c. p. 606.

k) Ibid. p. 607.

l) I. P. E. L. I. T. 31. §. 74.

m) Teutsch.

m) *Teutsch. geistl. Staats R. Th. I. C. IV. §. 50.*

n) *In den Grundsätzen* sæp. alleg. p. 129.

o) In Analysi §§. Jus Diœc. nec non: In quib. Civit. &c. n. 17. p. 15.

p) *Versuch einer systemat. Entwikelung der ganzen Lehre von der Gerichtsbarkeit Th. II. Abschn. I. §. 11. p. 135.*

q) Conf. §. V.

r) Conf. §. VI.

§. XXII.

EX VERBIS CLAVSVLAM ANTECEDENTIBVS.

Mos est insuper XIII. Statuum A. C. Addictorum, quoties pactis publicis Juris Diœc. & jurisd. ecclesiasticæ suspensionem stipulantur, statim, quid ejus loco sibi competere debeat, subnectere. Fecerunt hoc satis evidenter P. R. §. XX. verbis: *Sondern derselbigen Religion, Glauben, Kirchengebræuchen, Ordnungen, Ceremonien*, de quibus antea dictum, *so sie aufgericht oder aufrichten mœchten - - ihren Gang lassen*, & §. XV. *sondern bey solcher Religion, Glauben, Kirchengebræuchen, Ordnungen und Ceremonien*, de quibus pariter antea - *so sie aufgericht oder nachmals aufrichten mœchten - - ruhiglich und friedlich bleiben lassen* - Quid aliud hoc, quam intra terminos territorii cujusque Jus Diœc. & Jurisd. ecclesiasticam Statui A. C. Addicto cuique relinquere? sine quibus religionis suæ exercitium nec ordinassent nec ulterius & in futurum ordinare possent Principes Evangelici.

§. XXIII.

EX STILO PVBLICO.

Accedit XIV. quod stilo publico eoque tunc temporis recepto explicatio nostra amice respondeat. Status enim A. C. Addictos, quod sibi Jus Diœc. vel Episcopale, mox in latiore, jura circa sacra omnia, mox in strictiore, collegialia tantum sistente sensu sumtum competat, professos esse, quot quot gravamina ecclesiastica tractant, Actorum P. W. paginæ loquuntur omnes. Sylva exemplorum

proſtat, ex qua ſurculos tantummodo quosdam decerpo: Sic, *dieweil von den Augsp. Conf. Verwandten Stænden*, inquiunt, *vermöge des R. F. §. Damit auch &c. das* Jus Epiſcopale *in ihren territoriis zuſtehet s)*, - - *Nachdem die Augsp. Conf. Verw. durch den R. F. das* Jus Episcopale *erlangt t)*, *Da ſie zumahl vermöge des R. F. das* Jus Episcopale *vollſtändig zu exerciren haben u)* -- *geiſtliche Jurisdiction* -- *ihres* Juris Episcopalis *ruhiglich gebraucht* -- *und der Augsp. Conf. Verw. geiſtliche Jurisdiction merklich ſchmælerten x)*, Ipſi adeo Catholici per clauſulam Art. V. §. VIII. (24) adjectam *y)* caverunt, ut ne Ducatus Bremenſis, Magdeburgici & reliquorum bonorum immed. ſeculariſatorum Dni. territoriales *Ius Episcopale cum ſuis annexis* ullo titulo prætextuve extra territorium exerceant vel extendant *z)*; quæ loquendi formulæ, A. C. Addictos Status non potuiſſe ſolum ſed & voluiſſe Jus Diœc. & Jurisd. eccleſiaſticam clauſula ſibi noſtra vindicare, haud obſcure demonſtrant.

s) Act. P. W. T. II. p. 690.
t) Ibid. p. 692.
u) Ibid. p. 693.
x) Ibid. p. 676.
y) Conf. Diff. §. VI.
z) Ibid. Tom. V. p. 724.

§. XXIV.

TESTIMONIIS ET PRÆIVDICIIS.

Verum, ne in foveam, quam tot tantique nominis Viri ſubterfugiunt, ſolus deſcendere videar, comites ſaltim nonnullos, in eandem delapſos, quorum auctoritatem ſequor, nominare mihi liceat. Ita Bodinus, *translationem*, ſcribit *a)*, *omnimodam*, clauſulæ noſtræ verbis indigitari. Sentit idem quoque Stryk *b)*, qui, *exploſa apud Evangelicos auctoritate Pontificis*, jurisdictionem eccl. *territorio conjunctum ad noſtros Principes pertinere*, *ingenue adfirmat*, *cum hoc ipſum §. Jus Diœc. perſpicue atteſtetur*, *qui non tantum ſuſpendat omnem Pontificis poteſtatem*, *ſed etiam intra* terminos territorii *cujusque Jus Diœc. & jurisd. eccleſiaſticam ſe continere*

tinere dicat. Eadem Thulemario *c*) placuit opinio, *notum omnibus esse*, afferenti, *quod Episcoporum Catholicorum & Papæ Rom. arrogata jurisd. ecclesiastica in territoriis Statuum Protestantium* plane, *non negative, sed destructive, hoc est cum pleno effectu, suspensa, & omnia quæ à Jurisdictione eccl. dependent, & Juris sunt Diœcesani in Status Imp. Evangelicos translata sint.* Similem verborum nostrorum explicationem exhibet Anonymus quidam, *jurisd. ecclesiastica*, inquiens, *intra terminos territorii cujusque se contineat; Dieses ist zu verstehen von denen Territoriis Evangelicorum: Dann bey denen Catholischen extendirt sie sich auch ultra terminos territorii so wohl post als ante Pacem d).* Neque prætereundus Baader, qui *priori versu suspensa est*, ait *e), jurisd. ecclesiastica in terris Evangelicorum: Hoc versu secundo omnis potestas ecclesiastica tribuitur Dnis. territoriorum & ad terminos territorii cujusque restringitur.* Possem plura etiam ejus rei testimonia *f*) afferre, nisi omne tulisse punctum arbitrarer Auctorem *des ReichsHofraths Gutachtens g)*, ingenue profitentem, *daß solche Jurisd. denen Stænden A. C. in limitibus territorii zu exerciren, biß auf hinkünftige Religions Vereinigung - ausdrüklich zugestanden worden.*

a) In Diss. de illicita à Princip. Protest. provocatione in causis eccles. §. XIV. p. 19.

b) In Diss. de Jure Papali Princ. Evang. C. II. §. 8.

c) Apud Fabr. T. XIII. p. 515.

d) *In der Reichs* Fama T. I. p. 76. n. 5.

e) In Analysi §. §. Jus Diœc. nec non: In quib. Civit. n. 19. p. 16.

f) Veluti ex Ludolf T. II. Obs. 276. & ex Fabr. T. XXVI. p. 242.

g) *Sammlung von R. HofR. Gutachten* Frankf. 1754. III. Th. S. 209. 212. Conf quoque de Cramer W. N. P. 79. p. 122. 125. & *N. Staats-Canzl.* T. XXI. *Abschn.* 6. n. 4.

§. XXV.

QVOAD ALTERAM PROPOSITIONEM, EX IPSA REI NATVRA.

Sed ab his etiam Viris, qui jurisd. ecclesiasticam tantum non omnes ex sola Superioritate territoriali ducunt, in eo discedo, quod

jurium circa ſacra complexum omnem Territoriorum Dnis. qua talibus clauſula noſtra vindicari negem. Habent quidem conſentientes, quod non ſine dolore profiteor, Theologorum multos, quos inter S. I. Baumgartenium *h*), Schubertum *i*), S. Rev. Semlerum *k*) excitaſſe ſuffecerit. Ingens etiam adſtipulatur ICtorum multitudo, ex quibus nominari merentur Henniges *l*) Henr. de Cocceji *m*), Titius *n*), Stryk, *o*), Ziegler *p*), Treuer *q*), Knichen *r*), Reincking *s*), Thomaſius *t*), Baudis *u*), Wildvogel *z*), Hertius *a*), Gockel *b*), Felz *c*), Schweder *d*), Lyncker *e*), Struv *f*), I. H. Bœhmer *g*, Engau *h*), Fleiſcher *i*), aliique complures, neque enim tam longo me itineri immittere poſſum, ut omnes & ſingulos huc adducam. Magnam eorum cohortem opinionis ſuæ propugnatricem ſiſtit idem illud ſentiens, Franck *k*), etſi eos inter, quos in aciem producit, haud deficiant, ab ipſius partibus non omnimode ſtantes. Eandem ſententiam noviori tempore acriter propugnant Banniza *l*), Sündermahler *m*), B. Schmidt *n*), Hammer *o*), Barthel *p*), Bocris *q*), de Eckardt *r*), Wedekind *s*), Dürr *t*), Riefel *u*), ſupra jam excitatus Franck *x*), Lackics *y*), uno verbo Scriptores Catholici tantum non *z*) omnes. Neque etiam hoc omittendum, quod Perill. I. I. Moſer non antiquiore ſolum, ſed & recentiore *a*) ævo eandem opinionem amplexus fuerit. Quid ea de re Wieſenhavern *b*) pronunciet, ſatis omnibus notum. Verum ne faſtidium moveam, nolo recoquere, quæ tum ex ipſis juris naturæ principiis tum aliis quoque fontibus contra doctrinam hanc Pfaff *c*), Canz *d*), Kromayer *e*), Liernur *f*), Mosheim *g*), Reverendiſſimus atque Magnif. Faber *h*), Puſendorf *i*), de Zech *k*), Gundling *l*), de Cramer *m*), de Meiern, *n*), Pertſch *o*), Wieſenhavern *p*), Ayrer *q*), Struben *r*), Perill. G. D. Hoffmann *s*), cui pro meritis in me collatis inſignibus gratias heic ſubmiſſiſſimas profiteri juvat, & Benevolentiæ, quam mihi ſubinde teſtificatus eſt, memoriam ſpondere haud intermorituram, Illuſtris Tafinger *t*), Viri Perill. de Preuſchen *u*), de Steck *x*), Pütter *y*), G. L. Bœhmer *z*), Nettelbladt *a*), Viri Ill. de Selchow *b*), I. C. Maier *c*), Gerſtlacher *d*), & alii, quos omnes huc adducere longum foret, ſolidiſſime deduxerunt. Poſita enim eccleſia, immediate ponitur ejus poteſtas eccleſiaſtica, cum ſocietas eccleſiaſtica eodem, quo ſocietates in territorio comprehenſæ omnes, jure in determinandis

iis,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0200
DFG

iis, utatur, quæ ad obtinendum & promovendum eccleſiæ finem pertinent, ita ut leges eccleſiaſticas per modum confœderationis condat, ordinem in conventu ſervandum, adminiſtrationem diſciplinæ collegialis aliaque ipſi ſocietatis eccleſiaſticæ fini inſervientia per modum pacti definiat. Jura igitur Societatis Sacrorum cauſa conciliatæ conventionalia in ipſa ſocietatis idea & æternis atque immutabilibus Juris Naturæ principiis ita fortiter radicata ſunt, ut Statibus Imp. aut uſurpationis notam inurere, aut collegialia eccleſiæ jura ſalva relinquere cogamur. Prius deteſtor, poſterius adprobo, verum invenio - - Neque heic Jurium circa ſacra enumerationi immorandum duco, cum ea Pfaff *e)*, Canz *f)*, Wieſenhavern *g)*, aliique pleno calamo recenſuerint.

h) *In den Nachrichten von merkvv. Büchern Th. XXII. n.* 615. p. 349. Peculiarem reſponſionem dedit Schrœter in Progr. in quo dubia quædam contra jura eccleſiæ collegialia recens prolata tollere nititur. §. 5. p. 16. ſq.

i) *In den Gedanken von den Biſchöfflichen Rechten der Landes-Obrigkeit*, p. tot.

k) In Diſſ. hiſt. eccl. de Jure Princ. circa ſacra inprimis German. p. 7.

l) In Medit. ad I. P. ad Art. V. ſpec. 4. p. 323. & in tr. de S. Imp. Poteſtate circa ſacra, Nor. 1676.

m) I. P. c. 22. §. 15. p. 400.

n) I. P. L. 3. c. 6. §. 7.

o) in Diſſ. de Jure Papali Princ. Evang. & in Progr. de Principe quolibet Papa in ſuo territorio. 1690.

p) De Jur. Majeſt. L. I. c. 13. p. 148.

q) In Comment. ad Pufend. p. 489.

r) De Jure territorii Francof. 1600. c. 3. n. 149.

s) De Regimine ſecul. & eccleſ. L. III. cl. 1. c. 10. n. 2.

t) 1) In Diſſ. de Jure Princ. circa adiaphora. 2) In Vindic. Juris Majeſtat. circa Sacra. 3) *das Recht Evang. Fürſten in theol. Streitigkeiten.* 4) *Dreyfache Rettung des Rechts Evang. Fürſten in Kirchen-Sachen.* 5) In Cautel. circa prægogn. Jurisp. Eccl. c. 7. 6) in Hiſtor. content. inter Imp. & Sacerd. p. 409. 7) de for. comp. & ſubjectione Clericorum ſub poteſtate civili C. 1. §. 1-11.

u) In Comment. de fund. cauſarum eccleſ. §. 33.

x) In

z) In Diss. 1) de controv. jurisd. eccl. Princ. Imp. §. 1. seq. 2) de concurrentia diversæ jurisdictionis compet. §. 7. 8.

a) De Superiorit. territ. §. 13. in opusc. Vol. I. T. II. p. 148-57.

b) De Majestat. Relig. Jure §. 3. seq.

c) 1) De fatis Juris circa Sacra in Imp. Rom. 2) de Superioritate territoriali Nobilitati S. R. I. denuo asserta P. spec. §. 1. p. 42.

d) In I. P. p. sp. S. 2. c. 12. p. 838.

e) 1) De Superioritate Sacra §. 1. 2) de Superioritate territ. p. 20. 3) In Resp. n. 142. q. 1. 4) in Diss. de eo quod justum est circa personas diversæ relig. S. II. c. 3. §. 3.

f) I. P. c. 26. §. 21. p. 660.

g) 1) in Diss. de Jure liturg. ecclesi. T. III. I. E. P. præmissa. 2) In Comment. XII. de extraord. primit. eccl. statu. 3) in Diss. de Jure Episcopali Princ. Evang. in I. E. P. L. I. tit. 31.

h) I. C. in Proleg. §. 48. p. 19.

i) *Geistl. Recht B. I. C. III. S.* 13.

k) In Diss. Censura Principii: Jurisd. Summorum Imp. Tribunalium in causis ecclesiasticis Protestantium non magis quam Catholicorum fundata §. XVIII. p. 69-85. — — Historiam hujus controversiæ & catalogum utriusque partis Scriptorum plenicrem exhibet Auctor Anonymus *der vollständigen Nachrichten von den unterschiedl. Meynungen der Herren Theologen und Juristen über den Ursprung und die Natur des Kirchenrechts*, 1754. conf. quoque *von Hoeckdorfs Betrachtungen über des Herrn von Pufendorfs Buch vom Verhältnis der Christl. Religion gegen den Staat* p. 248.

l) 1) In subsid. Interpr. & Doctr. P. R. & W. in Thes. Schmidtiano T. I. p. 500. 501. 2) in Diss. de diversarum relig. in eod. territorio tolerantia in eod. Thes. T. III. p. 438.

m) In Diss. de susp. jurisd. eccl. in Opusc. n. 6.

n) *In der Geschichtsmäßigen Reichsgrundgesezlichen Prüfung und Erweis des Kayserl. höchsten Kirchengewalts über den unter die Weltlichkeit eingerückten Protest. Kirchen-Staat* &c. 1754.

o) In Diss. de Jure Princ. Catholici circa Sacra C. IV. S. I. §. 5. 6. seq.

p) In Diss. de justis pactorum inter Dnos. Territ. eorumque Status limitibus. Wirceb. 1771. §. 18.

q) 1) in Diss. de potestate indicendi ferias §. 30. 2) in Diss. de onere prob. subditis in rel. à Dno. Territ. dissentientibus regulariter incumbente, §. 13. 14.

r) in Diss. de Jure Princ. Cathol. circa sacra subditorum suorum Protestantium §. 49.

s) In

s) in Diss. de Jurisd. eccles. Dnis. Territ. Cathol. Laicis in Subditos Protestantes competente §. 3. 11. 12.

t) in Diss. de eo quod justum est circa Jus Reform. in territ. oppign. c. 3. §. 37.

u) *In den Critischen Betrachtungen über verschiedene Streit-Fragen*, 1770. P. I.

x) In Diss. alleg. §. X-XVIII. p. 16-110.

y) In I. P. E. Part. Gen. Viennæ 1774. §. CXV. p. 215.

z) Dissentit v. gr. Neller in Diatr. de Jure Diœc. Statuum Protest. §. 10.

a) 1) Sub nomine Sinceri *in der auf das allerbest gegründeten jurisd. ecclesiastica Cathol. Landes-Herrn über ihre Protestirende Unterthanen; in der Collection einiger Schriften &c. & in Fabri Staats-Canzley* T. 49. p. 482. §. 48. §. 48. 49. 2) *In den Abhandl. aus dem Teutschen Kirchen-Recht, I. Abhandl. von dem Grunde worauf der Evangel. &c. 3) von der Landeshoheit im geistl.* p. 743. 896. seq.

b) *In den Grundsätzen* sæp. alleg. *C. IV. Abschn.* 5. 8. 1. p. 186.

c) 1) in Diss. de Jure Sacror. absoluto & colleg. 2) in Orig. Eccl. p. 200. 3) *In den Acad. Reden über das Kirchen-Recht* C. V. aliisque locis.

d) In Posit. de Voc. Ministr. eccl. §. 106. & in Disc. Moral. ibique contenta Jurispr. Soc. Eccl. tr. 3. d. 4. c. 4.

e) De Potestate eccles. penes quem radicaliter sit? p. 118. 119.

f) Sub nomine Christiani Liberi *in der kurzen doch gründlichen Untersuchung der Conventional oder Colleg. Rechte der Evang. Kirche* 1742.

g) *Allg. Kirchen R. der Protest. Hauptst. III. & IV.*

h) in Diss. de Principe Christiano ecclesiæ nutricio. §. 5.

i) de Habitu religionis ad vit. civilem §. 40.

k) in Med. alleg. P. I. c. 2. §. 8. p. 55. & 138.

l) in Via ad Veritatem P. III. c. 35. §. 76. p. 384.

m) in Diss. de Jure Sacror. colleg. & Majest. Opusc. T. II. n. 4. p. 73.

n) *in der Sammlung der Schriften von der Selbsthülfe und geistl. Gerichtsbarkeit, p.* 117.

o) Elem. I. C. L. I. Tit. 4. §. 97.

p) de Jure Convent. Sacrorum dirig. §. 6. 7. & *in den Grundsæzen* sæp. all. *I. Th.*

q) de Jure episc. Princ. Evang. pactitio, §. 2-7.

r) in Deduct. Hildes. *An Ihro Churf Durchlaucht zu Cölln als Bischoffen zu Hildesheim Vorstellung der Evangel. Landstœnde* &c. p. 134. n. 14. & *in den Nebenst. Abh. VI.*

s) in Diff. de Independentia Juris circa Sacra Statuum Imp. Proteſt §. 8. p. 17.

t) in Diff. de Jure Principis circa eccleſiam &c. §. 2. 3.

u) *Abhandl. daſs ein Cathol. LandesHerr in Kirchen und Eh-Sachen ſeiner Evang. Unterthanen zu erkennen nicht befugt ſey I. II. III. IV. Hauptſt.*

x) 1) in Diſſert. (Præſ. G. D. Hoffmann) de Jure Devolutionis §. 3. ſeq. 2) in Vindiciis libertatis eccl. Germ. §. 2. n. 6. p. 6.

y) in Elem. I. P. G. §. 602. p. 859. & *in der Vorrede zur Augſp. Confeſſion* p. 8. 9. ſeq.

z) in Præf. ad Princ. I. C. & in ipſis Pr. §. 7. 8. 43. 44. 239.

a) in Diff. alleg. §. 29. 31.

b) in Elem. I. P. G. §. 305. p. 303.

c) *Teutſches Geiſtl. StaatsR. T. I. Allg. Einleit.*

d) *Unpartheyiſche Unterſuchung, vvas es mit dem Religions-Zuſtand in der hintern Gravſchafft Sponheim für eine Beſchaffenheit habe* §. 23.-27.-30.

e) *KirchenR. I. Abſchn. C. V. & VIII.*

f) Diſc. Moral. T. II. Diſc. IV. P. II. p. 15.

g) in Diff. de Jure conventionali Sacrorum dirigendorum. conf. ejusd. Diff. de Jure Majeſt. Sacror. dirigendorum.

§. XXVI.

EX TEXTV.

Juris etiam circa ſacra ambitum omnem ex Superioritatis territ. centro deduci poſſe, clauſulæ noſtræ verbis haud conficitur. Jus enim Diœc. & jurisd. eccleſiaſtica non Dno. territorii, nec Superioritati Territ. ſed *Territorio* vindicatur, intra quod & Eccleſia cum juribus ſuis conventionalibus continetur, ut hæc non minus, ſalva ſint & in tuto collocata. Evidentius hoc probat brevis ſaltim Art. V. §. 30. inſpectio, in qua non *Territorio*, ſed diſerte *Juri Territorii & Superioritatis*, quæ verba nil niſi Superioritatem T. *h* denotant, Reformandi Jus vindicatur. Verum noſtra lex non Superioritati, ſed *Territorio* Jus Diœc. & jurisd. eccleſ. adjudicat, atque

que ita alia jura Summi Imperii, alia Societatis Sacrorum causa conflatæ, itidem in territorio existentis, esse ostendit.

h) Neque sententiæ, quæ etiam Viri Perillustris G. D. Hoffmanni propria non fuit, *in Diss. de Jure Reform. ex I. P. W. reliquo* §. 6. traditæ, adstipulor, qua S. Paciscentes hoc jus cum S. T. conjungi, non ex ea derivari voluisse, docetur, quoniam *cum* Jure Superioritatis Statibus Imp. obvenisse dicatur. Vicinam huic opinionem tradunt Barthel in Diss. de Jure Reform. novo &c. & de Kreitmayr ad Cod. Bav. p. 2225. Prorsus ea de re cogitavi, sed verba hæc derivative, non cumulative, intelligenda esse, nunquam non inveni. Neque magis Juris Ref. conceptui, quem Ill. I. Chr. Maier *in Diss. de Statuum Imp. R. G. Jure Reform. S. III. V. & VI.* suppeditavit, subscribo; ast cum tam longum iter instituti brevitas prohibeat, dissentiendi rationes alia forsan occasione dabo.

§. XXVII.

EX HISTORIA ET ACTIS.

Rerum quoque gestarum annales & Acta idem loquuntur. Principes enim Evangelicos non aliter, quam intercedente subditorum declarato consensu reformationis opus fecisse, ex iis abunde patescit. Ita quidem in R. I. Sp. de A. 1526. convenerunt Status, velle se *cum subditis suis*, hoc est cum eorum consensu, res in suo quemvis territorio ita ordinare, ut Deo & Cæsareæ Majestati super iis respondere queant: *Demnach haben wir, auch Churf. Fürsten und Stände des Reichs uns izo allhier auf diesem Reichs-Tag einmüthiglich verglichen und vereiniget, mittler Zeit des Concilii oder National-Versammlung nichts desto minder mit unsern Unterthanen ein jeglicher in Sachen, so das Edict durch Kayserl. Majestæt auf dem Reichs-Tag zu Worms gehalten, ausgegangen, belangen mœchten, für sich also zu leben, zu regieren und zu halten, wie ein jeder solches gegen Gott und Kayserl. Majestæt hoffet und getrauet zu verantworten. i*) Aliter hæc intelligenda non esse, docet *Christl. Rathschlag und Unterrichtung, ob Krafft des R. A. zu Speyer A. 1526. im §. Demnach haben wir &c. — jeglicher Stand für sich selbst zu reformiren befugt, auch welcher gestalt mit Reformation und Glaubens-Bekenntniß von Obern und Untern es also anzugreiffen, daß mans-gegen Gott und Kayserl. Majestæt mœge verantworten k*) - - ubi

insigne simul testimonium exstat, qua ratione Summi Imperantes in ordinandis territorii cujusvis rebus ecclesiasticis procedant: *Es soll auch kein Regent dencken, Land und Leut sind mein, darum will ichs machen, wie mirs gefællt. Sondern ich bin des Lands und der Leut — l).* Deinde quo jure & ordine id fiat, verbis innuitur: *Sollen und mœgen die Unterthanen ihre Herrn mit allem Fleiß zum hœchsten ersuchen, sie mit dem Wort Gottes und Christlichen Verkündern desselben zu versehen — m).* Egregie hæc consentiunt cum iis, quæ Perill. Pütter asseverat: *Die Evangel. Reichs Stænde sagen nicht (in der Augsp. Confession) daß sie etwa aus Landesherrl. Macht und Gewalt die in der Kirche bemerkten Mißbræuche abgeændert hætten — sondern sie sprechen nur von solchen Mißbræuchen, wie sie in ihren Kirchen geændert seyen, und wie sie als Landes-Herrn nur durch die Ueberzeugung, daß solche Aenderung dem gœttlichen Willen gemæß sey, sich gedrungen gefunden, solche Aenderung zu dulten und zu gestatten — n). Nicht Fürsten und Reichs-Stænde,* ita pergit, *sind es gewesen, bey denen die Evangel. Lehre zuerst angefangen, Eindruck zu machen, sondern die Bürger in Stædten, der Adel und der gemeine Mann auf dem Lande — — haben auf Zulassung und Bestellung Evangel. Lehrer und Prediger gedrungen — o). Zuerst haben durchgængig die Unterthanen sich hauffenweise zur hergestellten Evangel. Lehre bekannt, und gewünscht, und gebeten, daß der œffentliche Gottesdienst darnach eingerichtet und gestattet werden mœchte. Wo nun Landes-Herrschaften und Obrigkeiten, hier früher, dort spæter, sich ebenfalls zu dieser Lehre bekannten, da war gar nicht der Fall, daß sie erst die Evangelische Lehre einführen, oder den Gottesdienst aus Landesherrl. Macht darnach einrichten sollten; sondern es galt nur darum, daß sie dulteten, und gestatteten, daß in ihren Lændern von den Evangelischen Gemeinden — der Gottesdienst nach der Evangel. Lehre eingerichtet und fortgeführt werden durfte. Nur in so weit kam es hier auf Ausübung der Landesherrl. Macht an, als deren Beytritt und Schutz allerdings den Evangel. Kirchen und Gemeinden erst ihre Sicherheit und Wolfarth gewæhrte, und als hingegen ohne Landesherrl. Genehmigung nicht wohl œffentliche Verænderungen im Gottesdienste mit Bestand unternommen werden konnten. — p).* Quæ omnia fidei historicæ exacte respondent.

dent. Sacrorum enim Reformationem cœtibus non *obtruſam*, ſed *his urgentibus eamque rogantibus inter gemitus & lacrymas*, factam eſſe, ipſe de Ludewig *q*) teſtatur. Quod ad Palatinos attinet, Henr. de Cocceji *r*) ſcribit, ſuſceptam Reformationem fuiſſe *ſubditis inſtantiſſime petentibus & urgentibus*. In Saxonia, teſtante de Seckendorf *s*) mutatio non niſi Theologorum Zelo & *aſſenſu plerorumque ex clero & ex populo* peracta. Non poſſum, quin ad fidem omnibus hiſce conciliandam eximiam illam Statuum Proteſtantium confeſſionem adferam, quam *In der Urſache, vvarum die Stænde ſo der Augſp. Confeſſion anhangen, Chriſtl. Lehr angenommen, und — dabey zu verharren gedenken* d. A. 1546. reperio, ubi diſerte profitentur: *Nachdem vvir zuvor lange Zeit mit vielen gelehrten und Gottesfürchtigen Leuten von dieſer der Unſern Lehre, Rath und Unterrede gehalten, und die Sache bey uns auch mit vielen andern Leuten aufs fleiſsigſte bevvogen, haben vvir dieſe Lehre angenommen und bekannt t*. Refellitur hoc ſolo Principum Evangelicorum teſtimonio, quod in tranſitu ſaltim animadverto, falſum iſtud Moshemii aſſertum, quod unum tantum alterumve eccleſiæ Miniſtrum Status Imperii in re tam ardua conſuluerint *u*). Aliud prorſus Acta territoriorum particularium publica loquuntur. Inſigne Würtembergiæ noſtræ documentum exhibet Cel. Sattler *x*) ex Statuum Ducatus Provincialium Declaratione de A. 1525. *Dievveil das Wort Gottes der Seelen Speis iſt, und durch dieſelbe die Erkenntnuß des Glaubens und der Seeligkeit erlangt vverden muß, vvorauf unſere zeitliche und evvige Wohlfarth beruhet, ſo Bæten Sie, den Unterthanen zu verhelfen, damit das Wort Gottes dem Volk fürterhin, rein, lauter und nach dem Geiſt gelehrt und verkündt werde.* Quid quæſo! fortius doctrinæ noſtræ propugnaculum, quam indubitatum hoc & evidens pactum: *Abſchied und Meinung, weß ſich der Durchlauchtig Hochgebohrne Fürſt, Caſimir, Marggraf zu Brandenburg &c. von Sein und Sr. F. G. mitregierenden Bruders Marggrafen Jœrgen zuſamt ihrer Fürſtlichen Landſchaft auf nœchſtgehaltenem Landtag zu Onolsbach biß auf ein zukünftig Concilium — des Abſchieds halben jüngſt gehaltenen Reichs-Tags zu Speyer in ihrer Fürſtl. Gnaden Landen zu halten, vereiniget haben, A.* 1526. Ubi ſtatim ab initio declaratur, *Dem allem nach und auf*

gehabten Rath der Verſammleten unſrer Landſchaft, haben wir Uns mit ihnen und Sie hinwiederum mit Uns entſchloſſen — wie es in unſern Fürſtenthummen und Landen gehalten werden ſoll y). Neque præterire poſſum, quod Perill. Pütter adfert z), Haſſiæ exemplum, cujus *Eccleſiarum Reformatio juxta certiſſimam ſermonum Dei regulam ordinata in venerabili Synodo per clementiſſimum Heſſorum Principem Philippum A. 1526. d. 21. Oct. Hombergi celebrata, cui ipſemet Princeps Illuſtriſſimus interfuit.* — Saxoniæ Dux Mauritius Ordinum provincialium preces A. 1643. ad ſe delatas his verbis declarat: *Weil wir dann von unſrer Landſchafft Ausſchuß unterthænig angelanget, daß wir einſehen thun wollen, daß die Biſchœffe ihr Biſchœfflich Amt — a).* Eadem ſcil. cum voluptate & fiducia Principi in religione ὁμοφωνῳ jurium collegialium adminiſtrationem demandarunt Eccleſiæ Proteſtantes, qua Lutherus Johanni Electori Sacrorum curam commendavit; *Wohlan, lieber Herzog Johannes, da befehle ich dir meinen edelſten Schaz, mein luſtiges Paradies, du ſolt Vater über ſie ſeyn, denn unter deinem Schuz will ich ſie haben, und dir die Ehre thun, daß du mein Gärtner und Pfleger ſeyn ſollſt b).* — Atque ita conſenſus hic, vel expreſſus vel tacitus, in ſingulis territoriis evincitur tum Rec. provincialibus, tum Statuum declarationibus, tum Ord. vetuſtis eccleſiaſticis c). His etiam conventionibus ſe conformiter egiſſe, atque Sacrorum reformationem cum conſenſu cujusvis territorii Ordinum abs ſe ſuſceptam fuiſſe, Status A. C. Addicti graviter & magno verborum pondere teſtificantur: *Wie nun beyderſeits Relig. Verwandte in dem allerdings einig, daß die Anordnung des publici exercitii Religionis*, (quam ſeq. §. ex propria interpretatione Jus reformandi vocant d),) *und was dem anhængig, immediate von dem Jure territorii dependire — Alſo haben die Augſp. Confeſſ. Verwandten in ihren Landen Auf unterthænigſten Beyfall Ihrer Land-Stænde*, connexa cum Superioritate T. pactis ſpecialibus jurium eccleſiæ collegialium compage, *ihre chriſtliche Reformation angeſtellt e).* Pacta hæc I. O. Art. VII. §. 1. confirmantur, vel ex ſola denominatione Statuum, qui *Proteſtantes* in ſpecie nuncupantur, intelligitur. Absque ullo igitur fundamento obmovet Franck, *ſilere hiſtoriam, Acta ſilere f), nova* eſſe, quibus hic conſenſus probatur, *teſtimonia* g), *invita Minerva*

nerva adplicari, atque ad elidendas difficultates, quæ *expreſſum* conſenſum premunt, *unice* ad *tacitum* conſenſum recurrendum fuiſſe *h*). Quae enim hactenus dedi teſtimonia, & vetuſta ſunt, & expreſſum eorum conſenſum, qui Summis Imperantibus jurium collegialium adminiſtrationem demandarunt, absque controverſia omni comprobant. Poſito vero etiam, ſed non conceſſo, in territoriis omnibus & ſingulis expreſſum conſenſum evinci non poſſe, cur ejus probatione opus ſit, non video. Tacitum enim conſenſum non minus verum eſſe & declaratum, quam expreſſum, quis eſt, qui neget?

i) *Samml. der n. R. A.* T. II. p. 274.

k) Apud Hortleder *von den Urſachen des teutſchen Kriegs*, *I. B. II. C.* p. 27.

l) Apud Hortled. l. c. § 9. p. 29.

m) Ibid. §. 15. p. 31.

n) *Vorrede zu der Augſpurgiſchen Confeſſion.* p. 9. 10.

o) Ibid. p. 11.

p) Ibid p. 12. 13.

q) in Diſſ de Præcipuo Principis Evangel. C. V. §. 3.

r) In I. P. C. XVIII. S. I. §. 26.

s) in H. Luth. L. I. S. 57 add. 2. p. 276.

t) Apud Hortleder l. c. *B. I. C.* 43.

u) *Allg. Kirchen R. der Prot.* p. 573.

x) *Geſchichte des Herzogth. Würtemb. unter der Reg. der Herzoge.* T. II. p. 140.

y) Apud Hortleder *von den Urſachen des T. Kriegs I. B. III. C. p.* 37.

z) *In der Vorrede zu der Augſp. Confeſſion p.* 25.

a) Ord. de A. 1543. in Cod. Auguſt. P. I.

b) Jen. T. V. fol. 31.

c) Conf. Perill. G. L. Boehmer in Pr. J. C. §. 42. n. a. & b. p. 28.

d) Act. P. W. T. II. p. 667. *Solch Jus reformandi in ihren Territoriis.* —

e) Act. P. W. T. II. p. 666.

f) in

f) in Diff. alleg. §. XIX. p. 91.
g) Ibid. §. XXIV. p. 102.
h) Ibid.

§. XXVIII.

EX IPSA STATVVM EVANGEL. CONFESSIONE.

Poteſtatem eccleſiaſticam ſpeciali ſibi titulo obveniſſe, ipſi agnoverunt & confeſſi ſunt Principes Evangelici, ſæpius facta Jurium *Territorialium* & *Epiſcopalium* exacta diſtinctione, qua jura eccleſiæ ſocialia, adminiſtrationi ſuæ commiſſa, abs Territ. circa ſacra Jure aperte diſcernunt. Ita loqui amant, *des Juris Territorialis und Epiſcopalis zu geſchweigen i)* — *Sich aller ihrer zuſtehenden Territorial-Gerechtigkeit und Juris Epiſcopalis zu bedienen k)*, & quæ ſunt alia, Statuum A. C. Addictorum, ad jura eccleſiæ conventionalia reſpicientium, mentem haud obſcure ſignificantia. Eccleſiaſticam jurisdictionem non tanquam partem Superioritatis T. integrantem, ſed ſpeciali tantum titulo ei adhærentem, ab ipſis conſideratam fuiſſe, vel hoc ſolo docent, *daß ſie in Krafft ihrer hohen Landes Fürſtl. Obrigkeit und derſelben anhangenden geiſtl. Jurisdiction in ihren Landen Chriſtl. Reformation angeſtellt haben l)*. Deinde & hoc inveñio, *Solch Jus Reformandi nebſt dem Jure quæſito aus dieſem und folgenden Reichs Abſchieden m)*. — Quæ verba R. I. indigitant, Jurium Episcopalium ſ. collegialium adminiſtrationem, Statibus immediatis ſubditorum conſenſu relictam, adprobantes, confirmantes. Poſtquam igitur hac via & ratione Jurisd. eccleſiaſtica territoriorum particularium pactis Superioritati T. adnexa fuit, quis amplius miretur, Status Evangel. argutam hanc diſtinctionem in omnibus & ſingulis enunciationibus non obſervaſſe, neque dictiones ſuas ſcholæ calopodio, hominumque ſuo tantum judicio ſtantium ingenio accommodaſſe, præcipue, cum parum culta tum temporis philoſophia limites inter utrumque circa Sacra jurium genus nondum ſatis definiſſet, atque denominatio etiam à parte potiori eaque nobiliori dari tanto convenientius poſſet, quanto certius eſt, poteſtatem eccleſiaſticam Tutelæ & Inſpectioni civili ſubordinatam eſſe. Alia

inſu-

insuper ratio subesse videtur, cur S. I. in juribus circa Sacra territorialibus nominandis vindicandisque seduliores fuerint & diligentiores, quam in collegialibus. Hæc enim abs ecclesiis territoriorum sibi suorum particularibus, aliis tacito, aliis expresso consensu delata, ab auctoribus transferentibus in litem nunquam vocata fuerunt. Hinc rarior semper eorum mentio. Superioritas T. ex adverso, utut pluribus abhinc seculis optimo jure adquisita firmataque, si non omnium, quorundam tamen Statuum, cum juribus inde profluentibus subinde adhuc impugnata fuit, quæ causa est, cur in tuendo hoc cimelio unice occupati & toti fuisse videantur. Rebus sic stantibus, sine omni jurium eccl. socialium præjudicio potuerunt dicere Principes nostri, *daß die Bestellung und Anordnung des publici exercitii Religionis, Kirchen-Ordnung, Ceremonien und was dem ferner anhængig, immediate von dem jure territorii dependire*, quoniam jura Papalia & Episcopalia revocavit *n)* ecclesia, & intimo conjunctionis vinculo Superioritati T. connexuit, *vermag der R. F. ausdrücklich o)*; Pax enim R. translationem istam expresse comprobat *p)*. Mox etiam adjiciunt Status Evang. unde hoc sibi jus contigerit, scil. ex pactionibus inter se & subditos suos confectis, *Und habens Ihnen Chur F. Fürsten und Stænde allbereits A. 1626. vorbehalten in Ihren Landen (mit Ihren Unterthanen, uti ibi dictum) es also zu verordnen q)*. Tantum etiam, non amplius, potiora Perill. I. I. Moseri & Franckii argumenta evincunt, potestatem scil. eccles. cum ipsa Superioritate T., licet aliunde originem ducat, intimo quidem nexu conjunctam atque unitam, minime vero partem illius esse substantialem. Utrumque eorum vero jura circa Sacra territorialia Statibus omnibus communia, & jurisd. ecclesiasticam, quam in Superioritate T. contineri nunquam voluerunt LL. Imperii, ubique fere miscere, ante me Viri docti monuerunt.

i) Act. P. W. T. II. p. 678.

k) Ibid. T. II. p. 698.

l) Ibid. T. II. p. 752. conf. quoque p. 753.

m) Ibid. T. II. p. 667.

n) Art. Schmalc. Tit. de Potest. & Prim. Papæ, & de potest. & Jurisd. Episc. conf. P. R. de A. 1555. §. XV. XX. XXIX. I. O. Art. V. §. 48.

o) Act.

o) Act. P. W. T. II. p. 524.
p) P. R. §. XX. XV.
q) Act. P. W. T. II. p. 524.

§. XXIX.

EX LL. DISTINCTIONE.

Leges denique etiam jurium Majeſtaticorum & collegialium diſtinctionem aperte produnt. Ita Subditis nullum, vel Juris *Territorialis*, *Epiſcopalis*, Patronatus, vel alio quocunque prætextu, præjudicium, quoties Dnus. T. vel religionem mutando vel ſuccedendo, diverſam a ſubditis ſuis religionem profitetur, afferri I. O. Art. VII. §. 1. patiuntur. Quam valide jura eccleſiæ collegialia LL. Imp. adprobentur, ex ejusd. § verbis final. intelligitur, quibus, hoc mutationis caſu, *ipſis Communitatibus* jura præſentandi, nominandi, aliaqua ſimilia relinqui præcipitur. Sane ex alia id cauſa factum non fuit, quam quod agnoverint S. Paciſcentes, talia per modum imperii ab unoquoque Imperantium exerceri non poſſe, ideoque nec juribus Majeſtaticis eſſe accenſenda. Adprime etiam J. O. Art. XIII. §. 8. eandem diſtinctionem obſervat, ubi Epiſcopi Catholici, quoties hic rerum potitur, adv. A. C. addictos jurisdictio plane *ſublata* eſt, atque ut nihil omnino in A. C. ſacra arroget ſibi juris aut obtineat, conventum. Cetera Superioritatis jura ipſi ſalva relinquuntur. Inutiliter obmovent Perill. J. J. Moſer *r*), Banniza *s*), aliique, diſpoſitionem hanc ſpecialem eſſe; ſit ita, verum regula generalis, clauſula noſtra propoſita, qua eccleſiæ Evangelicæ cuiusvis territorii propria jura collegialia relinquuntur, d. §. 8. Art. XIII. adcommodatur, confirmatur. — — Atque ita ſatis probatum dediſſe arbitror, neque Acta neque Leges ſilere, quod à Perill. J. J. Moſero *t*) & Franckio *u*) objicitur, ſed exacte ſæpius & has & illa diſtinguere, atque Status A. C. addictos, jurium collegialium non minus, quam Majeſtaticorum, tum ex eccleſiæ delatione, tum ſummi imperii vi & effectu, ſibi competentium, complexum omnem, clauſula potiſſimum noſtra, tanquam lege aliqua cardinali, Epiſcopis ademtum, & intra territorii limites revocatum, uſurpationis cujuslibet periculo eximere, & ſignificare inſimul voluiſſe, poteſtatem ſibi eccleſia-

cleſiaſticam, non regalium, non feudi jure, ſed ſpecialibus eccleſiæ cujusvis territorii pactis obveniſſe; juriumque circa Sacra compagem, neque ex ſola ſuperioritate T. neque ſola *eccleſiæ* delatione, ſed ex utroque potius fonte derivatam, ſuſpenſo juri Diœc. Catholicorum ſubſtitutam eſſe atque ſurrogatam.

r) *In der auf das allerbeſt gegrând. Jurisd. eccl. Cathol. Landes-Herrn &c.* ſupra jam alleg.

s) in Subſid. Interpr. Doctr. P. R. & W. §. 9. n. 1.

t) *Von der Landeshoheit im geiſtl. Anhang* p. 880.

u) In Diſſ. alleg. §. XI. in f. p. 20.

§. XXX.

PARAPHRASIS VERBORVM ART. V. §. XVI. (48) SISTITVR.

Verborum igitur J. O. Art. V. §. 48. initialium hanc paraphraſin ſiſto: Jus Diœc. & tota Jurisd. eccleſiaſtica, *Catholicorum*, cum omnibus ſuis ſpeciebus, *interna*, *externa*, *ſtatutaria*, *judiciaria*, *civili*, *criminali*, *ordinaria*, *delegata*, *propria*, *vicaria*, *mandata*, *uno verbo*, *jurium Papalium & Epiſcopalium tota compages*, contra A. C. Electores, Principes, Status (comprehenſa libera Imp. Nobilitate) eorumque ſubditos, *ſive Evangelicos ſive Catholicos*, tam inter Catholicos & A.C.Addictos, *ſive cauſa agatur inter Catholicos & A. C. Addictos, mediatos & immediatos*, quam inter ipſos ſolos A. C. Status, ſive *inter ſolos A. C. Status lis moveatur*, usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis, *perpetuitate pactis publicis x) adprobata*, ſuſpenſa eſto, *ſimpliciter in omnibus cauſis tam perſonas quam res eccleſiaſticas concernentibus abrogata*, *jugulata eſto*, & intra terminos territorii, *ejusque loco intra territorium*, *intra quod Principi vi Superioritatis T. Majeſtatica*, *& eccleſiæ in ſe & ſua natura liberæ & æquali ſocietati*, *pariter in territorio comprehenſæ*, *collegialia*, *à Pontifice & Epiſcopis revocata*, *ſed ſpeciali iterum titulo Principis adminiſtrationi commiſſa jura competunt*, Cujusque, *Electoris*, *Principis*, *Status*, *Nobilis*, *A. C. Addicti ſ. eccleſiaſtici ſ. ſecularis*, Jus Diœceſanum & jurisdictio eccleſiaſtica, *univerſus jurium circa Sacra territorialium atque collegialium complexus*, *& horum*

rum quidem secundum delationis legem, jurium socialium indolem & pacta territorii cujusvis publica, se contineat, *sit, existat, exerceatur, juribus Papalibus & Episcopalibus suspensis, abrogatis, substituatur, surrogetur, atque territorii limitibus includatur.*

x) P. R. d. A. 1555. §. 15. 29. 20. J. P. O. Art. V. §. 14. in f.

§. XXXI.

COROLLARIA DVCVNTVR, INTVITV MODI SYSTEMA IVRIVM COLLEGIALIVM PROBANDI.

His ita confectis, jurium collegialium Systema non remotive amplius, quod plerumque sit, defenditur, sed L. Imp. publica expressa probatur. Neque ulterius, nisi veritatis fundamento omni destituti, objicient Perill. Moser *y*), Franck *z*) & alii ab ipsorum partibus stantes, *silere Leges, proprias Protestantium declarationes & postulata Systema hoc ignorare, noviorum temporum partum esse, de quo cogitare non potuerint Principes Sacrorum Reformatores.* Nostra enim lege Systematis Collegialis propugnatores satis tuto ambulare posse, neque ipsis ullo modo erubescendum esse, arbitror; & quamquam dubio omni careat, Systematis hujus gloriam Pfaffio nostro deberi, testantibus Estor *a*), & Wiesenhavern *b*), aliud prorsus tantum est, arbitraria principia invenire, aliud ex principiis non arbitrariis, verum non satis evolutis, Systema ordinare. Jurium collegialium doctrina ipsi naturæ juri, quod æternum est & immutabile, innititur; non igitur arbitrarie excogitatam, nec noviter fundamentorum intuitu progenitam esse, hactenus non lege nostra solum, sed & multis Statuum Protestantium declarationibus evici, ita ut acutissime Perill. G. D. Hoffmann effatus sit, *in Eberhardinæ Carolinæ nostræ gremio non natam quidem, sed educatam fuisse Jurium circa Sacra in Majestatica & Collegialia distinctionem c).*

y) l. c. p. 880. n. 2.

z) in Diss. alleg. §. XXIII.

a) *In den neuen kl. Schriften B. I. St. IX. §. 17.*

b) *In den Grundsätzen* sæpius alleg. *p. 26.*

c) in Diss. de Independentia juris circa Sacra Statuum Evang. p. 19. n. 1.

§. XXXII.

INTVITV DIFFERENTIAE IVRIVM EPISCOPALIVM ET COLLEGIALIVM.

Episcopalia quoque jura & collegialia inter se non differunt, adeoque perperam à quibusdam disterminantur. Status enim A. C. addictos, potestatem ecclesiasticam, ab Episcopis antea exercitam, sub Episcoporum titulo, quorum personam se sustinere professi sunt stilo publico, eoque ad designandam potestatem ecclesiasticam recepto, suscepisse, acta publica loquuntur & clausula nostra docet, qua Jus Diœc. jurium & territorialium & collegialium complexum sistens *Territorio*, *Principi & ecclesiæ* vindicatur, atque illi secularia circa Sacra, huic collegialia jura, speciali titulo Superioritati T. iterum connexa, adjudicantur. Hinc A. C. Status *Principum, qui nunc Episcopi habentur*, nomine insigniuntur *d)*, & jurium collegialium complexus, *Episcopale e)*, *Diœcesanum Jus*, *jurisdictio ecclesiastica* termino artis vocatur. Quandoque etiam universum circa Sacra Jus *Diœcesani juris* nomine, quod clausula potissimum nostra factum fuisse arbitror, venire solet. Collegialium s. Episcopalium jurium administrationem plerumque penes Principem esse, quis est qui neget? Verum ea non tanquam propria, sed speciali titulo ab ecclesia sibi demandata exercet, Episcopalia dicta, quia ab Episcopis usque ad revocationem Sacrorum reformatione factam, possessa fuerant, quamvis ceteroquin Juris Episcopalis denominationem haud ita prorsus congruam esse, facile largiar. Rem adprime distinguit Wiesenhavern, *Im uneigentlichen Verstand*, inquiens, *nennt man das Bischoffs-Recht, welches die hohe Landes-Obrigkeit theils als Obrigkeit theils als ein Glied der Kirche in geistl. Sachen hat. Ja man kann auch das Collegial-Recht der Kirche, es mag selbiges die Kirche ausüben oder einem andern aufgetragen worden seyn — ein Bischoffs-Recht nennen f)*. Sensu ita improprio *Episcopalis* nomine insigniri Jus circa Sacra s. universum s. collegiale tantum, ex eo intelligitur, quod, Episcopis proprie sic dictis & qua talibus ἐξοχὴν quandam civilem aut imperium in reliquos vi officii per se non deberi, sola Verbi prædicatione & Sacrorum in salutem membrorum ecclesiæ administratione ipsis demandata, sanctioris non solum do-

ctrinæ principiis queis μηδ' ὡς κατακυριευοντες των κληρων, ἀλλα τυποι γινομενοι της ποιμνης g) cœtui intereſſe jubentur, ſed & ipſa eccleſiae, ſocietatis liberæ & æqualis indole, cujus nullum membrum plus ſibi juris arrogare poteſt, quam ceterorum unicuique competit, facile comprobetur. Jus Episcopale Pontificium uſurpatione adquiſitum. Utroque igitur hoc poſteriore ſenſu Statuum A. C. Addictorum Epiſcopale Jus non intelligitur, ſed priore vel latius vel ſtrictius ſumto ideo venire ſolet, quod collegialia inter eccleſiæ jura, & ea, quae ante Sacrorum παλιγγενεσιαν Epiſcopi exercuerunt, diſcrimen nullum intercedat.

d) Apud Goldaſt. in Conſtitut Imp. T. II. p. 213.

e) Conf. §. XXIII.

f) *in den Grundſæzen* ſæp. all. §. 14. p. 61.

g) 1 Petr. V. 3. conf. 2 Cor. I. 24. Matth. XX, 25. 26. Luc. XXII, 25. 26. 27.

§. XXXIII.

ENTVITV SENTENTIÆ JÆGERIANÆ, MOSHEMIANÆ ET KEVFELIANÆ.

Hac etiam via & ratione Jægeri *h*), Moshemii *i*) aliorumque Theologorum, jura quidem collegialia propugnantium, verum eorundem Statibus immediatis competentem adminiſtrationem ſpuriis omnino fundamentis ſuperſtruentium, ſententiæ, uti & Keuffeliana iſta jurium circa Sacra *in primaria & ſecundaria* diſtributio *k*) cadunt & deſtruuntur.

h) Quam, à Brentio & Melanchthone commodatam, in Diſſ. de Cone. Sacerd. & Imp. c. IV. expoſuit.

i) *Allgem. Kirchen R. der Proteſt.* p. 572. 573. ſeq.

k) in Elem. Jurispr. eccl. L. I. C. V. §. 21. 22.

§. XXXIV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0216
DFG

§. XXXIV.

INTVITV FRICKIANÆ.

Facile insuper Frickiana ista in Jus Episcopale *superius eminens* (*Oberbischœffliches Recht*) & *inferius s. vulgare* distinctione *l*) supersedemus. Ab instituti ratione cum longius abforet, singula, queis hæc sententia nititur, momenta percurrere, ad ea saltim provoco, quæ Ill. A. F. Schott *m*) solide & pro unde respondit, jura scil. Principum hoc sensu *Pontificalia* (*Oberbischœffliche Rechte*) dicta, proprio fundamento carere, & tum juribus circa Sacra Majestaticis, tum collegialibus inesse. Sufficiat igitur vel in transitu heic animadvertisse, quod jura ecclesiæ socialia, absque distinctione hac, acuti ceteroquin ingenii prole, per clausulam nostram in tuto collocata sint & maneant.

l) Quam *in den Abhandl. zu dem Protest. Kirchen R. I. Abhandl.* exhibuit, & Moserianæ sententiæ *in den Anmerk. über des Herrn Etats R. Mosers Abhandl. von dem Grund &c.* opposuit.

m) *Unparth. Critik. B. V. St.* 45. p. 449-467. *&* St. 46. p. 493.

§. XXXV.

INTVITV SVRROGATI.

In aliam quoque, quam quæ Perill. Püttero placet, discedere me opinionem, omnes intelligunt. *Suspensæ* scil. *jurisdictioni ecclesiasticæ nec quidquam aliud hactenus surrogatum fuisse*, Vir Perillustris *n*) docet Eandem Sententiam Perill. Nettelbladt *o*) Ill. Iaup *p*) aliique amplexi sunt. Ipsa quæstionis decisio non sine distinctione procedit. α) In Episcopos quidem jurium sibi ademtorum loco alia quædam collata, atque abrogatis substituta fuisse, nemo qui sapit, asseverare potest. Verum β) subjectionis nexui non solum, sublatis vinculis Papalibus, nexus Confœderationis, per potestatis Primatum, sub effícto Vicariatus Christi colore & ipso gladii spiritualis usu increscentem, neci datus, per ignorantiæ & superstitionis secula sepultus, sacrorum denique reformatione, ecclesiæ & Principum cura suscepta, in vitam revocatus successit, sed & γ)

Jus

Jus Diœc. & Jurisd. eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus ab Epiſcopis in territoriis A. C. Statuum exercita, quanta quanta ſuſpenſa, *Territorio* adjudicata, atque ita jurium circa ſacra territorialium & collegialium complexus omnis Juribus Epiſcoporum ſuſpenſis ſurrogatus fuit atque ſubſtitutus.

n) in Inſt. I. P. G. §. 422. p. 460.

o) In Diſſ. alleg. p. 34.

p) in Tractatione qua Principium de Jurisd. S. I. Tribunalium in cauſis eccleſ. &c. colluſtrat. p. 10.

§. XXXVI.

INTVITV IVRISDICTIONIS SVMMORVM IMP. TRIBVNALIVM.

Jurisdictio Catholicorum adverſus Evangelicos ſuſpenſa, & eccleſiæ, territorio comprehenſæ, quoad proprietatem lege noſtra adjudicata, non minus hanc doctrinam egregie firmat, quod Summorum Imperii Tribunalium jurisdictioni Auſtrægisve legalibus ſubjici cauſæ nullo modo poſſint, quas eccleſiaſticas vocamus. Nolo etiam heic ſingula argumenta recoquere, ex fortiſſimo iſto exactæ æqualitatis principio, in I. O. Art. V. §. 1. ſtabilito, I. O. Art. V. §. 52. R. V. de A. 1570. C. O. C. P. II. T. I. §. 3. c. 3. & 5. D. 10. c. 11. D. 96. c. 2. 3. 13. X. de Judiciis, c. 6. X. de Major. & obedientia, c. 9. X. de Arbitris, c. 3. X. de Ord. cognitionum, c 7. X. Qui fil. ſint legitimi, c. 16. X. de foro competenti, deſumta, & quæ tum antiquiore tum recentiore ævo Gail *q*), Stryck *r*), ab Uffenbach *s*), Bodinus *t*), J. H. Bœhmer *u*), Struv *x*), Eſtor *y*), Struben *z*), Viri Perill. G. D. Hoffmann *a*), Pütter *b*), G. L. Bœhmer *c*), de Falcke *d*), Viri Illuſtres, Taſinger *e*), J. C. Maier *f*), Iaup *g*), aliique plures doctiſſime & ampliſſime deduxerunt. Hoc ſaltim animadverto, cauſas quidem eccleſiaſticas in ſenſu generali ita dictas ex LL. ſecularibus circa ſacra dependentes, atque ex Conc. N. G. Transactione Paſſ. P. R. & W. decidendas, & inter utriusque religionis conſortes controverſas Iurisdictioni Cæſaris & Imperii omnino ſubeſſe, *h*) verum in cauſis eccleſiaſticis *privatis*, *proprie ſic dictis*, *ex LL. eccleſiaſticis*, *vi poteſtatis eccleſiaſticæ*

sticæ latis, dependentibus, jurisdictione in his ab Ecclesiis Evangelicis in Principes sui territorii A. C. Addictos tantum translata, Imperii LL. & clausula præsertim nostra confirmata, & territorii limitibus inclusa, Tribunalium Imperii, salvis ceteroquin Cæsaris & Imperii Juribus circa sacra secularibus, jurisdictionem esse nullam, ita ut neque per adpellationem, neque sub colore protractæ vel denegatæ justitiæ, neque continentiæ & connexionis causarum ad ista deferri queant, quamvis ceteroquin, ubi de incidentibus tantummodo civilibus, possessione vel quasi, vel etiam ubi de illicita contra Paces Religiosas turbatione quæstio sit, sua sponte Augustam Judiciorum Imperii supremorum Majestatem venerentur Status Evangelici. Utrum super querela nullitatis in judicio Status cujusdam ecclesiastico admissa cognitio iis competat, nec ne? difficilius disputatur. Affirmant ab Uffenbach *i*), Blum *k*), de Cocceji *l*), Textor *m*), de Cramer *n*), Mauritius *o*), Lauterbach *p*), Aug. Hoffmann *q*; Negant Bocerus *r*), Bodinus *s*), Perill. Pütter *t*) & Ill. J. C. Maier *u*) aliique. Hoc tantum addo, cognitione super nullitate processus ecclesiastici etiam admissa, causam principalem tamen ad ecclesiasticum Statuum judicium regredi debere *x*). Verum ut in viam revertar, Lege nostra jurisd. eccl. abs territorii cujusvis ecclesia in Summum Imp. Evangel. translata & latius & strictius sic dicta, tam significanter adprobatur, confirmatur, ut salvo hoc ex pactis ecclesiarum quæsito, P. R. & Lege nostra confirmato jure, A. C. Statibus eripi nequeat, &|cum *intra terminos territorii* tandum iisdem concessa sit, alii cuidam extra territorium constituto & ecclesiæ territorii non adscripto judici obtingere haud quaquam possit. Vim hujus argumenti tantam declaravit Perill. G. D. Hoffmann, ut, *si causæ sacræ & consistoriales ad jura collegialia pertinent, quæ non nisi à membro ecclesiæ Evangelicæ* (addo tantum suæ cujusvis territorii) *exerceri possunt, prius solem de cœlo rapi, quam jurisd. ecclesiasticam Judiciis Imperii vindicari posse*, pronunciare *y*) non dubitaverit.

q) L. I. Obs. 38. n. 2.

r) in Diss. de Jure Papali Princ. Evang. c. 6. & in Diss. de causis ad Cameram non adpellabilibus c. 3.

s) in tr. de Jud. Imp. Aul. c. 12.

t) in Diss. de illicita à Principibus Evang. in causis eccles. provocatione §. 15. p. 34 - 42.

u) in I. E. P. L. II. T. 2. & in Diss. de Majestate Magistratuum Imperii Majorum c. 2.

x) Jurispr. Her. T. IV. p. 385.

y) in Del. I. E. P. c. 11. §. 2. p. 162.

z) R. B. T. II. p. 32.

a) in Diss. de Indep. Juris circa Sacra §. XV. p. 4 - 42.

b) 1) in Elem. I. P. G. §. 603. 604. 2) *in den auserlesenen Rechtsfællen.* T. I. p. 185.

c) in Observ. Juris C. Obs. V.

d) Pro Memoria *der Chur - Braunschw. Comitial - Gesandschafft &c.* conf. *N. StaatsC. Th.* 21. *Abschn.* 6. *n.* 4. *p.* 390. & de Cramer *in den W. Nebenst. Th.* 79. *Abh.* 8. p. 107.

e) in Inst. Jurispr. Cam. S. III. Tit. II. §. 396.

f) *Teutsch. G. StaatsR. I. Th. IV. C.* §. 54. *seq.* p. 116. seq.

g) in Tract. alleg. p. totum. Plura ejus rei scripta pro & contra ventilata v. apud de Cramer *in den W. Nebenst.* 16. *Th.* 4. *Abh. p.* 85. *& de Zvvirnlein in den vermehrten Beitrægen zur Verbesserung des Justiz-Wesens am Cammergericht* 2 *Th. p.* 12. *seq.*

h) I. O. Art. V. §. 54.

i) in Tract. de Consil. Cæsar. Imp. Aul. C. X. p. 2.

k) in Proc. Cam. Tit. 43. §. 17. 23.

l) in Jurispr. publ. c. 32. §. 9.

m) in Disp. 2. Th. 17.

n) c. 3. Th. 16. p. 28.

o) in Diss. de Jud. Imp. Aul. Th. 17.

p) L. 49. tit. 5. §. 11.

q) in Consil. T. II. c. 1. p. 63. atque ibid. Ill. Icti Tubingenses in Consilio Hellmundiano, p. 76. ut & in Elect. J. Publ. T. 6. p. 72.

r) de Jurisd. c. 3. n. 49.

s) in Diss. alleg. §. 51.

t) in Elem. J. P. G. §. 605. & *in den Auserles. Rechtsfællen* l. c.

u) *Geistl.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0220
DFG

u) *Geiſtl. Staats R.* Th. I. §. 59. conf. quoque Fabri *Staats Canzl.* T. 26. p. 58. 75. 121. 230.

x) Arg. O. C. P. II. tit. 31. §. 14. conf. quoque Textor in Diſp. XI. th. 88. & Fabri *Staats Canzl.* T. 26. p. 74. Pfeffinger T. III. p. 288. & Corp. Evang. Deol. apud Ludolffum in Mantiſſa ad p. Del. J. C. 232.

y) In Diſſ. ſæp. alleg. §. XV. p. 37.

§. XXXVII.

RESPECTV IVRISDICTIONIS CATHOLICORVM IN SVBDITOS SVOS PROTESTANTES.

Statuum Catholicorum ſ. eccleſiaſticorum ſ. ſecularium, Lex enim non diſtinguit, jurisd. eccleſiaſtica cum adv. Evangelicos omnimode ſuſpenſa fuerit, neque eorundem territorio vindicata, ſequitur omnino, Catholicis Imp. Statibus in ſubditos Evangelicos, ſ. publ. ſ. privatum religionis exercitium, ſive A. 1624. ſive poſt eum, habuerint, Jura quidem circa ſacra territorialia intra limites pactis Imperii & territoriorum quoque particularium definitos omnia, aſt collegialium nullum, nullam jurisdictionem eccleſiaſticam regulariter competere, niſi *α*) eam A. 1624. *agnoverint*, ſpontanea ſubjectione admiſerint, & ipſa hac agnitione probata *β*) in iis tantum caſibus, qui A. confeſſionem nullatenus concernunt, *γ*) atque ut ipſis occaſione proceſſus nihil injungatur, A. C. vel conſcientiæ repugnans *z*; probandæ poſſeſſionis onus in Principem Catholicum, non ſubditos Evang. hac ratione devolvi *a*), cum jura eccleſiæ collegialia non niſi in S. Imperantem religionis intuitu ομοφωνον transferre voluiſſe, ob ipſa Catholicæ religionis principia præſumi queant ſubditi Evangelici, neque etiam æqualitati heic locus eſſe poſſit, quoniam eidem tantummodo locus datur, quatenus formæ Reip. Conſtitutionibus Imp. & Pacibus Religioſis conſentanea eſt, lege autem noſtra præſertim & in ſpecie non Dnis. T. Catholicis eorumve Territorio jurisd. eccleſiaſtica adjicetur, ſed potius ſuſpendatur in antecedentibus, adimatur.

z) I. O. Art. V. §. 48. coll. cum ejusd. Art. §. 31. P. R. de A. 1555. §. 20.

a) Quidquid obvertat Perill. I. I. Moſer in ſcripto ſub nomine Sinceri edito apud Fabr. T. 49. p. 495. & Catholicorum omnis congregatio.

§. XXXVIII.

RESPECTV A. C. ADDICTORVM IN SVBDITOS CATHOLICOS.

Cum ex adverſo Statibus Imp. A. C. addictis eorumque territorio Jus Diœc. & jurisd. eccleſiaſtica lege noſtra vindicentur, firmatur & hac conſequentia, quod Principibus Evangelicis in Subditos Catholicos, α) qui uſum Sacrorum *publicum* A. 1624. *non habuerunt*, β) & in eos, qui *publicum* religionis exercitium A. 1624. *habuerunt*, αα) *quatenus* in hos Epiſcopus Catholicus ββ) *toto iſto anno* (*dicto anno*) Jus Diœc. γγ) *quiete* non exercuerit, eatenus regulariter competat jurisd. eccleſiaſtica, *modo ipſis occaſione proceſſus nihil injungatur Religioni Catholicæ vel conſcientiæ repugnans.*

§. XXXIX.

RESPECTV IVRISDICTIONIS EORVM GENERATIM CONSIDERATAE EX TERRITORII CVIVSVIS INDOLE.

Pacta etiam territoriorum particularium publica clauſulæ noſtræ vi & effectu in tuto collocantur, & Statuum A. C. Addictorum Jus circa Sacra pactis conventis territorii cujusvis fundamentalibus propriis adſtringitur. Sed malo Jargowii verba mea facere, hæc omnia egregie illuſtrandis: *Zwar iſt es an dem*, ita loquitur, *daß das Jus circa Sacra ingleichem das Jus reformandi in dem J. P. wie auch in dem R. F. denen Evangel. R. Fürſten zugeſprochen worden: Allein es folget nicht, daß die Ausübung dieſer Jurium dem Landesherrn in ſolchen Landen, vvo der Landſtände Rath in vvichtigen Sachen erfordert vvird, privative, ohne darüber mit ſeinen Landſtänden zu conſultiren, in ervvähnten Reichsgeſezen zugeſtanden ſey. Es ſcheint vielmehr in den Worten des J. P. Intra terminos territorii cujusque Jus Diœc. & Jurisd. eccleſ. ſe contineat, das exercitium dieſer*

Rechte

Rechte auf die Landes-Verfaſſung reſtringirt zu ſeyn, zumal der Art. V. §. 33. I. P. ausdrücklich hierinnen den Landſtänden das Wort redet — Es erſtreckt ſich indeſſen dieſe Befugniß ſo vveit, als die Reverſales und Landesgeſeze ſolche feſtgeſtellt haben, und nach Maasgebung derſelben nicht nur auf die Aenderung in Rel. Sachen ſelbſt, ſondern auch auf die circa externa vorkommende Veranſtaltungen, als vvelcherhalb die Ueberlegung und Zurathziehung der Landſtände unentbehrlich iſt b).

b) in den Anmerk. über Struvens Diſcurs von den Landſtænden p. 175.

§. XL.

ET EFFECTIBVS GENERALIBVS CIRCA SACRA IVRIS.

Ceterum Statibus A. C. Addictis vi Juris Diœc. intra territorium competentis quoad beneficia mediata etiam Jura inveſtiendi Epiſcopos, confirmandi Prælatos & quoscunque beneficiarios, devolutionis, annatarum, menſium papalium; & quæ ſunt alia competere, lege noſtra declaratur.

§. XLI.

RELIQVAE FACILE SE OFFERENTES CONSEQVENTIAE B. L. RELINQVVNTVR.

Poſſent & aliæ veluti cauſas Principum matrimoniales, Jus ſymbolorum condendorum, ſimultaneum, Juris Diœc. & Jurisd. eccleſiaſticæ reviviſcentiam, mutatæ à Principe religionis caſum, Superioritatis Territorialis communionem, Cæſareæ circa territorii ſacra Commiſſionis Jus tangentes conſequentiæ ſubnecti multæ. Verum jubet heic filum abrumpere inſtituti ratio.

§. XLII.

CONCLVSIO.

Atque hæc ſunt, quæ pro ingenii modulo ad tuenda eccleſiæ & A. C. Statuum circa Sacra Jura eorumque independentiam brevibus ſaltim proponere volui, qui quamvis facile augurer, multos fore & quam plurimos, hæc mea omnimode improbaturos, conſilii tamen

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0223
DFG

inculpati & probitatis pallio involutus, etsi causa cadam, modo non ita prorsus inepte jurium collegialium patrocinium egisse arguar, sat felicem me existimabo.

Q. D. B. V.

NOBILISSIMO ATQVE CONSVLTISSIMO AUCTORI S. PRAESES.

Jam diu est, ex quo eadem illa, quæ TU satis feliciter docteque nunc interpretatus es, P. W. verba meditatus sum, quid quod amplam satis in ea commentationem exegeticam in chartam conjeci, ultimam adhuc limam expectantem. Pro eo autem, quo TE complexus sum, adfectu, & pro ea, quam in TE collocavi, fiducia, Auctor nihilominus Suasorque TIBI fui, idem Thema adgrediendi, amultis tractari & pertractari dignum. Nec me Spes mea fefellit, cum TE interpretem præstiteris, necessariis omnino donis, eruditione, industria & modestia singulari præditum. Nihil prorsus in toto hoc TUO labore mutavi, placuit totus. Hoc unum doleo, nos ejus Protocolli (p. 4.) compotes fieri haud potuisse, e quo hæc verba primum, velut ex machina, prodierunt, semper deinceps retenta. Dabit forsan hæc TUA dissertatio, quod & spero & opto, occasionem, in archivis illud eo magis investigandi atque edendi, si quod tum scriptum fuit, nec vero a deputatis, veluti Wirtembergico legato, BURCKARDO, cui SATTLERVS noster justa persolvit, notis modo & siglis excepta fuerunt, ibi tractata. Ego vero nunc TIBI faustum studiorum juridicorum colophonem, amplissimam summos in jure honores capessendi licentiam, munus Advocati dicasterialis praxinque jam adolescentem, ex animo gratulor, TEque Exteris quoque, quos salutabis, commendo quam enixissime, de TUI in me Amoris constantia certissimus.

Dabam Dom. Judica anni nostræ Universitatis Jubilæi MDCCLXXVII.

Opvsc. VI.

GODOFREDI DANIELIS HOFFMANNI COMMENTATIO IVRIS PVBLICI ECCLESIASTICI DE DIE DECRETORIO KALENDIS IANVARII ANNI MDCXXIIII. OMNIQVE EX PACE WESTPHALICA RESTITVTIONE.

IVLIVS PAVLLVS
in L. LXXXI. de V. S.

Cum Prætor dicat, ut opus factum RESTITVATVR, etiam *damnum* datum actor consequi debet. Nam *verbo* RESTITVTIONIS *omnis utilitas* actoris continetur.

SVMMARIA DISSERTATIONIS.

§. 1. *Annus quadragesimus octavus vario respectu illustris, posteritatique omnino commemorabilis.*
§. 2. *Tum pace Aquisgranensi, tum Westphalica.*
§. 3. *Quæ posterior Germaniæ non solum finem gravissimi belli sed quoque magis ordinatum statum reddidit.*
§. 4. *Sed demum quinquagesimus annus veram attulit felicitatem ecclesiamque & rempublicam per executionem pacis restituit.*
§. 5. *Ratio instituti.*
§. 6. *Dies decretorius non satis hactenus ab aliis illustratus, cujus discrimen ab anno intercedens curatior determinari debet.*
§. 7. *Præmittitur tractatione præliminaris de omni restitutione ex pace Westphalica.*
§. 8. *Quid bellum?*
§. 9. *Quid pacificatio & pax?*

§. 10.

§. 10. *Quid in pacificatione potissimum respiciendum.*
§. 11. *Amnestia sive lex oblivionis.*
§. 12. *Differt a pace, nihilominus ab ea abesse non potest.*
§. 13. *Amnestia hodie in omni pacis conventione respicitur.*
§. 14. *Transitus ad pacem Westphalicam.*
§. 15. *Restitutio statim in ea, præliminaribus confectis, pertractabatur.*
§. 16. *Quid restitutio sit, & in quo significatu sumatur.*
§. 17. *Sæpius quoque latior conceptus in LL. civilibus deprehenditur.*
§. 18. *Restitutio pacis est vel generalis vel specialis.*
§. 19. *Generalis potissimum fit vel ex capite amnestiæ vel gravaminum.*
§. 20. *Amnestia P. W. exserit sese illimitata, & quidem triplici modo* 1) *in sanctione pacis* 2) *in Lege oblivionis perpetuæ omnium præteritorum, quæ proprie sic dicta amnestia, &* 3) *in eo, quod pristinus status, uti ante bellum fuit, reducatur.*
ad §. 21. *Quid gravamina? — Dantur ecclesiastica & politica.*
§. 22. *Compositio gravaminum & amnestia, etiam in P. W. distinguuntur.*
§. 23. *Discrimina quædam inter restitutionem ex capite Amnestiæ & gravaminum in P. W.*
§. 24. *Utraque differt in effectu & termino.*
§. 25. *Effectus restitutionis ex capite amnestiæ—nonnisi ad possessionem bello amissam spectant, salvis juribus quibuscunque.*
§. 26. *Exempla adducuntur.*
§. 27. *Dubia tolluntur.*
§. 28. *Clausula amnestiæ salvatoria effectu restitutionis suspensivo destituta est.*
§. 29. *Effectus restitutionis ex capite gravaminum.— Versatur circa belli causam nec huic restitutioni Cl. salvatoria adjecta est.*
§. 30. *Continuatio.*
§. 31. *Eliduntur, quæ opponi possent.*
§. 32. *De termino restitutionis. Utraque accepit Terminum a Quo. Amnestiæ restitutio prior est terminus ad quem.*
§. 33. *Terminus a quo, seu initium restitutionis ex capite amnestiæ est annus* 1618.
§. 34. *Terminus a quo, S. initium restitutionis ex capite gravaminum est annus* 1624 *ejusque prima dies Ianuarii.*
§. 35. *De restitutione speciali.*
§. 36. *Historia utriusque in P. W. sancitæ termini.*
§. 37. *Terminus a quo restitutionis decretorius in Pacificatione W. quam maxime necessarius habebatur, sive gravaminum, sive amnestiæ, quod exemplis ex instructione Legatorum Cæsareorum, propositionibus pacis Suecorum & Gallorum probatur.*
§. 38. *Quid singulatim de gravaminibus senserunt Sueci? Inter primordia congressus nullum adhuc discrimen inter amnestiæ & gravaminum restitutio-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0226
DFG

tutionem observabantur. Unum eundamque annum 1618. *tanquam regulam constitutum iri cum Evangelicis sperantes.*

§. 39. *Realem quoque differentiam Cæsaris Legati utriusque restitutionum fundamenti non neglexerunt. Annum* 1630 *tanquam decretorium ex capite amnestiæ commendant, gravaminum vero compositionem lubentius ad universalia comitia regni rejecisset imperator.*

§. 40. *In Congressu tamen Osnabrugæ habito ex Imperatoris concessione de gravaminibus tractatur. Catholici quoad gravamina, saltim ecclesiastica, & amnestiam non alium terminum decretorium concedunt. Distinguitur inter mobilia & immobilia.*

§. 41. *Evangelici itidem cum Suecis in anno utriusque restitutionis decretorio* 1618 *immoti persistunt. Catholici distinguunt inter annum* 1627 *&* 1630, *quam posteriorem annum Legatus austriacus perseveranter sine distinctione commendat. Annus* 1624 *proponitur.*

§. 42. *Amnestia a gravaminibus separatur. Ulterior tractatio de termino restitutionis.*

§. 43. *Continuatio tractationis de termino restitutionis.*

§. 44. *Annus* 1618 *statuitur tanquam terminus restitutionis ex capite amnestiæ.*

§. 45. *Restitutio ex capite gravaminum iterum dupplicem terminum, diem & annum, accespit. Recensentur de horum discrimine Opiniones DD. diversæ.*

§. 46. *Refutantur distinctiones auctoris anonimi: Antipalladii Wormatiensis, qui inter actus tam exercitii religionis, quam possessionis bonorum eccles. continuos & discontinuos, discrimina quærit, illosque diei, hosque anno adscribere mavult.*

§. 47. *Rejicitur opinio eorum, qui solam possessionis diversitatem considerant, & pro majori vel minori probationis difficultate possessionis illius, quæ omnis restitutionis fundamentum, vel totum annum, vel primum saltim diem ejus concedi putant.*

§. 48. *Sententia eorum qui tum inter exercitium religionis & possessionem bonorum ecclesiasticorum, tum & inter restituendos mediatos atque immediatos distinguunt non penitus est rejicienda. Auctoris opinio de discrimine anni & diei in duo axiomata reducta.*

§. 49. *Axioma I) duo membra iterum in se comprehendens.*

§. 50. *Axiomatis Imi. membrum primum „toties quamcunque anni partem decretoriam esse, quoties de ipso saltim religionis exercitio sermo sit“ ex I. P. stabilitur.*

§. 51. *Probatio alterius membri, Axiomatis Imi. Quoties de restitutione bonorum ecclesiasticorum mediatorum mediatis facienda agatur, toties quamcunque anni* 1624 *partem decretoriam esse.*

§. 52. *Axioma II.*

§ 53. *Ejus probatio.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0227
DFG

§. 54. *Quidnam sit ille dies decretorius?* — *ex antea deductis concluditur.*
§. 55. *De appellatione diei decretorii, variisque ejus cognominibus & elogiis.*
§. 56. *Conclusio.*

§. I.

ANNVS QVADRAGESIMVS OCTAVVS VARIO RESPECTV ILLVSTRIS, POSTERITATIQVE OMNINO COMMEMORABILIS.

QVEM, ante hunc proxime elapsum, absolvimus ANNVM, præsentis sæculi, supra *quadragesimum*, *octavum*, is non solum *augustis* NOVAE PACIS *auspiciis*, sed præterea *sæculari* quoque PACIS WESTPHALICAE *memoria*, illustris, omniumque sæculorum posteritati, vel solis hisce nominibus, ut alia omnia nunc prætereamus, commemorabilis, jure meritoque suo, visus fuit.

§. II.

TVM PACE AQVIS GRANENSI, TVM WESTPHALICA.

QVO certior enim, quoque exploratior erat, quam lætabundi tum ingrediebamur, SPES, pristinæ securitatis & tranquillitatis, PACE, cujus conditiones opinione multo celerius feliciusque convenerunt, ipsis AQVIS GRANENSIBVS longe salubriores, propediem recuperandæ; eo quoque multo jucundior gratiorque bonis omnibus fuit *sæcularis* & *centesimus*, universalis illius, superiori memoria, in WESTPHALIS *conditæ* & hucusque, quantum quidem temporum injuria licuit, *servatæ* PACIS, quem hilares tum celebravimus, NATALIS.

§. III.

QVAE POSTERIOR GERMANIAE NON SOLVM FINEM GRAVISSIMI BELLI SED QVOQVE MAGIS ORDINATVM STATVM REDDIDIT.

SICVT namque tam EVROPA omnis, quam nostra inprimis GERMANIA, gravi & periculoso isto, quod inde ab obitu CAROLI VI. Augu-

Auguſtiſſimi quondam Imperii Moderatoris, quam latiſſime ſæviit, bello, ſeſe jam nunc, ſat *cito*, ſi ſat *bene* perfunctam putat, optat, ſperat: ita etiamnum *utraque*, hoc præſertim, in omnium *hiſtoriarum* annalibus, nonniſi albis candidiſſimisque lapillis ſignando PACIS *tempore*, exoptatiſſimum, duriſſimi illius, quod ab annorum, queis duravit, numero, *tricennalis* nomen meruit, *belli* finem, deſideratiſſimam utriusque rei publicæ, ſacræ & civilis, reſtaurationem, imo formatum rurſus, magisque ordinatum, publicum totius Imperii ſtatum, in VNA quidem, ſed omnia hæc & complura alia bona, miro atque fortiſſimo faſce complectente, PACE WESTPHALICA, tripudians ſibi gratulatur.

§. IV.

SED DEMVM QVINQVAGESIMVS ANNVS VERAM ATTVLIT FELICITATEM ECCLESIAMQVE ET REMPVBLICAM PER EXECVTIONEM PACIS RESTITVIT.

QVAM *pacem*, divinum *illud* & cœleſte donum, ſanctiſſimum *iſtud*, ſacrorum, quæ ſalutis æternæ cauſa colimus, palladium, ſacroſanctum *hoc* ararum noſtrarum monimentum, 1) cum pro eo, ac par eſt, veneremur, atque ceu proram & puppim felicitatis noſtræ pie exoſculemur: ejus quoque *memoriam*, iſtumque PRIMVM illius NATALEM SÆCVLAREM, colere, quovis honorum genere proſequi, & non tam feſtiva atque ſolemni, inani plerumque, pompa 2), quam potius devotiſſima, in cœleſtem illius *auctorem*, æque ac terreſtres ejus conſervatores 3), pietate, eoque ardentiore *relligionis*, cujus libertatem illa tantopere tuetur, *exercitio*, concelebrare decet. Idque *hoc* inprimis, quem DEO AVSPICE nuper ingreſſi ſumus, ANNO, ſæculi ſui *medio*, 4) puta *quinquageſimo*, quo nempe ante hos C. annos, Germaniæ noſtræ, ea demum bona deguſtare, imo vero plenis potius cyathis haurire licuit, ampliſſima, quæ ei, ſuperiore jam anno MDCCXLVIII. condita & die Octobris 14. (24.) paciſcentium *ſubſcriptione* corroborata PAX WESTPHALICA eminus ſaltem oſtenderat. Cum enim non minoris molis opus fuerit, pacis illius EXSECVTIONEM, quam ejus SANCTIONEM condere, fieri haud potuit, ut patria noſtra *eodem* mox, quo pacis inſtrumenta ſubſcripta

fuerunt, jam tunc inclinato, vel *proximo* ſtatim, multis impedimentis adhuc removendis impenſo, *anno*, priſtinæ tranquillitati & ſecuritati RESTITVERETVR, externo milite omni liberaretur, omnesque pacis illius conditiones ad effectum deducerentur. Hoc enim omne, haud quaquam ſufficientibus illis, quæ ipſa *pacificatio*, circa executionem 5) decreverat, demum poſt conventum belli Ducum *Pragenſem*, poſt conferentiam illorum *Mindenſem*, poſt edictum Imperatoris *reſtitutorium*, *arctiorem* illum, quem vocant, *modum exequendi*, poſt diuturnum illum, at longe ſaluberrimum, conventum *Norimbergenſem*, pacis executivum, poſt ſubſcriptum *Receſſum* executionis *præliminarem*, poſt tot projecta *Receſſus principalis*, illisque adjecta *monita*, poſt varias deſignationes reſtituendorum in tribus terminis, poſt ipſos denique *Receſſus* executionis illius principales, *Norimbergæ* conditos & ſubſcriptos, ſicque demum ante hos C. annos, anno nempe MDCL. contigit. Hic nempe *annus* QVINQVAGESIMVS, uti & in prioribus *ſæculis* 6) Germaniæ auſpicatus evenit atque pacificus, veram demum pacem attulit, *eccleſiam* & *rempublicam* RESTITVIT, Germaniam externo milite omni liberavit, pleraque pacis capita executioni dedit, omnibusque bonis vel tandem metum illum, acrioris adhuc belli, ſubinde juſtiſſimum, excuſſit; dignus profecto, qui *hodie* aeque colatur, celebretur, publicisque gaudiis & celebritatibus exornetur, ac quidem alter ille, qui proximum anteceſſit MDCXLVIII. qui ſpe tantummodo futuræ pacis & felicitatis blandiebatur, nihilque dulcedinis ipſius adferebat. Proinde olim quoque in tribus iſtis annis, MDCXLVIII. MDCXLIX. & MDCL. *pacis Weſtphalicæ* cauſa hinc inde inſtitutas ſuiſſe novimus feſtivitates 7). Vnde nec illi errarunt, vel errare facile potuerunt, qui jam dictum 14. (24) *Octobris* diem peragendis publicis gaudiis impenderunt. 8) Faxit modo DEVS, ne idem hic, quem vivimus, *annus*, *novæ* aliquando *paci* cauſam præbeat, vel ſacræ, vel civili, iſtamque potius, ſedatis quoque motibus, tam *ſeptentrionalibus*, quam *Italicis*, confervet, quam ante hoc *biennium* nobis donavit, pacem.

1) Dici vix poteſt, *quot & quantis*, ſuo jure meritoque, non a ſolis modo juris publici doctoribus, ſuisve commentatoribus, ſed in ipſis quoque legibus, actis & ſcriptis publicis, ad invidiam usque, *Pax* iſta ornetur & cumuletur *elogiis*. Potiora quædam recenſuit *illuſtris* CAROLVS OTTO REICHENBERGIVS, *in diſp. de pacis Osnabrugenſis obligatione univerſali*, *ſect. I.*

Lip-

Lipsiæ anno 1720. *edita*, §. *VIII. pag.* 12. 13. ubi inter alia hoc quoque occurrit, quod eam non nemo apud FR. IRENICVM, sive potius IO. PHIL. OLDENBVRGERVM, *in Collegio juris publici*, ad proprios suos, sub ficto PH. A. BVRGOLDENSIS nomine scriptos, *Discursus in I. P. W. p. III. Disc. I. pag.* 2. gemeiner Reichs-Stände BJBEL dixerit. Recte scilicet, qui raro alias recte circa hanc pacem sentit, insignis ille, illustri AVGVSTINO a LEYSER, *in vol. Medit. ad Pand. VIII pag.* 376. judice, prævaricator, GODOFREDVS FERDINANDVS de BVCKISCH, in *dedicat. Observat. ad I. P. O. W. pacem hanc veram & propriam legem Imperii fundamentalem vocans, qua S. R. G. Imperii, tum in ecclesiasticis, tum in politicis, moderna facies in brevi quasi tabella repræsentetur. Cum enim hæc ipsa pacis constitutio primaria tranquillitatis publicæ sit basis, cum in ea jura principum & statuum in sacris & profanis confirmata, formam Imperii nostri temperatam, judiciis vim & auctoritatem redditam, religionis libertatem vindicatam & in tuto positam, pacemque publicam contra audaciorum infractiones munitam conspiciamus*, cum CHRISTIANO GODOFREDO HOFFMANNO, *in præf. ad analysin P. W.* quærere nobis licebit, *quodnam superfit juris publici caput, quod non in celeberrima hac lege præsidium & certissimum decidendi principium inveniat.* Est nempe *transactio* illa PERPETVA LEX & PRAGMATICA IMPERII SANCTIO, novissimo Imperii *Recessui* (§. 4. 6.) inserta, inque omnibus interea conditis *capitulationibus* (*art.* 2.) & *pacificationibus*, ipsamet quoque novissima AQVIS GRANENSI, confirmata. *Instrum. P. W. Osnabr. artic. XVII §.* 2. 4. 5. & *Monast §.* 112 vid. B IO. GODOFR. de MEIERN, *in præf. Tom. I. Actor. Pac. Westph.* B I. H. BOEHMERVS, *in disp. de indole & auctoritate Sanctionum pragmaticarum, Halæ anno* 1737. *ed. cap. II. §.* 9. *pag.* 74. *seq.* & *Historiarum Prof. Publ. Helmestadiensis* (FRANCISCI DOMINICI HAEBERLIN) zufällige Gedanken und Erläuterungen über die Aachische Friedens-*præliminarien*, 1748. *ad artic. I. pag.* 156. Scilicet *depuis plusieurs siecles il ne s'est point fait de negociation, ou tant de Monarques, Potentats & Princes soient intervenus & ou on ait employé un si grand nombre d'habiles Ministres, qu'au Congres de Westphalie*, scribit ABRAHAM WICQVEFORT, *l'Ambassadeur, Liv. II. sect. XIII. p.* 177.

2) Id quod eo tamen usque extendi nollemus, ac si *sollemnes* illas, vario adparatu, variis in locis, præsertim vero in *urbibus imperialibus* & *academiis*, *memoriæ* & *natalis* illius causa pie institutas *panegyres* non adprobaremus, quas potius, ceu pietatis zelique exempla, omni laude posterorumque imitatione perquam dignas censemus. Nec enim nostra penitus siluit EBERHARDINA, quæ sola in *Instr. P. art. V.* §. 24. diserte nominatur, eique *reditus* sui, pie fundati, confirmantur, *Reverendissimo* ejus CANCELLARIO, in actu magisterii anni illius, de hac ipsa Academiæ nostræ felicitate, verba, ea, qua solet, facundia faciente, eisque insignem illum in *discursu* GVNDLINGIANO, *pag.* 175. admissum errorem, ac si *reditus*

isti *e civitate & territorio Goeppingensi atque pago* Pflummern provenirent, refellente.

3) Imo in ipsam quoque *pacem*. Argumento eorum, quæ tum in ipso instrumento, *artit. V.* §. 50. & *artic. XVII.* tum & apud B. GOTTLIEB SAMVELEM TREVERVM, in libellis, von der Pflicht eines geistlichen Lehrers und Schrifftgelehrten bey Religions Sachen in dem teutschen Reich nach denen Reichs-Gesetzen, *Lipsi.* 1721. 4. & *de officio academiarum Germaniæ in Cæsarem & Imperium, Goettingæ anno* 1735. editis, nec non apud IO. IAC. MOSERVM, *in præcognitis Juris publici generalissimis, cap. III.* §. 2. 3. *sq.* leguntur.

4) Nostram ideo tamen haud facimus, sub initium hujus sæculi acriter & vehementer agitatam, logomachiam, num annus 1700. superioris sæculi ultimus, num vero hujus primus vel secundus plane fuerit? De qua præter dissertationem IO. GE. ABICHTI, *Lipsiæ* eodem anno editam, videre sunt scripta eristica, tum quæ exstant in ANT. FABRI Europäischer Staats-Canzley, *Part. IV. pag.* 803. *& sqq* tum quæ recensentur in denen Hamburgischen historischen *Remarquen*, vom Jahr 1699. *p.* 200. 375. *sqq.* 400. und vom Jahr 1700. *pag.* 38. *sqq.* Confer quoque, si nummos quosdam hanc in rem cusos, videre volupe tibi sit, satyricos, *Thesaurum numismatum modernorum hujus sæculi* vom Jahr 1700. *pag.* 8. *sqq. & pag.* 74. nec non LOCHNERI *Medaillen* Sammlung, *part. I. pag.* 425.

5) *Articulis* præsertim, *penultimo*, sive XVI. & *ultimo*, XVII.

6) Sic, *anno* 1550. CAROLVS V. *armata* quidem, at, teste ipsorum RECESSV *de anno* 1551. tranquilla tamen, *Augustæ Vindelicorum* celebravit comitia, liberum & generale concilium, dissidiorum in sacris causa, instaurandum decernentia. IO. SLEIDANVS, *L. XXI. & XXII.* Vnde eodem quoque anno Papa IVLIVS III. *Concilium Tridentinum* restaurari jussit. Annus 1450. tum FRIDERICI III. A. C. nuptiis Lusitanicis, AENEAS SYLVIVS, *in historia Friderici III. Imp. pag.* 38. *seq.* tum & pacificatione Sueviæ & Franconiæ, acri antea bello implicitarum, celebris est & illustr. NAVCLERO & TRITHEMIO ad hunc annum testibus. Anno 1350. tandem CAROLVS IV. omnibus æmulis suis remotis, uti insignia, ita quoque regnum solus obtinuit, hocque restituere & ordinare cœpit. IO. PET. de LVDEWIG, *in Norimb. insign. Imp. tutelari, cap. VII. pag.* 155. Anno 1250. Germania nostra haud caruit Rege, WILHELMO *Batavo*, istam licet haud potenter regnante. Anno 1150. amisit ista Regem Rom. HENRICVM, Imp. CONRADI III. filium, cujus mors FRIDERICO *Barbarossæ* solium adperuit. Anno 1050. HENRICVS III. Imp. tam *Belgis*, quam *Polonis*, pacem dedit. vid. B. G. STRVVIVS, *in Corp. hist. Germ. per. VI. sect.* 2. §. 7. 8. *pag.* 500. *&* 501. Anno 950. OTTO M. LVDOVICVM *Vltramarinum* Gallorum Regem e manibus HVGONIS, *Comitis Parisiensis*, liberavit. IDEM, *pag.* 242. Iam vero neque *altius* adscendere, neque *specialius* digredi, vacat.

7) To-

7) Teſtantibus id deſcriptionibus *panegyricis*, in quibus recenſendis præter THEATRVM, quod fere allegare tædet, EVROPAEVM, copioſus eſt celebris ille Poli-& Polygraphus Lipſienſis IO. CHR. LVNIGIVS, *in Theatro ceremoniali*, *Tom. I. pag.* 812. Confer VOGELII *Annales Lipſienſes ad annum* 1648. & *quinque* illos panegyricos, quos collegit TOB. OELHAFEN von SCHOELLENBACH, *in Templo Pacis in Imperio Romano Germanico extructo*, *Francofurti* 1657. 8. *ed.*

8) Conf. inſignis Vitembergenſium Orator & JCtus ERNESTVS MARTINVS CHLADENIVS, in oratione ſæculari, qua ipſo pacis Weſtphalicæ centeſimo natali d. XXIV. OCT. A. P. S. ɔlcɔlcXLIIX. in panegyri academica demonſtravit pacem Weſtphalicam plane inter exempla haberi; juncta *progr. de Abuſu Bullæ Brabantinæ ad I. P. W. art. IX. §. 1. Vitembergæ* 1748. edito.

§. V.

RATIO INSTITVTI.

CVM vero *nihil* hodie, ſive *accepti*, ſive *funeſti*, contingere videas, quod non illico in uſus ſuos converterent, indeque ſcribendi materiam, non tam ſolliciti quærerent, quam potius avidi arriperent, quibus commentandi neceſſitatem officii ratio impoſuit, taliaque ab ipſo tempore ſponte veluti oblata themata plerisque grata eſſe ſoleant & accepta: nemo ſane nobis jure vitio vertere poterit, quod, noſtram quoque *ſymbolam* ad condigne celebrandum *ſæcularem* iſtum *pacis* NATALEM, pro virium modulo, collaturi, *commentationis* hujus *academicæ* argumentum, ex intimis *Weſtphalicæ* illius *pacificationis*, ejusque ante hos C. annos peractæ EXSEQVVTIONIS, viſceribus depromere nobis placuerit, ad colendam porro & celebrandam ejus memoriam perquam aptum, ſi modo, æterno honore digna, chartaceis & vix ullam ætatem laturis, proſequi fas eſt monimentis. Hanc enim PACEM WESTPHALICAM ſuo jure non decet monimentum, *niſi*

ære perennius,
Regalique ſitu Pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum. 9)

9) Qua-

9) Quale olim exegit monimentum Q. HORATIVS FLACCVS *L. Carminum III. od.* 30.

§. VI.

DIES DECRETORIVS NON SATIS HACTENVS AB ALIIS ILLVSTRATVS, CVIVS DISCRIMEN AB ANNO INTERCEDENS CVRATIOR DETERMINARI DEBET.

CVR vero iſthunc præcipue DIEM DECRETORIVM, quem libelli frons inſcriptum habet, quemque PACIS WESTPHALICÆ *inſtrumenta*, OSNABRVGENSE præſertim, ceu *normam* & *regulam*, ſive κρίσιν & *judicium*, ſancte obſervandum ſtatuunt, KALENDAS puta IANVARIAS *anni* cIↃ IↃ cxxIIII. huic ſcopo deſtinaverimus, ejus rei ratio hæc potiſſimum fuit, quod ille nondum ſatis illuſtratus, vel interpretum opera pertractatus, ſed potius obiter ſaltem ab illis, qui de ANNO DECRETORIO, ſive quacunque anni iſtius cIↃ IↃ cxxIIII. parte, egerunt laudatus, nec vero ab *hoc* ſatis adhuc diſtinctus fuerit. Quod DIEM & ANNVM, CRITICVM utrumque & DECRETORIVM, intercedens DISCRIMEN, uberiore & curatiore determinatione perquam omnino dignum, *nos*, ad eandem, quam *alii* 10) ANNO impenderunt, DIEI quoque navandam operam, potiſſimum permovit.

10) Sunt autem illi, tum HENRICVS HILDEBRANDVS, in *diſp. de anno decretorio* 1624. *inſtrumenti pacis Cæſareo-Suecici, inter Romano-Catholicos ex una, & Auguſtanae Confeſſioni addictos ex altera parte, quoad reſtitutionem in cauſa religionis ejusdemque annexorum jurium & bonorum eccleſiaſticorum faciendam, memorando*, ſive dem Entſcheid-Jahr zwiſchen denen Catholiſchen und Evangeliſchen in ſtrittigen Religions- und darzu gehörigen Gerechtigkeits-Ubungen, *Altorfii Anno* 1705. edita, ſæpiusque interim recuſa, tum IVSTVS CHRISTOPHORVS DITHMARVS, *in diſp. de anno decretorio exercitii religionis in Germania, Francofurti anno* 1709. habita, & in *Syllogen exercitationum* illius *academicarum*, *anno* 1737. editam, *P. I. num. VII. pag.* 160. recepta. Magis etiam de *anno*, quam *die* ſollicitus fuit IO. SCHILTERVS, *in diſſ. de termino, a quo reſtitutio bonorum eccleſiæ petenda, Argentorati anno* 1678. ed. atque tam libello auctoris *de pace religioſa pag.* 271. quam *ſpecimini X. & ult. meditationum ad Inſtr. Pacis pag.* 1977. inſerta.

§. VII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0234
DFG

§. VII.

PRÆMITTITVR TRACTATIONE PRÆLIMINARIS DE OMNI RESTITVTIONE EX PACE WESTPHALICA.

HIC autem DIES *noſter* DECRETORIVS, cum æque ac univerſus ille ANNVS, *terminus* ſit *reſtitutionis* 11) ex capite *gravaminum*, a quo, pro dignitate ſua feliciter *pertractari* haud poterit, donec ante omnia, de omni hac RESTITVTIONE ex pace *Weſtphalica*, ejusque tum *indole*, tum *differentiis*, actum fuerit ſatis. Hanc enim, *præliminarem* veluti *tractationem*, intima, quæ RESTITVTIONEM ipſam, ejusque TERMINVM, intercedit, *connexio*, imperare nobis videtur.

11) *Inſtrum. P. W. O. Art. V. §. 2.*

§. VIII.

QVID BELLVM?

OMNIS *certatio per vim*, definiente M. T. CICERONE, *bellum* eſt. Inquit enim ille: 12) *In republica maxime conſervanda ſunt jura belli. Nam cum ſint duo genera* DECERTANDI, *unum per diſceptationem, alterum* PER VIM; *cumque illud ſit proprium hominis, hoc beluarum: confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore.* Plane, uti VLYSSES apud DICTYN 13) CRETENSEM, *imperfecta igitur re conſequens fuit arma capere, jusque* PER VIM *extorquere, quod amice impetrare nequitum eſt.* Quum vero, ut non unus tantum *actus*, ſed omnis ille *ſtatus*, belli nomine veniat, uſu obtinuerit, HVGO GROTIVS 14) *bellum* vocat *ſtatum*, ſive conditionem, *per vim certantium, qua tales ſunt.* Quem omnes plerique juris naturæ & gentium doctores, ut ſolent, ceu anteſignanum, in deſcribendo bello ſequuntur. Niſi quod ALBERICVS GENTILIS 15) monuerit, cadere hanc definitionem æque in tumultum & vim publicam, quam bellum, *hoc*que ideo *juſtam publicorum armorum contentionem* dixerit, & CORNELIVS van BYNCKERSHOEK 16) *bellum* definire maluerit, *eorum, qui ſuæ poteſtatis ſunt,*

juris sui persequendi ergo, concertationem per vim vel dolum, tandemque *perillustris* L. B. de ICKSTATT, 17) τω *certare per vim*, nisi probe determinetur, obscuritatis vitio laborare crediderit. Quomodocunque autem *definiatur* bellum, sane nihil aliud erit, quam *iste hominum, vel liberarum* potius *gentium, in statu naturali invicem viventium, juris sui persequendi causa, vi dolove concertantium, propositumve concertandi retinentium, status atque conditio.* Sunt verba incomparabilis quondam IO. GOTTLIEB HEINECCII 18). Quod scilicet in statu *civili* est ACTIO, qua mediante prosequimur in judicio jus nostrum, idem illud in statu *naturali* est BELLVM 19). Sicut igitur *actione* adversario nostro intentata, non solum jus, quod nobis debetur, nudum & in se spectatum, verum insimul quoque omnem *causam* atque indemnitatem, ratione expensarum & damnorum, ceu *consequens*, persequimur: ita quoque *bello* non id solum, quod nobis debetur, jus, nudum atque in se spectatum, verum insimul quoque omnem *causam* & indemnitatem ratione impensarum & damnorum, ipsomet quoque bello nobis illatorum, *accessorii* instar, vindicamus 20).

12) *L. de Officiis I. cap.* II. *pag. editionis* GRVTERO SCHREVELIO ELZEVERIANÆ 1214.

13) *De bello Trojano, L. II. pag. edit. Jansson.* 46.

14) *De jure belli & pacis, L. I. cap. I. §. 1. num. 1.*

15) *De jure belli, L. I. §. 2.*

16) *In quæst. Juris publ. L. I. cap. 1.*

17) *In Elementis juris Gentium*, exasciatis sane, *Wirceburgi anno* 1740. editis, *libro IV. cap. III. §. 2.* & schol. *p.* 299. Hisce vero omnibus jungi omnino meretur, GROTIVM, defendens, CHR. LVDOV. SCHEIDIVS, *in disp. de ratione belli, Hafniæ anno* 1747. *ed. §. X. pag.* 10. 11.

18) *In Elementis juris N. & G. Lib. II. §.* 191. *pag.* 532.

19) Confer. CPH. FRID. MELHORN, *in comparatione inter actus bellicosos & litigiosos, Regiomonti anno* 1739. edita.

20) Vid. omnino perillustris L. B. de ICKSTADT, *all. l. L. IV. cap. XII. §.* 2. 3. *& Lib. V. cap. II. §.* 2. 3. 5. *p.* 430. 431. & 458.

§. IX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0236
DFG

§. IX.

QVID PACIFICATIO ET PAX?

BELLO *opponitur* PAX. *Inter bellum* enim & *pacem*, probe obſervante M. T. CICERONE, 21) *nihil eſt medium.* *Omnis* namque *vita civilis*, recte ab ARISTOTELE, 22) in *duo* illa *tempora*, penes quæ omnis ſalutis humanæ arbitrium eſt, *negotii* puta & *otii*, *belli* & *pacis*, dividitur. BELLVM eſt ſtatus extraordinarius. PAX contra ordinarius. Eſt enim *hæc* naturæ humanæ quam maxime convenieus, & ad eam conſervandam perficiendamque apprime idonea. Imo ei *propria*, potiſſimumque legis naturæ objectum. PACEM quippe *homo* præ *brutis* habet præcipuam. Aſt BELLVM *ei* cum *brutis* commune.

Pax decet alma hominem, gaudet fera bellua bello 23).

Nam & *belluæ* 24) *per vim* quidem, non vero etiam *per diſceptationem* poſſunt *decertare.* Illis arma ſunt adnata, hominibus non niſi armis parandis tractandisque aptæ manus. Inde & vitulus nondum enatis cornibus ea parte minatur, & equuleus nondum firmatis ungulis calcitrat, & catellus dentibus nondum robuſtis morſitat.

Sentit enim vim quidque ſuam, qua poſſit abuti.
Cornua nota prius vitulo, quam frontibus exſtant.
Illis iratus petit atque infenſus inurget.

Vti T. LVCRETIVS CARVS, 25) vel uti Q. HORATIVS FLACCVS 26 canit:

Vt, quo quisque valet, ſuſpectos terreat: utque
Imperet hoc natura potens, ſic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit. Vnde, niſi intus
Monſtratum?

Bello pax quæritur & obtinetur. *Bellum gerimus, ut in pace vivamus*, inquit idem ille PHILOSOPHVS. 27). Nemo *enim est*, pergens, *qui bellum expetat, vel apparatum bellicum faciat, bellandi causa. Sanguinarius is prorsus esse videretur, qui amicos ea causa sibi hostes redderet, ut pugnæ & cædes orirentur. Nemo* sane *bonus*, C. C. TACITO 28) judice, *adeo in arma promtus, ut non idem pretium quietis, quam periculi malit. E Bello* ad *pacem* itur *pacificatione.* PACIFICATIO scilicet est propositum illud, omnis illa pactio & conventio, de redeundo a statu belli adstatum pacis. Ipsa autem PAX, quæ una triumphis innumeris potior & optima rerum, quas homini novisse datum est, 29) est illa liberarum gentium, naturali inter sese statu gaudentium conditio, qua sibi mutuo & sponte jus suum tribuunt, vel, si mavis, perpetuo destinata civitatum quies & cessatio ab armis actibusque hostilibus. Qui igitur bellum pacificatione componunt *pacis*que *fœdus* pangunt, illi ut penitus ab armis recedant, omneque proporro per vim certandi *propositum* deponant, necesse est. Cum *pax* & *bellum* earundem partium intuitu simul stare nequeant. Hoc est, non solum ipsam belli *causam*, idve, propter quod illud primario & principaliter gestum fuit, *tollere*, sed & insimul de ipsis belli *effectibus* & necessario inde consequentibus malis, utrinque illatis & acceptis, transigere debent. Quid enim ista pax juvaret, qua non obstante, composita quidem lite principali, propter ista tamen mala & incommoda, *bellum* eo usque continuaretur, donec de eisdem quoque, nova pace, inter partes convenerit. Ni autem hoc vel tandem fieret, nova semper *belli causa* adforet, sicque omnis *pacis spes*, absurdissimo hocce *processu in infinitum*, decollaret.

21) *In Philippica VIII. cap. I. pag.* 606.

22) *L. Polit. I. cap.* 3. & *L. VII. cap.* 14. 15. Memineris heic sine dubio & jure quidem *principii* Institutionum Sacratissimi Imp. IVSTINIANI.

23) Secundum MARCELLVM EALINGELIVN STELLATVM, *in capricorno, pag.* 288. *vers.* 9.

24) A quibus etiam, si FESTO credimus, *bellum* nomen accepit suum. Compara, quæ huc congessit, insignis ille *Gœttingensium* Philologus, IO. MATTHIAS GESNERVS, *in novo L. Lat. Thesauro, tom. I. col.* 538.

25 De

25) De *rerum natura*, L. I. *verſ.* 1032. *ſq.*
26) L. *Sermonum* II. *Sat.* I. *verſ.* 50. *ſq.*
27) L. *Ethicorum* X. *cap.* 6.
28) L. *Hiſtoriarum* IV. *cap.* 14.
29) Sic *pacem* laudat SILIVS ITALICVS L. II.

§. X.

QVID IN PACIFICATIONE POTISSIMVM RESPICIENDVM.

FACILI negotio hinc perſpicitur, bellum *pacificatione* componentibus, vel partibus *belligerantibus* ipſis, vel, qui ſe in eam interponunt, 30) conciliatoribus & *mediatoribus*, ad *duo* potiſſimum *objecta* reſpiciendum eſſe. *Primo* ad ipſam belli *cauſam*, & *deinde* ad *effectus* ejus. *Illa* nihil aliud eſt, quam id ipſum jus, quod inter partes controverſum. *Hi* vero ſunt calamitates, mala & damna, jure belli & victoriæ ultro citroque data & accepta. Ante omnia quidem, ſi *pacis* cedere debeat *bellum*, primario & principaliter circa *prius* illud objectum, ipſam nempe *belli cauſam* verſandum, deque illo judicandum, ſive potius dato aliquo & retento, amice tranſigendum eſt. Varias namque, pro re nata & circumſtantiarum varietate, induit formas, vel *pacti*, vel *transactionis*, vel *fœderis*, 31) reapſe haud diverſas. Deinde vero *poſterius* quoque haud negligendum erit. *Illud* bello prius eſt, ſive eo præexiſtit, & ad pacem usque perdurat, belli *cauſa* & pacis *objectum*. *Hoc* autem bello poſterius eſt, bellum jam coeptum demum ſubſequitur, belli *effectus* & pacis *acceſſio*. Illud *publicum* ſaltem eſt, hoc vero etiam ad *privatos* pertinet. In illo maximum plerumque pacis opus, graviſſimus illius componendæ labor conſiſtit. Ibi ſcilicet rhodus, ibi ſaltandum, ubi partes belligerantes ſuperiore deſtitutæ, proprio ſuo, hucusque in propria cauſa exercito, judicio renunciare, ubi conventam cauſæ belli deciſionem facere debent. Reliqua deinceps ſua velut ſponte, prono alveo fluunt. Poſtquam nempe circa ipſum jam ante bellum & in bello controverſum jus ſemel conventum, poſtquam ipſa belli cauſa ſemel

sublata, postquam primarius adeo belli fomes semel extinctus, de effectibus, calamitatibus, malis & damnis hujus facile transigitur. Nam, ut jureconsulti loquuntur, damna & expensæ vel refunduntur victori, vel compensantur utrinque, velut necessarii belli, ejusdemque causæ, effectus. Sicut vero *prius* illud pacis objectum principale est, ita in *hoc* non nisi secundarium & accessorium veluti pacis argumentum latet, eo majoris tamen momenti, quo longius tristiusque *pacem* antecessit *bellum*.

30) Præter PHIL. MVLLERI, *de mediatore*, & GOTTLOB FRID. SELIGMANNI, *de iis, qui in pacificationem se interponunt*, Diss. Jenæ & Lips. jam anno 1678. edd. suo jure huc conferri meretur B. GOTTL. SAM. TREVERI disp. *de prudentia circa officium pacificatorum inter Gentes, Helmestadii anno 1727. habita, cap. II.*

31) Vid. B. IO. WILH. de GOEBEL, in *tract. de pactis, foederibus & sponsionibus, cap. II. §. 1. 2. pag. 69.*

§. XI.

AMNESTIA SIVE LEX OBLIVIONIS.

HÆC *posterior*, quæ non ipsam & primariam quidem belli causam ferit, neque adeo, illam decidendo & componendo in arcem causæ invehitur, sed potius de effectibus duntaxat & necessariis belli consequentiis, calamitatibus, malis & damnis, belli jure utrinque illatis, vel resarciendis, vel nullo modo vindicandis, eodemque plane loco, ac si nunquam illata fuissent, habendis, instituitur, pactio, conventio vel transactio, AMNESTIA 32) sive *lex oblivionis* dicitur, veraque & potens omnium bellorum eorundemque incommodorum est *panacea*, quicquid e bello reliquum, ulceris sanans, omnemque ejus sensum & memoriam oblivioni tradens.

32) Iam anno 1571. Jenæ libellum *de amnestia* in 8. edidit IO. WIGANDVS. Hunc excepit CYRIACVS HERDESIANVS, qui Francofurti anno 1643. 4. *de amnestia publica* scripsit. Eodem hoc anno Stralsundæ libellum *de amnestia*, Oldenburgi postea anno 1678. 8. recusum, edidisse dicitur DAV. MEVIVS. Notior autem est MARCI ZVERII BOXHORNII *de amnestia* labor, Helm-

Helmſtadii non ſolum anno 1673. 4. editus, ſed etiam P. GVDELINI *comm. de jure pacis*, Lugd. Bat. anno 1688. 12. ſubjunctus. Similis huic eſt H. BOECLERI *diſſ. de amneſtia*, diſpp. acadd. *pag.* 430. *ſq.* inſerta. His vero omnibus palmam facile præripit H. COCCEIVS, in diſp. *de poſtliminio in pace & amneſtia*, Francofurti anno 1691. edita, *& in Tomo Diſſſſ. I. num.* 78. *pag.* 1113. conſpicua. Noviſſimi ſunt WOLF EHRENREICH a KLVX, in diſp. *de amneſtia ſive lege oblivionis. Lipſ.* 1736. ed. & VAL. IAC. ASSMANNVS, in epiſtola *de uſu amneſtiæ apud Germanos* eidem inſcripta.

§. XII.

DIFFERT A PACE, NIHILOMINVS AB EA ABESSE NON POTEST.

HÆC *publice ſancita eorum omnium, quæ durante diſcordia hoſtiliter ultro citroque facta fuerunt*, OBLIVIO, proprie quidem a PACE differt, hujusque veluti pars eſt, *corollarium* atque acceſſio. PACE de bello ipſo ejusque *cauſis*, AMNESTIA autem de injuriis ſaltem damnisque hoſtilibus, invicem illatis, adeoque belli *effectibus*, tranſigitur. *Illa* publicis utriusque partis *gravaminibus*, quæ bello gerendo cauſam dederunt: *hæc* vero injuriis ſaltem *damnis*que, belli tempore illatis, medelam adfert 33). *Illa* negotium, de quo per vim certatum fuit, definit: *hæc* vero ea ſaltem, quæ in progreſſu belli acta geſtaque fuerunt, ordinat. Nihilominus tamen a PACE nullo umquam modo abeſſe poteſt AMNESTIA. Fac enim, ſi poteris, nihil quidquam, de *ea*, inter paciſcentes, vel *expreſſe*, vel *tacite*, conventum fuiſſe, & novam ſemper, eandemque priori multo pejorem, belli cauſam habebis. Quis enim iſta bellum neceſſario comitantia mala & incommoda æquo ferat animo? vel nullam plane eorundem ab inferente deſideret reſarcitionem? Recte igitur, noſtro quidem judicio, *Philoſophi* 34) & *Iureconſulti* 35) omnes, qui amneſtiam, legem pacis naturalem eique tacite nihilominus, quamvis nominatim dicta haud fuerit, ineſſe ſtatuunt. Operoſe heic, ſed fruſtra, diſſentiente HENRICO COCCEIO 36). Contra quem tamen diſputantes ſibi a *logomachia* fatis temperare nequeunt. Pacem, cum eo, 37) ſtricte, *tranſactionem de cauſa*

inter

inter summas potestates controversa, definiens, ea simpliciter & nativo saltem ambitu facta, transactionem de damnis atque injuriis, fervente bello factis, non expressam, haud contineri, negare profecto haud poterit. Sicuti vero conceptum pacis, nulla quippe urgente necessitate, nemo facile adeo coanguſtabit 38): ita quoque omni pacificationi, vel *tacite* & virtualiter hanc ante actorum oblivionem inesse nemo facile inficias ibit. Accedit, amnestiam vel simpliciter in *oblivione* præteritorum consistere, vel conventam insimul *restitutionem* 39) continere. Qua posteriore nominatim haud expressa, omnia in eodem, quo bellum desiit, statu & loco manent, omniaque bello turbata, ne ipso quidem H. COCCEIO 40) refragante, tacite remissa censentur.

33) Vti generatim, abstracto fere, a pacis nostræ exemplo, argumento generali, inter ea, quæ bello ansam dedere, & ea, quæ in ipso bello atque armorum decursu per occupationes damnaque hinc inde data de novo succreverunt, scite distinguit laudatus jam IO. AD. de ICKSTATT, *in Elem. jur. gent. L. V. c. II. §. 5. pag. 462. & sq.* ubi sic pergit: *Vtraque pacis ineundae objectum constituere dubio caret. Enimvero, sopitis per transactionem utrinque conventam controversiis, quæ bellum antecesserant, quæque gravamina in specie dicuntur, injuriæ, læsionesque inter ipsa arma emergentes a paciscentibus ita sæpe tolluntur, ac si nunquam extitissent aut datæ fuissent, id est, perpetua oblivione atque amnestia sepeliuntur, atque inde restitutionum post pacem faciendarum duos veluti fontes seu potius terminos nanciscimur: ex capite scil. gravaminum seu controversiarum bellum prægressarum; dein ex capite amnestiæ seu annullatione omnium eorum, quæ durante bello hostiliter acta occupataque fuere, & conventioni gravaminum in specie repugnare deprehenduntur.*

34) Quorum fax & tuba est H. GROTIVS, *L. III. cap. 20. §. II. 12.*

35) E quibus nonnisi *trigam* hancce laudabimus, PETRVM nempe GVDELINVM, *de jure pacis, cap. III. §. 5. pag. 12.* CHR. BESOLDVM, in *dissert. hist. polit. de pace, cap. III. §. 6.* & DAV. MEVIVM, in *Decis. P. II. dec. 24. n. 1.*

36) *In all. disp. sect. II. §. 8. 9. p. 1117. sq.*

37) Ibidem, *sect. II. §. 7. p. 1117.*

38) Amplissime potius & recte quidem *pacem* definiunt perillustris L. B. de ICKSTATT, all. loco, *L. V. cap. II. §. 1. p. 457.* & summe reverendus idemque longe celeberrimus Dn. Prof. ISR. GOTTL. CANZ, *in disciplinis suis moralibus, §. 3451. pag. 1142.*

39) De

39) De cujus ad amneſtiam habitu, tum H. COCCEIVS, *cit. loc. ſect VI. pag.* 1147. tum & WOLF EHRENREICH AVGVSTVS a KLVX, in diſp. *de amneſtia ſive lege oblivionis*, §. *XVII. XVIII. pag.* 47. *ſq.* luculenter egerunt.

40) Ibidem, *ſect. V.* §. 2. *& ſect. VI.* §. 21. *pag.* 1142. & 1151. Neque reapſe diſſentit, ſed diſſentire KLVXIO ſaltim videtur SAM. STRYKIVS, in diſp. *de jure oblivionis*, quæ in tr. *de jure ſenſuum X.* eſt, *cap. V. n.* 21.

§. XIII.

AMNESTIA HODIE IN OMNI PACIS CONVENTIONE RESPICITVR.

ADEO *utilis* autem hæc AMNESTIA jure reputatur ſuo, ut hodie vix ulla ineatur, pacis conventio, inter cujus numeris diſtinctos *articulos* illa non agmen ducat omnique velut pactioni & pacificationi baſin ſubſternat atque fundamentum firmiſſimum. Prout noviſſimæ illius, pacis *Aquisgranenſis* 41) exemplo, longe manifeſtiſſimo, denuo edocemur. Patet *illa* porro adeo late, ut rectiſſime ad ea quoque bella pertinere cenſeatur, quæ inteſtina, *civilia*, minus juſta & ſollemnia, nullosque habitura ſunt triumphos, ſive cum illis geruntur, qui alterius partis *imperio* quomodocunque ſubſunt. Tantum enim abeſt, ut abhinc exulet *amneſtia*, quin potius, cum omnis pax, etiam *rebellibus* promiſſa, ſervanda ſit, nullibi magis neceſſaria videatur illa, quam inter tales arctiori quodam vinculo civili junctos, quin illa tacite ideo ſubintelligenda, ubi etiam haud expreſſa fuit, quin olim hiſce bellis propria eoque etiam tempore in illorum compoſitionibus exprimi & diſerte paciſci ſolita fuerit, quibus illa cæteroquin liberis populis in ſuis pacificationibus nondum adeo uſu venerat, quin illa a civilibus ad juſta demum bella tranſierit. Id quod varia illa ab HENRICO COCCEIO, 42) WOLF EHRENREICH AVGVSTO a KLVX, 43) & VALENT. IAC. ASSMANNO, 44) hunc in finem conducta exempla, ſatis ſuperque probant. Eminet inter illa, tum vetuſtate, tum elegantia ſua, THRASIBVLI *lex*, quam victo *Lacædemoniorum* LYSANDRO *Athenienſibus* ſuis tulit: NE QVIS ANTE ACTARVM RERVM ACCVSARETVR, NEVE, MVLCTARETVR. 45)

41) In cujus die *Aprilis* XXX. MDCCXLVIII. ſignatis *præliminaribus* AMNESTIA demum *articulo* XXI. ſanciebatur. Et quidem ſequentem in modum: „*Il y aura un oubli général de tout ce qui aura pu être fait ou commis*

„pendant la présente guerre, & chacun, au jour de l'acceſſion de toutes „les Parties, ſera conſervé, ou remis en poſſeſſion de tous les biens, di„gnités, benefices eccleſiaſtiques, honneurs, rentes, dont il jouiſſoit, ou „devoit jouir, au commencement de la guerre, non obſtant toutes les de„poſſeſſions, ſaiſies, ou confirmations occaſionées par la preſente guerre. In ipſo autem pacis inſtrumento *articulus II. de amneſtia* totidem fere verbis agit, ordini ſuo hoc modo reſtitutus.

42) Allег. loco, *ſect. IV.* §. 4. *pag.* 1139.

43) In cit. diſp. §. *V. pag.* 7.

44) In laud. *epiſtola*, anno 1740. recuſa.

45) De qua vid. CORNELIVS NEPOS, in *vitis Impp. Lyſandri & Thraſibuli*, nec non VALERIVS MAXIMVS, *L. IV. cap.* 1.

§. XIV.

TRANSITVS AD PACEM WESTPHALICAM.

HAVD difficulter ſubodoraberis, B. L. quorſum omnis hæc tendat *præfatio*, cujus tradita propius jamnunc adplicanda erunt PACI noſtræ WESTPHALICÆ paci dulciſſimae paci laudatiſſimæ, paci auguſtiſſimæ. Componebatur iſta, omnem ſpem ſuperante felicitate, bellum *tricennale*, ſolo nomine ſuo bonis horrorem incutiens & terrorem Longius enim, durius, triſtiusque haud experta fuit Germania, inde ab illo, quod CAROLVS M adverſus liberos & paganos adhuc SAXONES geſſit, identidem *religionis* 46) prætextu inſtitutum, tresque, ſupra *triginta*, annos 47) continuatum Adeo durum autem, acre, diuturnum, confuſum & complicatum illud tricennale fuit, ut ſub ipſum congreſſus pacificatorii initium, de eo adhuc dubitatum diſputatumque fuarit, quinam primario partes fuerint *belligerantes*, nuncque principaliter *paciſcentes* 48) eſſe debeant, quique adeo ad congreſſum *admittendi*, vel ab illo *arcendi* 49) ſint. Donec tandem, ea, quam *vrooemia* INSTRVMENTORVM, OSNABRVGENSIS & MONASTERIENSIS, continent, formula placuerit.

46) Scilicet

tantum religio potuit ſuadere malorum.

uti T. LVCRETIVS, *de rer. nat. L. I. verſ.* 102. ait, Aſt hominum perverſitas, non

relli-

religio peperit scelerosa atque impia facta.

Vt idem *ille* canit, *L. I. vers.* 48.

47) Sicut præter omnes ævi istius *annales* testatur EGINHARDVS, in *vita* CAROLI M. *cap. VII. & VIII.* qui singulari, sed deperdito hodie libello, *belli* istius *Saxonici* historiam scripserat. Conf. IO. H KRAVSII *dubia vexata circa C. M. Historiam*, §. *XXII. sq.* & cel. IO. DAV. KOELER, in *disp. noviss. de transportatione Saxonum, sub Carolo M facta*, §. 3. 4.

48) Teste B. IO. GODOFR de MEIERN, *in actis pacis Westphalicæ publicis*, sæpius deinceps laudandis, *Tomo I. L. I. II. III sq.*

49) Ceu pluribus exposuit *illustris* I. H. BOEHMERVS, in disp. qua *controversias quasdam selectas circa tractatus P. W* Halæ anno 1720. exhibuit, *controv II III & V.* Cui jungendus IACOBVS CAROLVS SPENERVS, in dem teutschen *jure publico, libro I. cap.* 8. §. 3. *pag.* 190. *seq.*

§. XV.

RESTITVTIO STATIM IN EA, PRÆLIMINARIBVS CONFECTIS, PERTRACTABATVR.

OMNIBVS scilicet pacis impedimentis 50) vel tandem e medio sublatis, omnibusque deinceps *præliminaribus* 51) rite confectis, illud statim *momentum* sive *punctum* proponebatur, quod omnium maxime controversum, multo difficillimum atque distrahendis odio & invidia immortali pacisentium animis longe aptissimum erat, RESTITVTIONEM putamus *læsorum*, optimum illud & præstantissimum *pacis* beneficium, mira prudentia & non minore constantia Plenipotentiariorum pertractatum atque ad effectum, multis ante nominibus impossibilem visum, feliciter tandem perductum.

50) Varia namque pacis *impedimenta*, variis ex capitibus, *generatim* nasci possunt atque oriri. Quorum sat multa recensuerunt illustraruntque B. DAV. SCHEINEMANN, in disp *de eo, quod justum est circa pacis impedimenta, maxime qua statum pacisentium spectant*, heic loci anno 1698 ed. & *cel.* ANDREAS ELIAS ROSSMANN, in progr. *de exceptionibus juris Gentium in negotio pacis*, Halæ 1738. ed.

51) Non ea hic putamus *præliminaria*, quæ jam *anno* 1641. *Hamburgi* concluſa fuere, sed ea, quæ in ipso deinceps congressu, die 1. Julii 1643. inchoato, ipsi pacis tractationi inopinatam injiciebant remoram, apud B. IO. GOD. DE MEIERN, in *Tomo I.* facile reperiunda. Cæterum de *præliminaribus* generatim lectu digna sunt, quæ scripserunt IO. GVIL. HOFFMAN-

MANNVS, in disp. *de observantia gentium, circa præliminaria pacis*, Francofurti anno 1740. ed. §. *II. VII. XXVI. XXVII.* & FR. D. HAEBERLIN über die Aachische Friedens-*præliminarien*, *pag.* 140. *seq.*

§. XVI.

QVID RESTITVTIO SIT, ET IN QVO SIGNIFICATV SVMATVR.

NON *illa* quidem in pacis *instrumento* latius & generatim describitur, quod vix necessarium fuisse putamus, neque etiam uno eodemque semper significatu accipitur *illa*, cum subinde quamcunque *præstationem* 52) pacisentes dixerint *restitutionem*, sed plerumque tamen in proprio & nativo sensu suo, *grammatico* æque ac *juridico ibi* sumitur, quatenus scilicet RESTITVTIO hæc ex Pace *Westphalica*, vel beneficium, jus & facultas, *bonis* & *juribus*, secundum tabulas pacis illius alicui compentibus, modo convento atque præscripto, potiundi, vel, altero respectu, *obligatio* est sive necessitas legalis, omnia, pace ista alicui haud confirmata, dimittendi alterique rursum tradendi Is, cui *facultas* ista competit, RESTITVENDVS cui vero *obligatio* hæc incumbit, naturali non solum ratione, verum ipsorum quoque summorum pacisentium exemplo & authoritate, 53) vocatur RESTITVENS.

52) Velut in *Art. V.* §. 25. & *Art. XVI.* §. 5. Conf. *L. un C. de suffrag.* nec non, quæ de latiori hoc restitutionis sensu congesserunt IO. GOEDDEVS, *de V. S. pag.* 326. *num.* II. & B. BRISSONIVS, *de V. S. pag. edit. Heinecc.* 1794 *sq.*

53) Vtraque enim adpellatio *restituentis* & restituendi occurrit in *Artic. XVI.* § 4.

§. XVII.

SÆPIVS QVOQVE LATIOR CONCEPTVS IN LL. CIVILIBVS DEPREHENDITVR.

EVNDEM quidem restitutionis conceptum, *generalem* prorsus & *latissimum*, sæpius quoque in *legibus* nostris *civilibus* deprehendimus, cum v. gr ICtus PAVLLVS 54) *restitui* dicat, quod plenarie ss *in priorem locum reponitur*. Quæ vero in *illis* & majori adhuc numero apud Doctores inveniuntur distinctiones atque universalem illum restitutionis sensum admodum restringentes limitatio-

tiones, eas recte omnes procul huc facessere jussit HENRICVS COCCEIVS. 56) Quid enim pactione restitutionis, quam *ex formula antiqui juris fieri* dicit MENIPPVS apud T. LIVIVM, 57) æquius? cum *sine justa cujusquam indignatione fieri* dicatur a D. VLPIANO, 58) siquidem *mutua* sit & *reciproca*.

54) *In L. XXXVIII. §. 4. de usuris & fruct.*

55) Quam sæpissime *particula* hac utitur P. W. velut *Art. III. §. 1. Art. IV. §. 6. 42. & 45. Art. V. §. 2. 29.* ubi *pleniſſime* & *32. Art. X. §. 1. Art. XV. §. 1. & 3.*

56) In disp. *de postliminio in pace & amnestia, sect. VI. §. 2. Tom. I. pag.* 1147.

57) *L. XXXIV. cap.* 58.

58) In *L. 1. pr. quod quisque juris in alterum stat.*

§. XVIII.

RESTITVTIO PACIS EST VEL GENERALIS VEL SPECIALIS.

ALIA autem RESTITVTIO ex *pace Westphalica* est GENERALIS, alia vero SPECIALIS, sive potius alia ex *generali*, alia vero ex *speciali* CAVSA fit. Quæ distinctio non est *cerebrina*; nihil enim heic *fingere* licet, sed diserte potius in *instrumento* pacis fundata, quod alios *vigore hujus transactionis ejusdemque regularum generalium, vel specialis expressæque alicujus dispositionis ad restituendum, cedendum, dandum, faciendum, aut aliud quid* præstandum obstrictos 59) perhibet. Quædam namque *restitutionum*, ob quæ faciendæ sunt, *fundamenta*, aliis pluribus *communia*, quædam vero huic vel illi saltem personæ & causæ *propria* erant. Vnde hoc *discrimen* non potuit non emergere. Cujus effectus & usus, potissimum ratione *probationis, præsumtionis* atque *interpretationis*, sese exserit.

59) *Artic. XVI. §. 5.*

§. XIX.

GENERALIS POTISSIMVM FIT VEL EX CAPITE AMNESTIÆ VEL GRAVAMINVM.

GENERALIS autem *regula*, cujus *vigore* RESTITVTIONES faciendæ erant, *duplex* potissimum est, AMNESTIÆ altera, altera vero

GRAVAMINVM. Quæ *duo* reſtitutionum *fundamenta*, pro eo, ac par fuit, curate abs ſe invicem *diſtinxerunt* ſummi paciſcentes. Sicut namque jam ſupra §. X) *duo* potiſſimum *pacis*, in generaliori illo ſignificatu, *objecta* eſſe, *unum*, in ipſamet primaria & principali belli cauſa, *alterum* vero in effectibus ejus, malis puta & calamitatibus, conſiſtere, hocque poſterius adeo haud negligi poſſe, ut tacite potius ſemper & ubique (§. XII.) ſubintelligatur, generatim obſervavimus: ita nunc quoque cum H. COCCEIO 60) ſpeciatim laudanda erit ſumma illa atque providentiſſima paciſcentium circa utrumque diſtinguendum cura. Quorum ductu idem hoc DISCRIMEN, *utramque* intercedens *reſtitutionem*, jam nunc eo uberius a nobis exponendum erit, quo minus hoc ab *aliis* 61) jam ante occupatum fuit argumentum.

60) All. I. *ſect. IV.* §. 6 *pag.* 1140.

61) Si a ſolo forſan H. DE HENNINGES diſceſſeris, diſcrimen hoc *ad* §. I. *Art. III ſpec.* I. *pag.* 27. *nota t)* atque *ad* §. 13. *Art. V. ſpec. II. pag.* 224. nonnullis illuſtrante differentiis. Ceu recte in eo laudavit *Rev. Dn. Cancellarius*, C. M. PFAFFIVS, in denen *academiſchen* Reden über das Kirchen-Recht, *P. II. cap. V.* §. 4. *pag.* 340.

§. XX.

AMNESTIA P. W. EXSERIT SESE ILLIMITATA, ET QVIDEM TRIPLICI MODO 1) IN SANCTIONE PACIS 2) IN LEGE OBLIVIONIS PERPETVÆ OMNIVM PRÆTERITORVM, QVÆ PROPRIE SIC DICTA AMNESTIA, ET 3) IN EO, QVOD PRISTINVS STATVS, VTI ANTE BELLVM FVIT, REDVCATVR.

QVÆ in Pace *Weſtphalica* ſancita fuit AMNESTIA, illa neque particularis, ſed *univerſalis*, neque limitata, ſed *illimitata*, neque ſimplex & nuda, ſed qualificata atque *reſtitutionis* effectu donata. (*Art. III.*) Commode illa in *tres* partes, ſive *tria* diſtinguitur *membra*. Primum conſiſtit in ſanctione pacis, ad quam e belli ſtatu redire conſtituerant partes, atque in *primo* ſtatim, fundamentali velut, *articulo* continetur. Vbi: *Pax ſit chriſtiana, univerſalis, perpetua, veraque & ſincera amicitia inter* SACR. CÆS. MAIESTATEM, *Domum* AVSTRIACAM, *omnesque ejus* FOEDERATOS *& adhærentes*,

&

& singulorum hæredes & successores, inprimis Regem Catholicum, ELECTORES, PRINCIPES *ac* STATVS IMPERII, *ex una, &* S. R. MAIESTATEM *Regnumque* SVECIÆ, *omnesque ejus* FOEDERATOS *& adhærentes & singulorum haeredes ac successores, inprimis* REG. CHRISTIANISSIMVM *ac respective* ELECTORES, PRINCIPES, STATVSQVE IMPERII, *ex altera parte, eaque ita sincere serioque servetur & colatur, ut utraque pars alterius utilitatem, honorem ac commodum promoveat, omnique ex parte & universi Romani Imperii cum Regno Sueciæ, & vicissim Regni Sueciæ cum Romano Imperio fida vicinitas & secura studiorum pacis atque amicitiæ cultura revirescant ac reflorescant.* 62) Secundum est *lex oblivionis*, quæ & stricte *amnestia* dicitur quam prolixissime & ampliſſime in *articulo secundo* sequentem in modum dicta: *Sit utrimque perpetua oblivio & amnestia omnium eorum, quæ ab initio horum motuum quocunque loco modove, ab una vel altera parte ultro citroque hostiliter facta sunt, ita ut nec eorum, nec ullius alterius rei causa vel prætextu alter alteri posthac quicquam hostilitatis, aut inimicitiæ, molestiæ vel impedimenti, quoad personas, statum, bona vel securitatem per se vel per alios, clam aut palam, directe vel indirecte, specie juris aut via facti in Imperio, aut uspiam extra illud (non obstantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus) inferat, vel inferri faciat aut patiatur, sed omnes & singulæ hinc inde tam ante bellum, quam in bello, verbis, scriptis aut factis illatæ injuriæ, violentiæ, hostilitates, damna, expensæ, absque omni personarum rerumve respectu ita penitus abolitæ sint, ut quicquid eo nomine alter adversus alterum prætendere posset, perpetua sit oblivione sepultum.* Tertium denique membrum illud est, quo hæcce *amnestia* pacis *Westphalicæ* omnium maxime superbit, quoque sese potissimum a simplici illa & nuda *oblivione* distinguit. *Iuxta hoc* enim *universalis & illimitatæ amnestiæ fundamentum*, concepta legis *articuli tertii*, verba, *universi & singuli S. R. I. Electores, Principes, Status, (comprehensa immediata Imperii Nobilitate) eorumque vasalli, subditi, cives & incolæ, quibus occasione Bohemiæ Germaniæve motuum vel foederum hinc inde contractorum, ab una vel altera parte aliquid præjudicii aut damni quocunque modo vel prætextu illatum est, tam quoad ditiones & bona feudalia, subfeudalia & allodialia, quam quoad dignitates, immunitates, jura & privilegia restituti sunto plenarie, in sum utrinque statum in sacris & profanis, quo ante destitutionem gavisi sunt,*

sunt, aut jure gaudere potuerunt, non obstantibus, sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus. Quemadmodum vero tales restitutiones omnes & singulæ intelligendæ sunt, salvis juribus quibuscunque tam directi, quam utilis dominii, in vel circa bona restituenda, sive secularia sive ecclesiastica, sive restituenti, sive restituendo, sive cuivis tertio competentibus, salvis item litis pendentiis desuper in Aula Cæsarea, sive in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis aut mediatis Dicasteriis vertentibus, ita hæc clausula salvatoria generalis, vel aliæ subsequentes speciales ipsam restitutionem nullatenus impediant, sed competentia jura, actiones, exceptiones, & litis pendentiæ post factam demum restitutionem coram competenti judice examinentur, discutiantur & expediantur, multo minus hæc reservatio ipsi amnestiæ universali & illimitatæ quicquam præjudicii afferat, aut etiam ad proscriptiones, confiscationes & ejus generis alienationes extendatur, vel articulis aliter conventis interque hos compositioni gravaminum aliquid deroget, nam quantum juris in bonis ecclesiasticis hucusque controversis ejusmodi restituti vel restituendi sunt habituri, patebit infra articulo de gravaminum ecclesiasticorum compositione. Illud *futurum*, istud *præteritum*, hoc *præsens* ordinat atque determinat. In *futurum* namque sit pax, non bellum, (*art. I.*) *præteritorum* omnium perpetua utrinque sit oblivio, (*art. II.*) inque *præsens* idem ille, qui ante bellum fuit, reducatur status. (*art. III.*) Qualem itaque supra descripsimus amnestiæ naturam atque indolem eam cumulatissime nunc in pace Westphalica sancitam omnibusque numeris suis absolutam, imo pluribus, quam vulgo solet, effectibus stipatam deprehendimus.

62) Plane, uti, quod præsertim ex LIVIO & POLYBIO novimus, jam olim *Romani*, sua cum aliis populis, *pacis & amicitiæ* foedera pangere soliti fuerunt. Formulas eorum exhibentibus BARNABA BRISSONIO, *de formulis & solemnitatibus populi Rom. lib. IV. p.* 335. *sqq.* edit. B. FRANC. CAROLI CONRADI, *Halæ & Lipsiæ* 1731. & *Cl.* IO. IAC. HECKINGIO, in disp. *de ritibus conficiendæ pacis apud veteres Romanos, Ienæ* 1748. *edit.* §. *XV. p.* 23.

§. XXI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0250
DFG

§. XXI.

QVID GRAVAMINA? — DANTVR ECCLESIASTICA ET POLITICA.

Ad alterum vero idemque pariter *generale* reſtitutionis fundamentum, pedem nunc promoventes, ante omnia obſervamus, *gravamina* iſta, tum *eccleſiaſtica*, tum *politica*, a quibus *reſtitutio* hæc nomen accepit ſuum, nihil aliud eſſe, quam ipſas illas cauſas, propter quas bello tricennali impliciti fuere atque cum Imperatore, majeſtatico licet capite ſuo, mediantibus potiſſimum SVECIS, paciſci neceſſe habuere S. R. I. Electores, Principes & Status *utriusque* religionis. Plane hoſpes is eſſe deberet in omni tricennalis belli hiſtoria, qui hoc in dubium vocare vellet. Sola gravaminum Evangelicorum, contra plures illas & inſignes pacis religioſæ violationes, 63) memoria iſtum ſatis refelleret. Quid, quod idem hoc diſerte perhibeat nobiliſſimi illius, 64) hucque propius omnino ſpectantis, *articuli quinti* principium: „*Cum autem præſenti bello magnam par-*„*tem gravamina, quæ inter utriusque religionis Electores, Principes* „*& Status Imperii vertebantur, cauſam & occaſionem dederint, de* „*iis, prout ſequitur, conventum & transactum eſt.* Quod adeo clarum eſt, ut ne quidem verba ejus captari queant. Negari quidem nequit, *gravamina* illa *magnam* ſaltem *partem* bello tricennali *cauſam*, deinde non ſolam cauſam, ſed & *occaſionem* ſaltem dediſſe. At neque omne iſtud, quod ibi *præſens* dicitur, bellum, *civile* tantum atque *inteſtinum* 65) erat, ſive inter Imperatorem & Imperii Status ſolummodo agebatur, verum etiam inter Imperatorem ab una, & Reges Suecorum Gallorumque, ab altera parte §. XIV.) verſabatur, 66) neque omnia etiam gravamina ita comparata erant, ut bello cauſam dare ſive bellum excitare potuerint, aliis ei non tam cauſam quam occaſionem modo præbentibus & illis, quæ majoris momenti, ſaltem accedentibus.

63) Omnium optime, ordine chronologico, recenſitas a CHR. GOD. HOEFMANNO, *in ſerie rerum, per Germaniam, a transactione Paſſavienſi, usque ad annum* 1720. *geſtarum, cap. I. §.* 13. *pag.* 11. *m. ſqq.*

64) Hunc enim *articulum V.* non ſolum *præcipuum*, ſed & *inter reliquos pacis articulos maximis ſcrupulis refertum* recte judicavit AVCTOR *meditationum* ad *I. P. V. O. in præf. ſpec. ult. pag.* 1701.

65) Vti vocabatur in *prima* ſtatim inſtrumenti pacis *formula*, a *Comite* TRAVTMANNSDORFIO, *die* 28. *Apr.* 1646. exhibita, apud HOFFMANNVM, *cit. l. L. II pag.* 73.

66) *Inſtr. P. W. O. prooem. & Artic. I.*

§. XXII.

COMPOSITIO GRAVAMINVM ET AMNESTIA, ETIAM IN P. W. DISTINGVVNTVR.

QVOD igitur ſupra (§. X.) cauſam belli diximus atque ab hujus effectibus ſolliciti diſtinximus, id, quatenus nobis hoc loco de bello tricennali ſermo eſt, gravamina *articulo quinto* compoſita ſunt, tum *eccleſiaſtica*, tum politica. Sicut vero, proprie & ſtricte loquendo, PAX eſt *transactio de cauſa inter ſummas poteſtates controverſa* (§. XII.) vel, ut ſcopo noſtro convenientius loquamur, amicabilis compoſitio eorum, quæ bello (*civili* præſertim §. XIII.) cauſam & occaſionem dederunt, *publicorum* utriusque partis *gravaminum*, 67) tanquam illorum, quæ jam ante bellum inter partes controverſa erant, negotiorum; iſtaque, proprio hoc & ſtricto ſenſu, ab omni alia, accedente tantum & ſecundaria, conventione vel conſtitutione, qualis amneſtiæ, pura eſt & immunis: ita quoque magno ſtudio & labore ſummi paciſcentes *pacem* & *amneſtiam* ſive *oblivionem* præteritorum, ideoque faciendam *reſtitutionem* & ipſam *gravaminum compoſitionem*, hincque promanantem reſtitutionem diſtinxerunt, atque diſtinctim, tum tractarunt, tum & tractatam propoſuerunt.

67) Ita loquitur H. COCCEIVS, in ſupra laud. *diſput. ſect. IV.* §. 5. *p.* 1139.

§. XXIII.

DISCRIMINA QVÆDAM INTER RESTITVTIONEM EX CAPITE AMNESTIÆ ET GRAVAMINVM IN P. W.

NON jam quidem repetemus, queis ſupra non adeo manifeſtum hoc vel palpabile *diſcrimen* pacis & amneſtiæ inculcavimus *generalia*, (§. X.) ſed paucis tantum monebimus, idem quoque diſcrimen intercedere, circa pacem *Weſtphalicam*, inter *reſtitutionem ex capite amneſtiæ*

amneſtiæ & *reſtitutionem ex capite gravaminum.* 68) *Illa* nititur *amneſtia. Hæc* pacem ſupponit, ſive, quod idem eſt, gravaminum *compoſitionem. Illius* fundamentum ortu poſterius; (§. X.) *Hoc* vero illo *prius* eſt. 69) *Illa* eſt modus ea recuperandi, quæ alter durante diſcordia, hoſtilitate & *bello*, 70) occupavit. *Hæc* verſatur circa adquirenda ſeu retinenda ea, quæ ex controverſiis, propter quas bellum geſtum fuit, alicui debentur. Illa ſemper eſt reſtitutio in proprio & nativo ſenſu, (§. XVI) dum ea reſtituendus ſemper aliquid recuperat, quod durante bello amiſit. 71) Quæ enim non *amiſſa* fuere, illa nec reſtitui poſſunt. *Turbationes* autem finito *bello* ſua ſponte ceſſant. *Hæc* vero paullo *ampliorem* ſibi vindicare videtur *ſenſum*, dum (1) vel de novo *tribuit*, quæ quis ante non habuit, vel (2) in quibus quis ſaltem turbatus fuit, *confirmat*, vel denique (3) plane amiſſa *reſtituit.* 72) *Illa* absque *bello* contingere haud potuiſſet. *Hæc* contra, etiam citra *bellum*, alia quacunque amicabili conventione, transactione vel fœdere, fieri potuiſſet, neque vero ſola præciſe *pacificatione* & *pace* fieri debuiſſet. *Illa* non ad ea pertinet, quæ demum poſt *bellum* & concluſam jam *pacem* contingunt. *Hæc* vero ad ea quoque pertingit, quæ poſtea demum obvenerunt & hodienum, reſtituta jam diu pace, contingunt. Qui enim hodie demum in exercitio religionis, vel poſſeſſione bonorum eccleſiaſticorum, quod & quam *anno* & *die decretorio* habuit, turbatur, ille hodienum & æternum *ex capite gravaminum* reſtitui poterit. Cum contra, nunc hodie *nova reſtitutio ex capite amneſtiæ* contingere queat. *Illa* ea quoque complectitur & comprehendit, quæ fervente demum bello enata fuerunt, gravamina. 73) *Hæc* vero ſuam in illius meſſem, ceu alienam, nunquam immittit falcem. *Illa* ad *ſacra* ſive eccleſiaſtica, æque ac ad *profana* ſive politica ſpectat. (*Art. III.* §. 1.) Hæc *ſacris* ſive eccleſiaſticis propria eſt, neque vero ad *profana* & politica alia ratione pertinet, quam quatenus *in his illorum intuitu mutatio* contigit. (*Art. V.* §. 2) *Illa privatis* cum *publico* ex æquo communis eſt, ſive *privatos* æque ac *res publicas* reſtituit. *Hæc* vero *publica* magis, quam *privata. Illa* ſine omni dubio & quam certiſſime ita utrique religioni addictis communis eſt, ut tam catholici adverſus evangelicos, & vice verſa, quam catholici adverſus catholicos & evangelici adverſus evangelicos, velut A. C. addicti adverſus Reformatos & vice verſa, ex ca-

pite amneſtiæ ſæpius reſtituti fuerint. *Hæc* vero num inter ejusdem quoque religionis conſortes obtineat, admodum diſputatur. Prout ſuo loco dicendum erit. *Illa* eſt univerſalis & illimitata. *Hæc* non item. Vti deinceps ratione termini docendum erit. *Illi* hæc derogare nequit, ullumve creare præjudicium. (*Art. V.* §. 13.) *Huic* autem illa derogare & præjudicare omnino poteſt. *Illa* denique *Articulis* II. III. & IV. *Hæc* vero *Articulis* V. & VII. potiſſimum tractatur & continetur. (*Art. III.* §. 2. *in f. & princ. Art. V.*)

68) Ipſimet ſæpius ita diſtinguunt ſummi paciſcentes, velut in *Artic. III.* §. 1. 2. *IV.* §. 13. 26. & *V.* v. gr. §. 2. & 13. *ſq.*

69) Iudicante Legato *Culmbacenſi*, apud B. de MEIERN, *in T. III. L.* 20. §. 26. *pag.* 211.

70) Obſervante *perilluſtri* IO. AD. L. B. ab ICKSTADT, in *Elem. juris Gentium*, *L. V. cap. II.* §. 5. *pag.* 461. *ſq.*

71) *Nam reſtitutus ex amneſtia nihil novi juris adquirit, quam ante deſtitutionem habuit, adeoque ſi rem aliquam poſſedit, a qua poſtea dejectus eſt, nudam ſaltem ejus poſſeſſionem conſequitur, ſalvis quorumcunque juribus, quæ in rem illam aliis competebant. Nam is etiam in iſta, ſi forte turbatus fuerit, ſimul reſtituitur.* Sunt verba H. de HENNINGES, *ad artic. V.* §. 13. *ſpec. II. pag.* 224. 225.

72) Arg. §. 25. *Art. V.* ubi: *ſive retenta ſemper, ſive reſtituta, ſive vigore hujus transactionis reſtituenda.* Conf. §. 2. & §. 3. 18. 20. 24. 26 nec non *Art. XVII.* §. 5. ubi: *reſtituere, cedere, dare, facere & præſtare.*

73) Id quod manifeſte ſatis ex eis adparere putamus, quæ *ſupra* generatim de *amneſtia* docuimus. Conf. §. *XI. ſq. p.* 16. *ſq.*

§. XXIV.

VTRAQVE DIFFERT IN EFFECTV ET TERMINO.

POTISSIMVM vero hæc *duo* RESTITVTIONIS *genera*, AMNESTIAE puta atque GRAVAMINVM, *effectu* differunt, & *termino*. Quæ principes *reſtitutionum* illarum differentiæ, certe non ſola tantum pace *Weſtphalica*, ejusve conditorum arbitrio & beneplacito, verum æque ac paullo ante adductæ, *theoreticæ* magis, quam *practicæ*, ipſa quoque interna *amneſtiæ* & *pacis* conſtituendæ indole atque natura nituntur. Cum enim in hac altiſſimas egerint radices, illas non potuerunt non adoptare ſuasque penitus facere, qui accuratæ rerum

rerum juriumque applicationis laudem hoc negotio sibi compararunt pacis internuncii, viri, quorum felicem memoriam gratissimo animo omnis colet posteritas.

§. XXV.

EFFECTVS RESTITVTIONIS EX CAPITE AMNESTIAE. — NONNISI AD POSSESSIONEM BELLO AMISSAM SPECTANT, SALVIS IVRIBVS QVIBVSCVNQVE.

Qvod igitur ad priorem illam adtinet, quam *diversi* pariunt *effectus*, tota res paucis huc redit. Omnis amnestia hostilitatem supponit. Eandemque vel *turbativam* saltem, vel occupativam plane & *ablativam*. Quae scilicet bello amissa fuere, ea, si quidem pacisentibus ita placuerit, ex *amnestiae* lege, restituenda sunt. Plus vero, quam bello & hostilitate reapse quis amisit, talis restituendus, a restituente, tam praetendere, quam expectare nequit. Bello & hostilitate solam plerumque *possessionem* amittimus. 74) Ad ipsam namque *juris* amissionem *pace* opus esse putamus. Quid igitur aliud praeter *possessionem*, talis ex capite amnestiae recuperare poterit restituendus? Haec igitur *sola* restituitur. Iure circa eandem rem, uni, duobus, pluribusve competente, in *eodem*, quo ante bellum, fuit, *statu*, manente. Non enim ultra bellum & hostilitatem sive discordiam (sed latissimo sensu acceptam) pertingit amnestia. Quod sat diu praetexerunt *Caesaris* legati, 75) belli initium demum a *Sueborum* in *Germaniam* adventu repetentes. Neque proin restitutio ex capite amnestiae aliud quid reddere potest, nisi quod amissum fuit. (§. XXIII.) Quae cum ita sese habeant, fieri aliter non potest restitutio ex capite amnestiae, quam *salvis juribus quibuscunque*. Ita scilicet *Articulo tertio* summi pacisentes: *Quemadmodum vero tales restitutiones omnes & singulae intelligendae sunt, salvis juribus quibuscunque tam directi, quam utilis dominii, in vel circa bona restituenda, sive secularia sive ecclesiastica, sive restituenti, sive restituendo, sive cuivis tertio competentibus, salvis item litis pendentiis desuper in Aula Caesarea, sive in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis aut mediatis dicasteriis vertentibus, ita haec clausula salvatoria generalis, vel aliae subsequentes speciales ipsam restitutionem nullatenus impediant, sed competentia jura, actiones, exceptiones, & litis pendentiae post factam demum restitutionem, coram competenti*

tenti judice examinentur, discutiantur & expediantur, multo minus hæc reservatio ipsi amnestiæ universali & illimitatæ quicquam præjudicii afferat, aut etiam ad proscriptiones, confiscationes & ejus generis alienationes extendatur, vel articulis aliter conventis interque hos compositioni gravaminum aliquid deroget, nam quantum juris in bonis ecclesiasticis hucusque controversis ejusmodi restituti vel restituendi sunt habituri, patebit infra articulo de gravaminum ecclesiasticorum compositione. Præclara sane & multa in verbis hisce latent, digna omnino, quæ pluribus eruantur. Primum & præcipuum est *clausula* illa, quam vocarunt, *salvatoria generalis.* Salvat enim atque amnestiæ, sive oblivionis & restitutionis *præjudicio* eripit quæcunque jura, tam pleni, quam minus pleni, & hujus, tam directi, quam utilis dominii nomine, vel alio quovis titulo, in vel circa bona restituenda, sive sæcularia, sive ecclesiastica, sive restituenti, sive restituendo, sive cuivis alii tertio competentia Sine ullo discrimine, utrum adhuc jaceant quieta & velut sepulta, an vero jam in litem adducta atque in judicium quoddam deducta fuerint? Salvas enim diserte voluerunt pacisentes *litis pendentias* desuper in Aula Cæsarea, sive in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis aut mediatis dicasteriis *vertentes.* Intacta igitur, illibata atque intaminata ab omni præjudicio servat hæc amnestiæ clausula, quævis cuicunque competentia jura, sive eorum possessionem bello arripuerit, sive amiserit, sive eam nunc dimittere, sive recuperare, debeat. Is enim est *restituens*: Hic vero *restituendus.* (§. XVI.) Omnis itaque restitutio ex capite amnestiæ non nisi ad POSSESSORIVM 76) quod Iureconsulti vocant, *petitorio*que opponunt, spectat. Nihil illi cum *petitorio* negotii. Vtrumque contra sibi vindicante *restitutione* ex capite *gravaminum.*

74) In bello namque sola *facti* possessio, nec alia, adtenditur. Iudice H. GROTIO, *L. III. cap. XX. §. 12. num. 2.*

75) Id quod in *actis P. W. publicis* passim legitur.

76) Quam analogiam inter *remedium* restitutionis ex capite *amnestiæ & interdictum* in *possessorio* processu usitatum, quo possessio ei interim restituitur, qui dejectus fuit, salvo tamen petitoris in petitorio deinceps jure, pluribus prosequuntur H. COCCEIVS, In supra sæpius laudata *disp. sect. VI* SAM. STRYKIVS, in tr. *de jure sensuum, disp. IX. c. 5. pag.* 441. H. HENNINGES, *all. pag.* 224. N. H. GVNDLINGIVS, *ad art. III. pag.* 90. W. E. A. a KLVX,

XLVX, *de amneſtia*, §. 12. & 13. Reverendiſſimus Dn. Cancellarius PFAFFIVS, *all. loc. P. II. cap.* 5. §. 5. *pag.* 340. Inprimis vero AVCTOR *Palladii Reformationis eccleſiaſticæ in & a civitate libera Imperiali Wormatienſi extructi, puncto circumgeſtationis Venerabilis*, in der Reichs-Fama, *Tomo XII. cap.* 1. §. 5. *pag.* 79. 80.

§. XXVI.

EXEMPLA ADDVCVNTVR.

INSIGNIS profecto, magnique monenti differentia! digna omnino quæ tum *exemplis* illuſtretur, tum ab *objectionibus* vindicetur, tum & *exceptionibus* quibusdam firmetur. Exempla quod attinet, plenus illorum eſt *Articulus quartus*, ſpeciali reſtitutionum ex capite amneſtiæ enumerationi deſtinatus *Quamvis* enim *praecedenti regula generali facile dijudicari potuiſſet, qui & quatenus reſtituendi ſint, tamen ad inſtantiam aliquorum de quibusdam gravioris momenti cauſis, ſpecialiter mentionem facere placuit, ita tamen, ut, qui expreſſe non nominati vel expuncti ſunt, pro omiſſis vel excluſis non habeantur*, (*Prooem. ſive princ. Art. IV.*) *Ante omnia vero cauſam Palatinam conventus Oſnabrugenſis & Monaſterienſis* ſic compoſuit, *ut domus* PALATINÆ, *cum omnibus & ſingulis, qui ei quocunque modo addicti fuerunt præcipue vero miniſtris, qui ei in hoc conventu aut alias operam ſuam navarunt, ut & omnibus Palatinatus exulibus*, AMNESTIAE GENERALI, *ſupra* (*Art. II III.*) *deſcriptæ, pari cum cæteris in ea comprehenſis jure* incluſæ, (§. 13.) non quidem *ſuperior Palatinatus*, (§. 14.) neque etiam priſtinus electoratus ſuus, Bavaricæ, (§. 3. 4) confirmatus, verumtamen, inſtituto novo & octavo electoratu (§. .) *inferior Palatinatus* totus, *cum omnibus & ſingulis eccleſiaſticis & ſaecularibus bonis, juribus & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores Principesque Palatini* (exceptionem tamen legis in §. 22) *gaviſi ſunt, omnibusque documentis, regeſtis, rationariis, & cæteris actis huc ſpectantibus* PLENARIE RESTITVATVR (§. 6) Sicuti vero eodem hoc §. omnia, quæ in contrarium acta fuerunt, *caſſantur*, cæſareaque auctoritas ad efficiendam hancce reſtitutionem promittitur: (§. 6) ita e contrario non ſolum Electori Moguntino, ceu tertio cuidam, neque reſtituenti, neque reſtituendo, jus, *quasdam Stradæ montanæ præfecturas, antiquitus ad* illum *pertinentes*, poſtea vero Palatinis, *cum pacto perpetuæ reluitionis impi-*

impignoratas, soluto, *juxta tenorem* pacti illius, sive *litterarum oppignorationis*, 77) *infra terminum executioni conclusæ pacis præfixum*, salvum servatur atque intactum, (§. 7.) verum *Episcopis* quoque *Spirensi* & *Wormatiensi*, *liberum* relictum fuit, *jura, quæ prætendebant in bona quædam ecclesiastica, intra Palatinatus inferioris territorium sita, coram competenti judice prosequi, nisi de his inter utrumque Principem amice conveniatur.* (§. 8.) Ipsa quoque restitutio Domus *Palatinæ*, *simultanea interim investitura gaudentis*, (§. 5.) in Palatinatum superiorem & pristinam suam, nunc *Bavaricam*, dignitatem electoralem, postliminio tunc facienda, cum, *superstite Palatina, linea Guilhelmiana masculina prorsus defecerit*, non aliter promissa fuit, quam *reservatis heredibus allodialibus Electoris Bavariæ, actionibus & beneficiis, quæ ipsis ibidem de jure competunt.* (§. 9.) *Pacta* porro *gentilitia inter Domum Electoralem Heidelbergensem & Neoburgicam a prioribus Imperatoribus super electorali successione confirmata, ut & totius lineæ* RVDOLPHINAE (restituendæ) *jura, quatenus huic dispositioni contraria non sunt, salva rataque* esse jubentur. (§. 10.) *Adhæc* cautum fuit, ut, *si quæ feuda Iuliacensia aperta esse, competenti via juris evictum fuerit, ea Palatinis* (restituendis) *evacuentur.* (§. 11.) *Comitibus* quoque *in* LAININGEN & DAXBVRG, *jus suum, a multis retro seculis obtentum & a Cæsaribus confirmatum, quiete ac specifice* citra omnem Electoris Palatini (restituendi) *turbationem, utendum fruendum*, hoc est *salvum* reservatum fuit. (§. 16.) Pariter *liberæ Imperii Nobilitati, Status suus immediatus, inviolate relinquendus* esse dicitur. (§. 17.) Reliqui tres Comites Palatini, eodem fere amnestiæ jure & modo, *salvis* omnibus omnino *juribus*, a majoribus & parentibus suis acceptis, *restituebantur.* (§. 20. 21. 22.) *Marchionibus in Franconia Brandenburgicis restituebatur* nihilominus *fortalitium Wilzburg, in eum statum, qui tempore traditionis fuit, ex conventione & promisso*, licet *tota controversia, quæ vertebatur inter Episcopos, respective Bambergensem & Herbipolensem, de castro, oppido, præfectura & monasterio Kitzingen*, demum *terminanda* fuerit, *aut amicabili compositione, aut summario juris processu, intra biennium, sub poena perdendæ prætensionis, imponenda tergiversanti.* (§. 23.) Id quod non nisi *salvis* utriusque partis, & *restituentis* & *restituendi juribus* fieri potuit. Ex capite *amnestiæ*, &, quæ singularis humillimeque semper

per a bonis omnibus veneranda ſummi numinis providentia fuit, *pleniſſime* quidem reſtituebatur Domus WÜRTEMBERGICA, quam DEVS porro ſervet, foveat, augeat. *Recepit* namque *omnia & ſingula ſecularia & eccleſiaſtica, bona & jura*, ANTE 78) *hos motus, ubicunque poſſeſſa, interque illa ſpecialiter dynaſtias Blaubeuren, Achalm & Stauffen, cum pertinentiis & ſub prætextu pertinentiarum, ad eas occupatis bonis, ſalvis tamen & reſervatis* tunc, pro ea, quam deſcripſimus amneſtiæ natura, *Domus* AVSTRIACAE, *nec non* & WÜRTEMBERGICAE, atque adeo utriusque partis, tam reſtituentis, quam reſtituendæ, *in ſupradictas* tres *dynaſtias prætenſis juribus, actionibus, exceptionibus, & remediis atque beneficiis juris quibuscunque.* (§. 24.) Nihil ſane novi *Auſtriacis* tribuebat hæc reſervatio, ex ipſa amneſtiæ natura profluens. Quod vero *illis* tantum, in haſce, quas prætendebant, 79) dynaſtias, neque vero etiam *Prælatis* iſtius ævi *Würtembergicis*, ratione monaſteriorum & bonorum eccleſiaſticorum. Duci non minus plenarie reſtitutorum, ſua quoque reſervata fuerint jura, ejus rei ratio non ſolum hæc fuit, quod iſta perquam *exigua* 80) fuerint, ſed & quod bona & monaſteria illa, ſingulari Legatorum prudentia, non ex ſolo *amneſtiæ*, verum etiam ex *gravaminum* capite, 81) Duci Würtembergico, ad normam communis iſtius *termini* MDCXVIII. reſtituta fuerint. Marchionibus BADENSIBVS, reſtituendis & reſtituentibus, omnia utrinque jura conſervavit amneſtia. (§. 26.) Nihil quoque detractum derogatumve fuit juribus, quæ Principiſſa Badenſis in *Baronatum Hohen-Gerolseck* prætendit, probationi proceſſuique ſpeciali reſervatis. (§. 27.) *Dux de Croy, effectu generalis amneſtiæ, in ea quidem dominii Vinſtingen parte, quam majores ſui poſſederunt, prout tunc a domina matre ſua dotalitii nomine poſſidebatur*, confirmatus fuit, aſt non niſi *juribus Imperii quoad dictum dominium Vinſtingen, in eo ſtatu, quo fuerunt ante hos motus*, ſalvis permanentibus. (§. 28.) Controverſia *Naſſau-Siegen* contra *Naſſau Siegen* intacta manſit, atque vel amicabili compoſitioni, vel juridicæ ſententiæ (ſalvis conſequenter utrinque juribus) illibata ſervata. (§. 29.) *Comitibus Naſſau-Sarœpontanis reſtituebantur cum omni cauſa comitatus Sarœpontanus & Sarwerdenſis, fortalitiumque Homburg.* Aſt *ſalvo jure, quod Comitibus de Lainingen-Daxburg in dicto comitatu Sarwerdano competere poteſt. Salvis item utrinque reſpective tam ratione anno* 1629. 7.

Iulii, per sententiam adjudicatorum in revisorio, quam aliis etiam de illatis damnis, competentibus juribus, actionibus, exceptionibus & beneficiis juris, juxta Leges Imperii determinandis, nisi partes potius ament, amica transactione rem componi. (§. 30.) *Comites de Isenburg gaudebant amnestia generali supra (Art. II. & III) descripta, salvis tamen juribus Domino* GEORGIO *Landgravio Hassiæ, vel cuivis tertio, contra eosdem, & contra Comites de Hohensolm, competentibus.* (§. 34.) *Vidua Comitis Sainensis in Hachenburg & Bendorf restituebatur, salvo tamen jure cujusvis.* (§. 36.) Omnium pariter jura, circa *castrum & comitatum Falckenstein, præfecturam Bretzenheim, nec non baronatum Reipolz-Kirch*, salva reservabantur. (§. 37.) Restitutio *Comitis deLoewenstein & Wertheim,* FERDINANDI CAROLI, non nisi *salvis iis bonis* decernebatur *& juribus, quæ* MARIÆ CHRISTIANÆ, *filiæ* GEORGII LVDOVICI *de Loewenstein, ex hereditate paterna & materna competebant, in quæ plenarie restituebatur*, illa. *Pariter etiam vidua* IO. CASIMIRI *de Loewenstein in sua bona dotalitia & hypothecata restituebatur, sed reservato jure, si quod in supra dicta competit Comiti* FR. LVDOVICO, *vel amicabili compositione, vel legitimo processu prosequendum.* (§. 42.) Contra vim metumque creditorum omnes restituebantur debitores, cassatis & annullatis actionibus & judiciis omnibus. *Quodsi vero hi debitores instrumenta crediti vi metuque creditoribus extorserint, ea omnia restituantur, actionibus desuper salvis.* (§. 46.) *Salvis* etiam *iis pecuniarum summis, quæ flagrante bello pro aliis, ad avertenda majora eorum pericula & damna, bono animo & intentione erogatæ sunt* (§. 48.) *Si quæ etiam feuda, regalia vel privata, ab anno millesimo sexcentesimo decimo octavo non fuerunt renovata, nec interim eorum nomine præstita servitia, nemini id fraudi* erat, *sed tempus repetendæ investituræ a die factæ pacis cedere incipiebat.* (§. 50.) Tandem omnibus Imperatoris subditis, utriusque religionis, *salvæ* relinquebantur *privatæ, si quas habebant, prætensiones,* earumque nomine intentæ actiones. (§. 55.) En supra (§. XXV.) latius explicatam *restitutionis ex capite amnestiæ* indolem & naturam, permultis sane *exemplis* illustratam. Noluimus autem singulares cujuslibet circumstantias altius rimari, ne justo nimis digredi, vel commentatorum scrinia expilare videamur.

77)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0260
DFG

77) Particularis causæ & litis illius HISTORIA, præter *acta pacis*, tum e GE. HELWICHII *narratione de dissidio Moguntino*, *pag.* 46. 47. & 159. tum e CAR. LVD. TOLNERI *historia Palatina*, *cap. II.* §. 4. *pag.* 69. & 70. & num. *Cod. Dipl. Pal.* 136. *pag.* 88. tum denique e MICH CASP. LONDORPII *actis publ. Tom. II. col.* 248. potissimum repetenda erit.

78) Non: INTER *hos motus*, uti quædam antiquiora, ipsumque adhuc HOFFMANNIANVM, pacis *exempla* habent. Conf. IO. IAC. MOSERVS, *in miscell. juridico historicis*, *P. I. num.* 2. §. 1. & 2. *pag.* 35. Recte vero & MEIERIANVM, *vol. VII. fol.* 7. & ENGAVIANVM, *pag.* 11. legunt: ANTE *hos motus*.

79) Confer *Acta* pacis *publica*, *Tom. III. pag.* 35. 65. 67. 90. *sq.* 569. *sq.* 630. *sq.* 711. 713. 738. 849. *Tom. IV. pag.* 121. 138. 158. 551. 561. & 953. *sq.*

80) Scripta utriusque partis diligenter recensuit MOSERVS, *all. loc. P. I. num.* 4. *cap. V.* §. 20. usque 27. *pag.* 175. *sq.*

81) *Artic. V.* §. 25. Conf. H. HENNINGES, *ad art. V.* §. 13. *pag.* 225. 226. & ad §. 25. pag. 344. atque *Ill.* PFAFFIVS, all. loco, *P. II. cap.* 5. §. 5. *pag.* 340.

§. XXVII.

DVBIA TOLLVNTVR.

QVAE vero heic obmoveri possent, ea, neque *multa*, neque *gravia* sunt, sed *pauca* & *levia*, putamus, *dubia*. Sic amnestiae sive *oblivionis* sanctioni *Articulo II.* haec, quæ facile aliquem offendere posset, inserta legitur parenthesis: (*non obstantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus*) Iam vero, secundum hactenus deducta, *pacta*, aliaque *jura*, non obstante restitutione ex capite amnestiae *salva* esse deberent, neque vero hoc modo annullari. Sed salva res est. Ibi non talia intelliguntur *pacta* quae alicui *jus* tribuunt. Sed ea modo indigitantur *foedera*, quæ *belli* magis, quam *pacis* causa inita fuerunt, atque ad *tertii* cujusdam *offensionem*, turbationem atque *molestiam* tendunt, verbo inimicitiam & *hostilitatem* pro fine & objecto habent, ut contextus & analogia §. 1. *Art. III.* (ubi: *vel foederum hinc inde contractorum*) docent, sicque eidem sanctioni contraria sunt, omnia pacis *impedimenta* & belli *alimenta* funditus extirpanti. Simile prorsus, si non gravius multo dubium occurrit

currit in §. 1. *Art. XV.* ubi *Caſſellana Domus univerſali amneſtiae* ſingulatim & *plenarie* includitur, hac adjecta clauſula: *non obſtantibus pactis, proceſſibus, proſcriptionibus, declarationibus, ſententiis, executionibus vel praetenſionibus, ſed illis omnibus, ut & actionibus & praetenſionibus, annullatis.* Aſt quatenus? In totum forſan? minime, ſed ſaltim *ratione damnorum & injuriarum, tam neutralium, quam belligerantium*, hoc eſt offenſionum, moleſtiarum, verbo hoſtilitatum. Prout ſcilicet amneſtiam decet. Nec plus, nec minus. Prohibetur porro in jam laudato *Articulo II.* omnis *moleſtia* alicui *ſpecie juris* vel *illata* vel *inferenda*, & in ſequenti tamen *Articulo III.* §. 2. actiones omnes & omnes litispendentiae ſalvae eſſe jubentur. Sed diſtingue *ſpeciem juris* ab *ipſo jure* & omnis evaneſcet, quae alias adparet, contradictio. Inde vero, quod hoc poſteriori loco in *eum* quoque *ſtatum* reſtitutio decernatur, *quo ante deſtitutionem* non ſolum actu *gaviſi ſunt*, ſed & *jure gaudere potuerunt* laeſi, nihil aliud ſequitur, quam utriusque partis, non ſolius *reſtituentis*, ſed & *reſtituendi* jura ſalva manere. Id quod tum generatim obſervavimus, tum & adducta quaedam probant exempla. Parum quoque obſtat §. 6. *Art. XVII. arma* tunc permittens, *cum nec amicitiae, nec juris via locum invenerit.* Hoc enim loco non praeci e & ſpeciatim de noſtra hac reſtitutione ex capite amneſtiae, ſed quovis generatim pacis argumento executioni dando ſermo eſt. Imo, illa ipſa *juris via* non alia erit, quam ordo & modus *executionis* pacis, utri que reſtitutioni communis. (§. *ſq.*) Dantur vero etiam paſſimque inveniuntur *exceptiones*, clauſulae illius ſalvatoriae generalis *ſpeciales*, quas in ima margine notabimus, 82) regulam firmantes potius, quam ſubruentes.

82) Latent nempe in §§. *Art. IV.* 4. 5. 18. 30. & 33.

§. XXVIII.

CLAVSVLA AMNESTIAE SALVATORIA EFFECTV RESTITVTIONIS SVSPENSIVO DESTITVTA EST.

Ad *extremum* hoc quoque de eadem hac *clauſula* amneſtiae *ſalvatoria* probe notandum, quod omni illa deſtituta fuerit effectu reſtitutionis ſuſpenſivo. Sicut namque in *poſſeſſorio* altioris indaginis exceptiones rejiciuntur atque in *poſſeſſorio* reſervantur: ita hic quoque

que restitutionem nihil prorsus morari poterat. Clarissimæ hanc in rem sunt, quas hic subjungimus, *pacis leges*. Scilicet: *Ita haec clausula salvatoria generalis, vel aliae subsequentes speciales ipsam restitutionem nullatenus impediant, sed competentia jura, actiones, exceptiones, & litis pendentiae post factam demum restitutionem, coram competenti judice examinentur, discutiantur & expediantur, multo minus haec reservatio ipsi amnestiae universali & illimitatae quicquam praejudicii afferat, aut etiam ad proscriptiones, confiscationes & ejus generis alienationes extendatur, vel articulis aliter conventis interque hos compositioni gravaminum aliquid deroget.* (*Art. III. §. 2.*) Et rursus: *Omnes denique & singuli, sive Status, sive communitates, sive privati, sive clerici, sive seculares, qui vigore hujus transactionis, ejusdemque regularum generalium, vel specialis expressaeque alicujus dispositionis, ad restituendum, cedendum, dandum, faciendum, aut aliud quid praestandum obstricti sunt, teneantur statim post promulgata Caesarea edicta, & factam restituendi notificationem, sine omni tergiversatione vel oppositione clausulae salvatoriae, sive generalis sive specialis alicujus supra in amnestia positae, aut quacunque alia exceptione, itemque sine noxa aliqua, omnia, ad quae obligantur, restituere cedere, dare, facere & praestare.* (*Art. XVI §. 5.* COMMVNIA namque VTRIVSQVE *restitutionis* sunt, quod illae fieri semper debuissent, 83)

I. illico, *Art. V. §. 15.*
II. statim, *Art. V. §. 15. & Art. XVI. §. 5. Edict. Exec. Arctior. Exeq. Mod.*
III. absque omni mora & tergiversatione, *Art. V. §. 25. Art. XVI. §. 2. 4. & 5.*
IV. sine oppositione clausulae alicujus salvatoriae, generalis vel specialis, *Art XVI. §. 5.*
V. sine ulla & quacunque alia exceptione, *Art. V. §. 32. Art. XVI. §. 4. 5. Ed. Ex. A. E. M.*
VI. speciatim retentionis, *Art. IV. §. 40.*
VII sine noxa aliqua, *Art. XVI. §. 2. 5.*
VIII omnino, *Art. V. §. 25.*
IX. indistincte, *ibidem*,
X. plenarie & pure, *Art. V. §. 2.* Conf. *notam*, 44).
XI. ad requisitionem restituendorum, *Art. XVI. §. 2.*

XII. ſecundum ordinem pacis, ejusque executionis, *ibidem*,
XIII. atque, vel regulam generalem, vel in ſpecialibus, pacis litteram, *Ed. Ex. A. E. M.*
XIIII. von denen Crayß- ausſchreibenden Fürſten und Crayß-Obriſten, etiam alieni circuli, *Art. XVI.* §. 2.
XV. ſive a Commiſſariis Caeſareis, ſine mora dandis. *Art. XVI.* §. 3. 4. *Exec. Ed.*
XVI. a nemine ullo unquam modo impediendis, *Art. XVI.* §. 6.
XVII. ſolo prae oculis habito facto poſſeſſionis. *Art. V.* §. 2. 25. 31. *Rec. Ex.* § *III.*
XVIII. dubiis circa hoc, von ſonderbahrer Erheblichkeit, occurrentibus, ſummariiſſime, alsbald, in loco executionis decidendis, *A. M. E. Rec. Ex. §. V.*
XVIIII. manu militari, ſi ea opus, *Edict. Exec. Arct. modus exeq. Rec. Ex.* §. *III.*
XX. ſumtibus gravantis, *ibidem*,
XXI. Executoribus, ſuo haud fungentibus officio, ipſius gravati, vel aliorum armis, *Rec. Exec.* §. *III.* 84)
XXII. denique poſt triennium, ac omnibus & ſingulis, armata manu. *Art. XVII.* §. 6.

83) Luculentum & accuratum eſt ſcriptum, anno 1720. quarundam Legationum Evangelicarum praeſcitu impreſſum, quo *modus procedendi in cauſſis reſtitutionum ex I. P. W.* breviter adumbratur. Auctor ipſemet B. de METTERNICH eſſe creditur. Legitur iſtud cum in ANT. FABRI Europ. Staats-Cantzley, *P. XXXIX. cap. VIII. num. I. lit. S. pag.* 467. tum apud IO. IAC. MOSERVM, *in opere juris publici majore, Tom. I. cap. XIX.* §. 94. *pag.* 479. Quocum omnino jungenda uberior deductio DIETERICI CHRISTOPHORI IHRINGK, in opuſculo *de indole remedii reſtitutionis, quo privatus ex tranſactione Principis P. W. confirmata experitur. in privatum, & de foro inſtituendae actionis ex Art. XV.* §. 13. *tabularum P. O. Marb.* anno 1748. ed. *cap. III.* §. 33-51. *pag.* 45-63. Cui addas velim, quod pariter ad litem academiarum Haſſiacarum, circa reluitionem praediorum, pertinet, *Schedion* FR. I. KORTHOLTI, *de proceſſu arreſti, in cauſis P. W. prohibito, Gieſſae* eodem tempore editum, §. *XVII. ſq.*

84) Conf. *Cl.* IVLII MELCHIORIS, DAV. GE. F. STRVBII *diſp.* quam præſide *Cel.* GEORGIO LVDOVICO BOEHMERO, Goettingae anno 1745. defendit, hoc inſignitam rubro: *Princeps S. R. I. jus ſuum vi atque armis tuens, ſect. XIII. pag.* 29.

§. XXIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0264
DFG

§. XXIX.

EFFECTVS RESTITVTIONIS EX CAPITE GRAVAMINVM. — VERSATVR CIRCA BELLI CAVSAM NEC HVIC RESTITVTIONI CL. SALVATORIA ADIECTA EST.

SVPER EST, ut nunc quoque, de *eodem* partim, partim vero etiam de *contrario*, illius, quae ex capite GRAVAMINVM fit, RESTITVTIONIS *effectu* diſpiciamus. In eo namque hae RESTITVTIONES, ex capite *amneſtiae* & ex capite *gravaminum*, proporro differunt, quod reſtitutio ex capite amneſtiae *ſalvis* tantum *juribus quibuscunque* (*Artic. III* §. 2.) fiat, alteri vero, ex capite gravaminum, nulla ejusmodi *clauſula ſalvatoria generalis* (*Artic. III. §. 2. inf.*) fuerit adjecta. Verſatur quippe hæc *poſterior* reſtitutio, quæ ex capite *gravaminum* fieri dicitur, ut ſupra docuimus, *circa ipſam belli cauſam*. *Prior* contra ex capite ſcilicet *amneſtiae*, non adeo principalis eſt, neque ad alia, quam quæ flagrante bello ultro citroque geſta fuerunt, ſpectat. Hæc vero ad priorem illum, quo *ante hos motus*, 85) ante bellum, ante hoſtilitatem, ante occupationem, ante deſtitutionem fuerant, ſtatum, reduxiſſe, inque eum reſtituiſſe, ſufficere poterat, ſatisque juvabat. Nam, *ſalvis* licet omnibus, quæ jam ante bellum, in pace, absque hujus turbatione, ſalva erant, *juribus*, nihilominus tamen pax obtineri eodemque, quo ante, modo conſervari poterat. Neutra quippe parte, vel vere gloriandi, vel juſte conquerendi cauſam accipiente. Aſt circa illam, *cauſam* putamus *belli*, ſive ut a paciſcentibus, in actis & inſtrumentis pacis adpellantur, *gravamina*, majori longe opus erat circumſpectione. Hæc altius rimanda, plenius cognoſcenda, funditusque, ne minima quidem radice ſuo relicta loco, tollenda erant, ſi quidem pax, eademque perpetua & univerſalis, (*Artic. I.*) bellum adeo diuturnum ſequi debuerat. Facile alias, minimus licet fomes, minima licet ſcintilla, in novam belli flammam erumpere potuiſſet, propter hæc ipſa gravamina accenſam olim & tam diu nutritam. Hinc non ſufficiebat, illa priſtino reſtituiſſe ſtatui. Hoc enim idem fuiſſet ac belli cauſam relinquere intactam, eam non tollere, non extinguere, non ſupprimere, ſed potius conſervare, alere, augere. Quia tunc, cum illa in priſtino adhuc ſtatu eſſent, pax bello cedere debuerat. Quod

conſe-

consequentur paci vicissim cedere neutiquam poterat, nisi vel partes ultro a bello discederent, vel ista in totum, plenarie, plenissime, ut summi isti pacisentes loquuntur, 86) citra omnem plane *clausulam salvatoriam* componerentur. Prius igitur cum haud sperandum fuerat, posterius necessarium erat. Et DEO immortales sint gratiæ, quod tot lethalia Germaniæ vulnera curaverit, quot gravamina pax composuit. Cum vero, præter RESTITVTIONEM aliud quoddam haud suppeteret *compositionis* hujusce medium, *haec* necessario *totalis* & *perpetua* esse debuit. Si non ratione initii, sive *termini*, certe tamen ratione qualitatis & *virtutis*. Omnis igitur hinc proscribebatur clausula salvatoria generalis, diserte non nisi amnestiæ adjecta. (*Artic. III.* §. 2.) Hæc enim *clausula* & *reservatio*, sicut *ipsam restitutionem nullatenus impedire* poterat; quibuscunque illis *competentibus juribus*, *actionibus*, *exceptionibus* & *litis pendentiis*, *post factam demum restitutionem*, *coram competenti judice examinandis*, *discutiendis* & *expediendis*: ita *multo minus* vel *amnestiae universali* & *illimitatae quicquam praejudicii afferre*, aut *etiam ad proscriptiones*, *confiscationes* & *ejus generis alienationes extendi*, vel omnium minime *articulis aliter conventis*, *interque hos* speciatim COMPOSITIONI GRAVAMINVM, *aliquid derogare* valebit illa. *Nam*, *quantum juris in bonis ecclesiasticis hucusque controversis*, *ejusmodi* (scilicet ex capite amnestiæ) *restituti vel restituendi sint habituri*, *patebit infra* (sunt verba *Articuli tertii* finalia) *Articulo de gravaminum ecclesiasticorum compositione*, hoc est, QVINTO, omnium maxime spectabili.

85) Vti quam *saepissime* loquuntur *pacis tabulae*. Velut, *ante hos motus*: *Art. IV.* §. 6. 24. 26. 28. 39. 51. *Art. VIII.* §. 4. *Art. IX.* §. 1. 2. *Art. XVI.* §. 18. ab initio horum motuum. *Art. II.* ante initium hujus belli. *Art. IV.* §. 25. *Art. XV.* §. 1. ante bellum. *Art. II. Art. V.* §. 38. ante destitutionem. *Art. III.* §. 1. *Art. IV.* §. 36. ante tumultus bellicos. *Art. IV.* §. 20. ante hac. *Art. IV.* §. 21. ab anno 1618. *Art. IV.* §. 50. ante religionis diffidia. *Art. V.* §. 21.

86) *Loca*, innota 55) indicavimus pleraque, *pag.* 25.

§. XXX.

§. XXX.

CONTINVATIO.

Ea igitur indoles & vis est, recuperatæ ex hoc *gravaminum* capite possessionis, ut irrevocabilis prorsus atque irretractabilis jure censeatur, nullam plane disceptationem admittat vel contentionem, nec, quacunque id deinceps specie, sive juris, sive facti, fieri posset, in controversiam adduci queat. Omni consequenter præcluso, *judicio*, quod vocamus, PETITORIO, *possessorium* subinde retractante. Id quod satis superque permulta sane tabularum *Osnabrugensium* loca comprobant. Sic in §. statim I. *Articuli* illius *quinti*, transactio Passavienſis & pax religiosa, *in omnibus suis capitulis* confirmantur quidem, ast, quæ *de nonnullis in eis articulis controversis, hac transactione communi partium placito statuta sunt*, ea *pro perpetua dictæ pacis declaratione, tam in judiciis, quam alibi observari* jubentur, *donec per* DEI *gratiam de religione ipsa convenerit. Non adtenta*, præsertim, *cujusvis, seu ecclesiastici, seu politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interpositæ contradictione vel protestatione, quæ omnes inanes & nihili vigore horum declarantur.* (*Artic. V.* §. 1.) *Fiat itaque*, pergunt ibidem (§. 2.) summi pacisentes, *restitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque religionis, comprehensa libera Imperii Nobilitate, ut & communitatibus & pagis immediatis, plenarie & pure, cassatis omnibus interim in istiusmodi causis latis, publicatis & institutis sententiis, decretis, transactionibus, pactis, seu deditiis, seu aliis, & executionibus.* Vbi notatu omnino dignum est discrimen, quod *sententias* in istiusmodi causis restitutionum, *interim*, hoc est *belli tempore*, latas, atque vel restitutioni ex capite *amnestiæ*, vel restitutioni ex capite *gravaminum*, adversas, intercedit. *Illæ* namque, nisi vitio quodam interno, in continenti demonstrabili, laborent, *sustinentur* atque tantum a viribus rei judicatæ usque ad eventum concessæ revisionis *suspenduntur.* (*Artic. IV.* §. 49.) *Hæ* vero, absque ullo discrimine, diserte & penitus hoc loco *cassantur.* Eo, quo *bona ecclesiastica immediata, omnia & singula, nullo plane excepto, ejus Religionis Consortibus, qui* dicto ibi anno & die decretorio, *in reali eorum possessione fuerunt, usque dum de religionis dissidiis per* DEI *gratiam conventum fuerit, tranquille &*

imperturbate possidenda conceduntur, loco, hæc notabilis sane clausula additur: *Neutrique parti liceat alteri seu in judicio seu extra negotium facessere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre.* (*Art. V.* §. 14.) Ex eodem fundamento, *quicquid annatarum, jurium pallii, confirmationum, mensium Papalium & hujusmodi jurium & reservationum nomine in bonis Statuum A. C. eccl. immediatis, a quocunque, quandocunque aut quomodocunque prætenditur*, id omni *validitate* & *executione* privatur. (*Artic. V.* §. 19.) Princeps omnium locus est §. XXV. tribus, id, cujus probatio nobis incumbit, demonstrans argumentis. Primo namque restitutio & possessio bonorum ecclesiasticorum mediatorum Evangelicis plenissime confirmatur, *non attentis exceptionibus, sive ante sive post transactionem Passaviensem, aut Pacem Religiosam, reformata & occupata, aut quod non de, vel in territorio A. C. Statuum, vel exempta, vel aliis Statibus, jure suffraganeatus, diaconatus, aliave quavis ratione obligata fuisse dicuntur.* Deinde *unicum solumque hujus transactionis, restitutionis, observantiæque futuræ fundamentum* collocatur in diem nostrum decretorium. *Irritis* denique *prorsus exceptionibus, quæ ex introducto alicubi exercitio interimistico, vel anterioribus aut secutis pactis, generalibus aut specialibus transactionibus, vel litibus motis, causisve decisis, vel etiam decretis, mandatis, rescriptis, paritoriis reversalibus, litispendentiis vel aliis quibuscunque prætextibus & rationibus desumi possent.* Quid tandem clarius desiderari posset §. illius epilogo: *Ubi igitur supradictorum omnium bonorum, eorundem pertinentium, fructuumve Augustanæ Confessionis Statibus aliquid, quovis modo aut prætextu, sive judicialiter sive extrajudicialiter a dicto tempore interversum aut ademptum est, omnino absque mora & indistincte (interque illa specialiter etiam monasteria, fundationes atque bona ecclesiastica omnia & singula a Principe Würtembergico anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto possessa) cum suis pertinentiis, reditibus & accessionibus ubicunque sitis, una cum amotis documentis in priorem statum restituantur, nec Augustanæ Confessioni addicti posthac in habita vel recuperata possessione ullo modo turbentur, sed ab omni persecutione juris & facti perpetuo tuti sint, donec controversiæ religionis compositæ fuerint.* Sub nominata illa *persecutione juris*, PETITORIVM intelligi, nemo sane dubitabit, qui post *possessorium*, hoc solum adhuc supereſſe cogitabit. In §. *Liberarum*

rarum Imperii Civitatum restitutionem ordinante (29.) hæc verba occurrunt: *Cassatis rerum judicatarum & transactarum, litis pendentiarum, aliisque §. 2. & 9. enumeratis exceptionibus.* §XXXI. *in fine* omnem plane turbationem, a quocunque & quacunque ratione aut via illa contingat, consequenter & *judicialem* severe prohibet. Sicut §. XXXII omnem removet *exceptionem. Pacta, transactiones, conventiones aut concessiones, Statuum & subditorum de exercitio religionis, quatenus* anno decretorio *non adversæ*, confirmantur, *non adtentis, sed annihilatis omnibus anni* MDCXXIIII. *observantiæ, utpote quæ instar regulæ obtineat, contrariis latis sententiis, reversalibus, pactis, quibuscunque transactionibus*, speciatim Hildesiensi. (*Artic. V.* §. 33.) Omnem oppositionem & exceptionem restituentibus adimit §. 5. *Articuli XVI.* Vbi deinceps, loca, absque mora restituenda esse dicuntur, adjectum legimus: *non obstantibus ullis donationibus, infeudationibus, concessionibus, (nisi ultro & spontanea Status alicujus voluntate alicui factæ sint vel fuerint) obligationibus pro redimendis captivis, aut avertendis devastationibus, incendiisque datis, aut aliis quibuscunque titulis in priorum legitimorum dominorum possessorumve præjudicium acquisitis; cessantibus etiam pactis & foederibus: aut quibuscunque aliis exceptionibus prædictæ restitutioni adversantibus, quæ omnia pro nullis haberi debent.* (*Artic. XVI.* §. 14.) Quodsi tandem instrumentum pacis generatim prohibet, ne uspiam contra eam, in *petitorio*, aut *possessorio*, seu inhibitorii, seu alii processus vel commissiones unquam decernantur, (*Art. XVII.* §. 3.) hoc posterius tanto magis restitutioni ex capite gravaminum adplicari debet, quanto clarius adplicatio hæc in interimistica illa *de executione pacis, Norimbergæ*, mense Septembri, anno cIↃ IↃCXXXXVIIII. lata constitutione, *petitorii* jura circa restitutionem illam penitus excludente, 87) facta fuit.

87) Verba huc apprime facientia, in *Parte I. Actorum executionis P. W.* B. IO. GOD. de MEIERN, *L. II.* §. 36. *num I. pag* 318. & *P. II Corp. Recess. Imp. pag.* ed. noviss. 625. hæc sunt: Sodann Chur-Fürsten und Stände des Reichs betreffend, verbleibet es darbey, daß in dem *puncto restitutionis ex capite amnestiæ & gravaminum*, aus dem *instrumento pacis*, und nach desselben gesetzter *norma universali terminorum a quo, regulis item tam generalibus, quam specialibus*, unpartheyisch, unaufhältlich, und ohne Ansehung der Personen, Religionen oder IVRIVM PETITORII, doch mit Vorbehalt derselben *in puncto amnestiæ, facta prius*

restitutione, oder einiger anderer *Exceptionen*, wie sie Nahmen haben mögen, fürnehmlich nach dem bloßen *facto possessionis*, *usus*, *observantiæ*, *exercitii*, die *casus liquidi ab illiquidis* zu *separiren* und zu befördern ꝛc.

§. XXXI.

ELIDVNTVR, QVÆ OPPONI POSSENT.

Qvæ huic, hactenus recensitæ restitutionis ex capite *gravaminum* indoli & naturæ *opponi*, vel inde *excipi* possent, admodum pauca sunt. Vbi enim *vel* clausula quædam salvatoria, *vel* reservatio quædam adjecta fuit, *illa* specialis tantum, & *hæc* non nisi ad observandum ubique annum & diem criticum comparata est. Sic A. C. addictis *jura*, *quæ in ejusmodi bonis ecclesiasticis dicto anno dieque a Catholicis realiter*, *plene vel ex parte possessis habuerunt*, *sarta tectaque* conservantur. (*Artic. V.* §. 26. *vers. Quodsi.*) Civitatis *Donawerdanæ* restitutio adeo singularis est & paradoxa, ut neutiquam ad exemplum trahi, vel hoc opponi queat loco. Suspensa namque fuit a judicio universalium proxime venturorum Comitiorum Imperii præliminaris hujus quæstionis: Vtrum in pristinam libertatem restituenda sit illa, nec ne? decisio. Magis itaque comitiali decreto, quam pacis instrumento suam debuisset restitutionem, si quidem ei *tunc* adeo felici esse licuisset. Deinde, *idem* quidem *jus* ei in casum restitutionis promissum fuit, *quo ceteræ Imperii liberæ civitates vigore hujus transactionis gaudeant in ecclesiasticis & politicis.* Ast illa, diu ante annum MDCXXIIII. jam plene occupata, liberoque evangelicæ religionis exercitio privata fuit, nihil eapropter Lutheranos juvante anni istius decretorii norma. Denique, quod res est, hæc quoque restitutio non aliter concessa fuit, quam salvis, quoad hanc civitatem, eorum, quorum interest, juribus. (*Artic. V.* §. 12.) In favorem *Bavari* hanc clausulam salvatoriam specialem heic adjectam fuisse, nemo non intelligit. Singularis illa est, fatemur, in restitutione ex capite gravaminum. Tunc enim hæc clausula recte & jure adjecta fuisset, cum civitas *Donawerdana* restituenda fuisset in *Art. IV.* ex capite amnestiæ, secundum anni MDCXIIX. normam. 88) Quod tamen haud videtur. Causa namque *Donawerdana* ab omnibus merito præcipuis belli causis adnumeratur.

tur. Interim tamen ſpecialis illa eſt, diſerte quoad hanc civitatem concepta & reſtricta. Conſequenter nihil aliud dici meretur, quam exceptio, regulam in caſibus non exceptis firmans potius, quam labefactans. Similis exceptio occurrit circa jus devolutionis. (*Artic. V. §. 26. verſ. Etſi.*) Quod ſi enim collationes præbendarum vacantium debito tempore modove non fiant, earum diſtributio ad utriusque ſocios ex jure devoluto pertineat. *Modo* non ſolum *in iſtiusmodi bonis eccleſiaſticis mediatis* per talem præbendarum vacantium diſtributionem A. C. addictis pariter conceſſam, *inſtituto catholicæ religionis exercitio nihil præjudicetur*, verum etiam *magiſtratui Catholicorum eccleſiaſtico ſua jura ex inſtituto ordinis in ipſos religioſos competentia ſalva & illibata ſint.* Imo hic ne quidem *exceptio*, ſed potius *cautio* ſaltem atque metuendorum abuſuum medela continetur. Circa *pleniſſimam* alias liberarum Imperii civitatum in ſtatum anni MDCXXIIII. reſtitutionem, ea tantum (§. 29. *in f.*) excipiuntur, quæ ratione *politicorum* jam ſupra (§. 3. *ſq.* & 11.) de Auguſta Vindelicorum, Dunckelſpiela, Biberaco & Ravenſpurgo, dicto membro II. aliter diſpoſita fuerunt. In §. *XXXIII.* ſpecialiſſima quædam exceptio *Hildeſienſis* legitur, ſingulari quadam conventione nixa. Maximam crucem figit §. *XLIII.* Agit prior ejus pars de *controverſo* duos inter pluresve (unius vel *utriusque* religionis) *territorii jure*, noſtro loquendi more, ſuperioritate territoriali. Non diſtinguit, ſive *ante terminum* anni decretorii jam *controverſum* fuerit illud, ſive demum *poſt* illum factum fuerit litigioſum. Supponit controverſiam adhuc plane indeciſam, quod ſcilicet nondum *ſuper poſſeſſorio & petitorio* cognitum fuerit pronunciatumque. Tunc ſcilicet *poſſeſſori præfati anni idem jus* tribuitur, *quantum equidem ad publicum exercitium attinet*, quod alias vero & certo cuique domino territoriali competit, *reformandi* nempe Hoc unico ei præter reliquos communes, poſito limite, quod *ſubditi propter mutatam interim religionem, pendente territorii controverſia, migrare non cogantur.* Salvum igitur, reſervatum atque diſerte exceptum cuiquam videri poſſet jus, quod alii in idem, de quo quæſtio eſt, territorium prætendunt, juris reformandi fundamentum. Cum tamen alias, reſtitutione ex capite gravaminum facta, omnia ejusmodi jura ceſſare, tolli, mori, exſpirare ſoleant. Aſt nullus plane hic ſubeſt *reſtitutionis* caſus. De quocunque, non *reſtituto* ſaltem, territorio,

ejusque jure fermo est. Imo restitutum dici plane nequit, hoc, de quo agitur, territorium controversum. Cum restitutio tacite ad cognitionem usque & decisionem, sive amicabilem, sive judiciariam, suspendatur. Dicti namque præfato anno possessoris jus eo saltem usque durat, *donec super possessorio* ET *petitorio* cognoscatur & decidatur. Consequenter hoc demum facto restitutio contingit, suumque consequitur effectum. Ad quem usque omnia omnium in territorium istud controversum jura, salva maneant necesse est. Plura non addimus. 89)

88) Præter *Acta* pacis *publica*, in indice WALTHERIANO, *pag.* 156. notata, tam *relationem Donavverthanam*, quam *informationem juris & facti*, ei oppositam, huc conferendam esse, nemo est, qui ignorat. Conf. *Bibliotheca Deductionum* LIPENIO IENICHIANA, *Tomo I. pag.* 321.

89) Remittentes saltem ad *Acta* pacis *publica*, *Tomo IV. pag.* 97. 126. 147. 155. 187. 196. 201. 544. 804. 825. 880. 928. 963. *Tom. V. pag.* 572. *sq.* & denique *Tomo VI. pag.* 147.

§. XXXII.

DE TERMINO RESTITVTIONIS. VTRAQVE ACCEPIT TERMINVM A QVO. AMNESTIÆ RESTITVTIO PROPRIOR EST TERMINVS AD QVEM.

OMNIVM autem, quæ *restitutiones* hasce, ex capite *amnestiæ* & *gravaminum*, intercedunt, *differentiarum* facile princeps est, quam *diversus* utriusque TERMINVS parit. Sicut namque ista, quam modo, latius forsan, quam par est, explicavimus, differentia, *effectum* utriusque spectans, insignem prorsus atque notabilem, restitutioni ex capite *gravaminum*, præ altera, cujus *amnestia* mater est, prærogativam tribuit; adeo, ut illa, hanc ratione *plenitudinis* suæ multis post se relinquat parasangis: ita e contrario, quod nunc tradendum est, discrimen, ita comparatum reperies, ut ejus intuitu, restitutio ex capite *amnestiæ*, restitutioni, quæ fit ex capite *gravaminum*, palmam omnino reddere queat dubiam. Quem ad modum namque *restitutio* ex capite *gravaminum*, neutiquam intelligi debet *salvis juribus quibuscunque:* (§. XXVIII. sq.) sic, e contrario, altera potius ex capite *amnestiæ*, illam ratione *initii* atque principii sui, sive,

sive, ut statim & semper deinceps summorum pacisCentium stylo utamur, TERMINI A QVO, (*Artic. V.* §. 2.) ejusque *latitudinis* & extensionis commoditate quam maxime superat. Verbo: hæc differentia spectat *terminum a quo*, illa autem *terminum* potius *ad quem*. Vtraque quidem restitutio,&,quæ fit ex capite amnestiæ, &, quæ ex capite gravaminum oritur, *terminum* accepit *a quo*, diversum licet, ut sequentia docebunt. Ast terminus ad quem proprius est restitutioni ex capite *amnestiæ*, altera ex capite *gravaminum* nullo circumscripta termino ad quem. Cum scilicet nulla prorsus ratione, neque facti, neque juris, illa rursus interverti queat. Sola namque illa restitutio, quæ *amnestiæ* filia, propter explicatam supra clausulam illam *salvatoriam generalem*, ei, non vero utrique, adjectam, diutius durare nequit, quam quæcunque illa quorumcunque jura id permittunt. (*Artic. III.* § 2.) *Terminum* consequenter habet, si ita loqui licet, *ad quem*, vagum nempe & antecedenter incertum, donec aliud quid, vel juris via, vel amicabili compositione, statutum fuerit. Id quod de altera hac restitutione dici nequit. Satis autem de hoc discrimine.

§. XXXIII.

TERMINVS A QVO, SEV INITIVM RESTITVTIONIS EX CAPITE AMNESTIÆ EST ANNVS 1618.

PROGREDIAMVR nunc ad *terminum a quo*, novæ differentiæ fontem. Oritur vero hæc fluitque non minus, ab illa, ex interna *amnestiæ* & *pacis* sanciendæ indole & natura. Hæc enim unum quemvis facile docebit, quodnam restitutionis ex capite amnestiæ capiendum statuendumque sit initium. Hoc *principium* namque, suæ naturæ conformiter, dicitur *terminus a quo*. Amnestia est oblivio, & si quidem, ut in pace Westphalica, plena, redintegratio omnium belli effectuum, calamitatum, malorum, incommodorum, injuriarum, damnorum, durante discordia, bello, hostilitate, belli & victoriæ jure ultro citroque illatorum & acceptorum. Quæ igitur, ex capite amnestiæ fieri debet, restitutio, si præsertim plenaria esse debeat, omnia bello gesta abolere, omnes mutationes tollere, eundemque prorsus statum reducere debet, qui ante bellum, ante motus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0273
DFG

tus illos, qui bello occasionem dederunt, ante initium & motuum & bellorum 90) fuit. Et hic quidem idem ille terminus est, a quo restitutionem ex capite amnestiæ faciendam repetere placuit summis pacisCentibus, annus nempe MDCXIIX. quo reliquis dissidiorum motuumque causis, Bohemica accessit, istaque belli flamma erupit, quæ triginta annos, *sæculum* 91) prisCis *Germanis* visos, sæviit, Germaniamque misere afflixit. Multum quidem de vero belli initio *Cæsareos* inter *Suecicos*que Plenipotentiarios, nec non Evangelicos Catholicosque disputatum fuit. Tandem vero in istud, quod diximus, consenserunt utrique. Prout, quam deinceps dabimus, *Amnestiæ* pacis Westphalicæ, ejusque *termini* HISTORIA, unumquemvis satis superque docebit.

90) Loca, in quibus sic loquuti fuere *pacificatores*, *nota* 85) indicat, *p.* 256.

91) c. c. PLINIVS s. in *Hist. nat. L. XVI. cap.* 44. loquens de *visco* religiose collecto a Druidibus: *Est autem id*, inquit, *rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur: & ante omnia sexta luna, quæ principia mensium annorumque his facit & SÆCVLI post* TRICESIMVM ANNVM. De quo *Druidum visco* singulari *diss.* egit B. IO. GE. KEYSLERVS, in *antiqq. selectis Septendr. & Celticis*, *num. III. pag.* 304. *seq.* PLINIO junge CENSORINVM, *de die natali*, *cap. XVII.* ubi: *Quare, qui annos triginta sæculum putarunt, multum videntur errasse*, rel. Vnde in LEGE WISIGOTHICA, *L. X. tit.* 2. §. 4. legimus, *eo numero veritatem* PERFECTÆ ÆTATIS (non hominum, sed temporum) *compleri.* Illius autem loci PLINIANI magnus, in Germanico jure, circa *præscriptionem tricennariam*, est usus. Vid. IO. G. HEINECCIVS in *Elem juris Germ. L. II. tit. IV.* §. 100. *Tom. I. pag.* 444. & CHR. GOTTLIEB RICCIVS, *in spec. juris Germ. quo præscriptio Germanorum vetus & hodierna ex legibus & diplomatibus illustratur*, *Norimb.* 1738. *edit.* Num vero *Romanis* sæculum C. an vero C. & X. annorum fuerit, disquirit SAM. PITISCVS, voce: *Seculum. Tomo II. pag.* 716. nec non, qui erudite hanc in rem commentati sunt, DAN. GVIL. MOLLERVS, in disp. *de seculo*, *Alt.* 1701. & Cel. IO. MATTHIAS GESNERVS, tum in *comment. de annis ludisque sæcularibus veter. Rom. Vin.* 1717. *pag.* 18. tum in disp. *de opinatis secularium ludorum notis in nummis Romanarum Gentium*, *Goettingæ* 1745. *cap. I.*

§. XXXIV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0274
DFG

§. XXXIV.

TERMINVS A QVO, S. INITIVM RESTITVTIONIS EX CAPITE GRAVAMINVM EST ANNVS 1624. EIVSQVE PRIMA DIES IANVARII.

ALIVM plane, eundemque notabiliter anguſtiorem, TERMINVM, A QVO, ſibi, ex præſcripto pacis *Oſnabrugenſis*, vindicat *reſtitutio ex capite* GRAVAMINVM. Eſt ille ANNVS CIↃ IↃ CXXIIII. ejusque *prima Januarii dies*. Id quod hoc præſertim ſenſu accipiendum eſſe cenſemus. GRAVAMINA, quæ dicto *anno & diei* adſtrictæ reſtitutionis fundamenta ſunt, haud poſtremæ belli cauſæ erant. (*Artic. V. pr.*) Conventio belligerantium circa ipſas belli *cauſas*, id eſt, quod proprie & ſtricte *pacem* dicimus. (§. X. & XII.) Quid vero *pax* aliud, quam *tranſactio?* Quo alio modo, quam dato uno & retento altero, ut Iureconſulti de tranſactione loqui amant, pax coire ſolet? Pax nunquam definit cauſæ, ob quam bellum geſtum fuit, juſtitiam velut internam. Hoc judicem requirit. Quem paciſcentes, etiam civili ante vinculo, ſed rupto & utrinque violato, juncti, non habent. Non alia igitur elabendi rima patet, quam *tranſactio*. Neque alia ratione *tranſigentes* in *Weſtphalia* pacem obtinere poterant, quam ſi, miſſa omni de jure diſputatione, certum *tempus* & certus *ſtatus*, qui vel ante bellum, vel eo durante obtinuit, fundamenti loco poneretur, merumque poſſeſſionis, ſive deinceps juſtæ, ſive injuſtæ, ſive nudæ, ſive qualificatæ, factum, NORMA conſtitueretur & REGVLA, ſecundum quam reſtitutiones, ex pace, ſive gravaminum cauſa, absque omni noxa, mora, tergiverſatione, exceptione vel turbatione faciendæ ſint. Hactenus igitur omnia *neceſſitatis* erant. Abſciſſe neceſſaria erat *certi* cujusdam TERMINI, omnis reſtitutionis fundamenti, ſanctio. Sicut contra ea omnia magis *voluntatis* erant & *arbitrii*, quæ circa ipſam *ſtatus, temporis, termini, criſeos, normæ, regulæ, baſeos* & *fundamenti* determinationem in pacis inſtrumento conſtituta legimus. Eodem namque modo, jure & effectu in alium quoque, tam *annum*, quam diem, conſentire potuiſſent pacificatores. Vnde utriusque hujus termini ratio non aliunde, quam ex ipſa *pacis* hiſtoria, actisque ejus publicis, deſumi poterit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0275
DFG

§. XXXV.

DE RESTITVTIONE SPECIALI.

TANTVM de *indole & differentiis* utriusque illius RESTITVTIONIS, quæ ex cauſa & regula quadam *generali* ſive pluribus communi fit, tum *amneſtiæ*, tum *gravaminum*. Cum vero *aliam* adhuc, *ſpecialem* nempe, ſive quibusdam ſaltem perſonis, vel cauſis, propriam dari ſupra (§. XIIX.) dixerimus; ne ſemel electum ordinem deſerere videamur: de *hac* eo magis nunc vel tribus agendum erit, quo certius perſuaſum nobis habemus, ſpeciales illas reſtitutionum cauſas, ſummos paciſcentes, illarum probe memores, generali iſto atque adeo controverſo, ut illud nominare vix audeamus, vocabulo, ALIVNDE, junctim intellexiſſe atque indigitaſſe. Datur ſcilicet, quod nemo temere contra claram (§. 13. *Art. V.*) litteram negabit, *tertium* quoddam reſtitutionis genus, cui nomen ibi inditum fuit ALIVNDE, *crux* illa omnium ad hunc ſcopulum allidentium commentatorum. Hoc a reliquis duobus *diſtinctum* ſeparatumque ſit, neceſſe eſt. Sicut vero, vel nomine ſuo teſte, *generale* eſt, ita nobis quoque *medium* 92) & *miſcellum* eſſe, hoc eſt, omnes reliquas reſtitutionum cauſas ſpeciales, ſingulari nomine haud donatas, hinc inde in tabulis pacis occurentes, continere videtur. Tales autem notamus ſequentes I. *pactum*, II. *transactionem*, III. *jus & ſententiam*, IV. *decretum comitiale* & V. *gratiam*. Quoad *pactum*, huc quidem proprie non ea omnia ſpectant, quæ pax *Weſtphalica* de pactis, ſe *vel* antiquioribus, *vel* recentioribus, ſibique *vel* conſentaneis *vel* adverſis ſanxit; 93) aſt ea tamen *pactorum* exempla *reſtitutionem* quandam *ſpecialem* pollicentur, quæ in tabulis pacis Oſnabrugenſis rata fuerunt habita ſive diſerte confirmata. Qualia v. gr. illa ſunt *gentilitia*, quæ in Domo Palatina, inter lineam electoralem *Heidelbergenſem & Neoburgicam, ſuper electorali ſucceſſione* inita atque *a prioribus jamjam Imperatoribus confirmata* fuere: (*Artic. IV.* §. 10.) Tale etiam eſt *pactum* iſtud antichreticum, *oppignorationis & perpetuæ reluitionis* Moguntino-Palatinum, *ibidem* §. 7. confirmatum. *Specialem* porro reſtitutionem producunt *transactiones*, quibus *pax* illa ſingulatim hocque fine, ut eodem modo valeant, *ac ſi totidem* verbis tabulis iſtis inſertæ (*Art. XV.* §. 13.) fuerint, *adſiſtit*. Quo nomine com-

complures *transactiones* celebres sunt atque illustres. PRIMA, quæ *inter Domos Hassiacas, Cassellanam & Darmstadinam, super successione Marpurgensi, Cassellis*, XIV. Aprilis M DC XLVIII. *unanimi partium consensu composita fuit.* Hæc enim *transactio, cum suis annexis & recessibus, sicut ea Cassellis inita & a partibus subsignata, conventuique Osnabrugensi insinuata* 94) *fuit, vigore Instrumenti hujus, ejusdemque plane roboris, ac si verbis totidem hisce tabulis inserta comprehenderetur, esse, neque a partibus transigentibus, nec aliis quibusvis, sub prætextu pacti, sive juramenti, sive alio quocunque, ullo unquam tempore convelli, quin imo ab omnibus, etiamsi aliquis ex interessatis eam confirmare detrectet, exactissime observari debet.* (*Art. XV.* §. 13.) SECVNDA, quæ *inter* WILHELMVM *Hassiæ-Landgravium &* CHRISTIANVM *&* WOLRADVM, *Comites Waldecciæ*, anno M DC XXXV. facta & anno M DC XLVIII. a GEORGIO Hassiæ Landgravio confirmata fuit, *& vigore pacificationis* istius *plenissimum robur obtinuit, omnes Hassiæ Principes pariter & Waldecciæ Comites obligans.* (*Art. XV.* §. 14.) TERTIA, inter CHRISTIANVM LVDOVICVM, *Ducem Brunsvico-Luneburgensem, Hasiæ Landgraviam, &* PHILIPPVM *Comitem de Lippe, circa jus directi & utilis dominii in præfecturis Schaumburg, Bickeburg, Saxenhagen & Stadthagen*, inita. (*Art. XV.* §. 3.) QVARTA, *quæ inter eandem Landgraviam & dictum Comitem inita fuit.* (*ibidem in f.* §. 8.) QVINTA, *Juliacensis*, anno demum MDCLXVI. in causa successionis Juliacensis condita, sicque jam ante, quam *nata* fuit, *pace*, in omnem eventum, *confirmata.* (*Artic. IV.* §. 57. *ult.*) SEXTO, transactiones *Augustanæ*, de annis MDXCI. & MDLXXXIII. *Quatenus* scilicet *huic pacis dispositioni directe vel per indirectum non repugnant.* (*Art. V.* §. 10.) SEPTIMO, *capitulationes*, quæ & ipsæ 95) nihil aliud, quam pacta, conventiones & transactiones sunt *Episcoporum A. C.* cum Capitulis suis constitutæ. (*Artic. V.* §. 17. & *Art. XIII.* §. 3. 4. 5.) OCTAVO, omnes generatim futuræ demum, *amicabiles compositiones.* (*Art. IV.* §. 8. 23. 27. 29. 30. 42) NONO, pacta, conventiones & transactiones dominorum subditorumque circa religionem, ejusve exercitium, 96) (*Art. V.* §. 31. 33. & *Art. VII.*) DECIMO, generalis illa de religionis dissidiis compositio. (*Art. V.* §. 1. 14. 31.) VNDECIMO, transactio Passavienſis & Pax religiosa, 97) diserte confirmata. (*Art. V.* §. 1.) DVODECIMO omnes tandem *leges, constitutiones & consuetudines Imperii R. G.* (*Art.*

VIII. §. 4.) Cæterum vero, etiam *contra* transactiones, & *utroque* latere reſtitutiones dari, exempla ſunt in *Art. IV.* §. 26. *Art. V.* §. 25. 29. 33. *Art. XVII.* §. 3. *Jure* & *ſententia* III. reſtituebantur, *vel*, qui ea, quæ ex capite amneſtiæ in poſſeſſorio reſtituerant, deinceps in petitorio velut evicerunt, (*Art. III.* §. 2.) *vel* qui ſententiis, *reviſione* emendatis, (*Art. IV.* §. 49.) læſi antea fuerunt, *vel*, de quorum jure tempore congreſſus pacificatorii nondum ſatis conſtabat. Sic *Principiſſæ Badenſis reſtitutio in baronatum Hohen-Gerolseck* ad ſententiam usque, vigore documentorum, intra biennium ferendam, ſuſpendebatur. (*Art. IV.* §. 27.) *Caſtrum & comitatus Falckenſtein ei* reſtituendus eſſe dicitur, *cui de jure competit.* (*Art. IV.* §. 29.) Similiter multæ aliæ reſtitutiones a jure & ſententia, ſive deciſione judiciali ſuſpendebantur. (*Art. V.* §. 8. 23. 27. 29. 30. 40.) *Decretum Comitiale* IV. unicum Donawerdæ refugium, unica *reſtitutionis* ſuæ ſpes erat. (*Art. V.* §. 12. conf. §. *XXXI.*) De *gratia* tandem, velut Imperatoris, quoad terras ejus hæreditarias, tanquam ultima reſtitutionis cauſa ſpeciali, ea legi poterunt, quæ tum in *Art. V.* §. 38. 39. 40. 41. tum & in principalis de *executione* pacis *Receſſus* §. II. 98) inveniuntur. Hæc omnia & ſingula reſtitutionum fundamenta, imo, ſi quæ alia adhuc dantur, eo rectius generali iſto vocabulo, (*aliunde*) comprehendi dicuntur, 99) quo minus alius illius ſenſus erui vel commode admitti poteſt. Prouti HENRICI a HENNIGES dubia contra aliorum opiniones 100) prolata ſatis ſuperque probant. Cujus, æque ac ab eo reprobata IO. DECKHERRI 101) *ſententia* plurimum ex vero habet. Nam nec nos excludimus, ſed huic potius *aliunde* includimus inprimis illos, quos, ſive nominatos, ſive haud nominatos, (*Art. IV. princ.*) cujuscunque, *aliter* licet *conventi*, (*Art. III. Art. V.* §. 24. & *Art. XVI.* §. 14.) Articuli diſpoſitio, ex quocunque fundamento, etiam *communi* ſaltem *jure*, vel priſtino, vel noviter convento ſtatui, reſtituit. Multi enim in pacis inſtrumento reſtitui jubentur, quos, cum bello nulla ratione impliciti fuerint, nec *amneſtia*, nec *gravaminum compoſitio* quidquam juvare poterat. Longum eorum nectente catalogum laudato HENNIGESIO. 102) Jam vero, recte judicante *Grubenhagenſi* 103) Legato, ad pacis tractatus *cauſæ* ſaltem atque *effectus* belli pertinebant, *amneſtiæ* & *gravaminum* fundamenta.

menta. (§. X. & XII.) Sed *ampliorem* deinceps, quam tum, cum clauſulam hanc *aliunde* primum 104) exhiberent, ſperare poterant, *amneſtiam* nacti Evangelici, multos huic inſerebant, quos antea reſtitutioni ex capite *aliunde* deſtinarant. 105) Hinc autem hujus vocabuli ſenſus adeo difficilis atque impeditus, quod multi ad hoc genus *aliunde* ſpectantes, æque commode ad alterutrum, vel *amneſtiæ*, vel *gravaminum*, caput referri queant. Inter *hæc* enim iſtud fluctuat atque ab utroque tantum participat, quantum alio reſpectu rurſus differt. Velut ratione termini, non ejusdem cum termino, vel *amneſtiæ*, vel *gravaminum*, non *communi*, ſed cuique reſtitutioni, ſecundum pacis litteram, *proprio*. 106) Ex hoc enim *generali* & *miſcello* capite reſtituendos, certo cuidam *anno* vel *diei*, *ſub præjudicio cauſæ*, *alligare*, iniquum jure cenſuit IO. DECKHERRVS *all. loco.*

92) *Eatenus* non male GOD. FERD. de BVCKISCH, *ad Art. V. §. 13. obſerv. 17. pag. 151.*

93) Præſertim *Artic. V. §. 33.* Ad quem conferri meretur IO. IAC. MOSERI diſp. *de pactis & privilegiis circa religionem & alia eccleſiaſtica*, Francof. anno 1738. edita.

94) Conſtat illa ex pacto *primario*, dem Haupt-Receſs und Vergleich, & *ſecundario*, dem Neben-Abſchied. Hoc exhibent *acta pacis Weſtph. L. XL. §. 17. num. II. Tom. V. pag.* 684 -- 687. Illud vero eadem exhibent *num. I. pag.* 677 -- 683. Legitur *hoc* quoque in THEATRI EVROPAEI *Tomo VI.* in *actis* LONDORPIANIS *Tom. VI. pag.* 306. *ſq.* & in *Archivo* LVNIGIANO, *Tom. IX. pag.* 899. *ſq.* Scripta vero utriusque partis publica, ſat multa recenſent *Bibliotheca juris publici* HOFFMANNIANA, *pag.* 416 – 420. *num.* 1752 -- 1768. & inprimis *Bibliotheca deductionum* LVNIGIANA, a *Cel. Gieſſenſium* nunc Anteceſſore G. A. IENICHEN magnopere locupleta, *P. I. Heſſen, B. n.* 1 — 33. *pag.* 540 – 585.

95) Confer, ſi placet, quæ *nos* alibi, nempe in libro ſingulari, *de jure Principum Statuumque ſuffragandi ad capitulationes Impp.* heic loci iterum edito, *cap. II. §. VI. VII. pag.* 12. *ſq.* 17. 18. *ſq.* de pactitia hac & conventionali *capitulationum* indole ſcripſimus. Junge vero etiam IO. IAC. SCHWARZII *diſp.* quam is Ienæ anno 1737. *præſide Cel.* CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO defendit, *de capitulationibus Epiſcoporum Germaniæ*, §. *I. II. III.*

96) Ipſumque forſan *terminum* & *annum decretorium.* Subſcribimus heic *ſententiis* & *cautionibus*, quas circa hanc, de *mutabilitate* anni decreto-

rii, quæstionem commendarunt B. I. H. BOEHMERVS, *in Consult. & decis. juris eccles. Resp.* 6. *qu.* 4. *& Resp.* 9. *pag.* 135. 136. 156. Perillustris AVCTOR *meditationum de jure reformandi*, *P. II. cap. III.* §. 49. *p.* 255. & Reverendissimus *Cancellarius* CHR. M. PFAFFIVS, alleg. jam sæpius loco, *P. II. cap* 5. §. 12. *pag* 357. Non possumus tamen, quæ de necessitate consensus subditorum, *Ordinum*que, præsertim *provincialium*, tum *Ill.* DAV GEORGIVS STRVBEN, *in observ. de Stat. provinc. origine & præcipuis juribus*, §. *XX.* quæ IV. est observationum *Juri Villicorum* additarum, *pag.* 157. tum *Cel.* CHR. GOTTL. BVDERVS *in amœnit. jur. publ. cap. III. pag.* 12. *m. sq.* collegerunt, exempla, satis illustria, huc commendemus.

97) Evolve B. GABR. SCHWEDERI disp. *de pacis religiosæ constantia & perpetuitate*, anno 1707. habita, § *XIX. sq. Tomo I. num.* 23. *pag.* 1102.

98) In *Corp. Recessuum Imp.* novissim. edit. *P. III. pag.* 625.

99) Nobiscum sentiente Legato *Brandenburgico*, cujus verba apud HENNIGESIVM *pag.* 239. hæc sunt: Das Wort *aliunde* verstünde sich *de transactionibus, sententiis, rebus judicatis, & juribus ante bellum exercitis.*

100) *Ad Artic. V.* §. 13. *pag.* 228. *nota e*).

101) In *L. I. Consult. for. de Pace civili religioni Germanorum, Osnabrugæ & Monasterii data*, *P. I. cap. II.* §. 80.

102) *Ad* §. 1. *Artic. IV.* p. 33. *not. c*).

103) In *protocollo Evangg. Osnabr.* d. d. 10. Jan. 1648. apud B. de MEIERN, *L. XXXIII.* §. *V. num. I. Tomo IV. pag.* 875. ubi: *ad tractatus* gehöre *causa* und *effectus belli*, doch wolle er niemand zuwider seyn.

104) Factum hoc *in declaratione* GRAVAMINVM suorum, Suecis, die Febr. 27. anni 1647. exhibita, *cit. loco L. XXV.* § 13. *num.* 1. *Tom. IV. pag* 90.

105) Recte sic judicante atque exemplo LVDOVICI PHILIPPI, *Comitis Palatini*, qui suam deinceps restitutionem ex capite *amnestiæ* in *Articulo IV.* §. 20. obtinuit, conjecturam suam probante *Cel.* FR. I KORTHOLTO, in jam laudato schedio, *de processu arresti in causis P. W. prohibito*, §. *XIV. p.* 25.

106) Sic in pace *Monasterienſi*, *annus* 1548 quoad restitutionem *Trevirensem* suo modo decretorius est. *Artic. V.* §. 8. Ipsemet *annus* 1624. qui in *P. O. Art. V.* circa compositionem *gravaminum*, suo jure, *unicum restitutionis fundamentum* dicitur, in *Articulo IV.* circa restitutionem ex capite *amnestiæ* aliquoties; veluti non solum circa religionem civium *Oppenheimensium*, §. 19. sed etiam quoad restitutionem comitatus *Veldenz*, §. 22. nec non *Waldeccianam*, §. 38. occurrit. Sic porro *annus* 1637. restitutionis Domus *Solms - Hohen - Solms* terminus est. §. 33. In controversia Nassau-Siegen contra Nassau-Siegen, commissionis Cæsareæ, jam *anno* 1643. decretæ reassumtio decernitur. *Art. IV.* §. 29. Circa exercitium

ercitium religionis *Hildeſienſe* notabilis eſt idem hic *annus* 1643. *Art. V.* §. 33. *Helvetiorum plena libertas & exemtio*, ab Imperatore, *requiſita Ordinum Imperii ſententia & conſilio*, jam *anno* 1647. *die* 14. *menſis Maji*, ſingulatim declarata, atque in *Articulo VI.* ſolemniter ſaltem confirmata fuit. Neque negligendum heic erit *tempus conditæ pacis*, per verba, *hoc tempore*, *Art. VII.* §. 2. *nunc*, *Art. XI.* §. 11. & ſimilia indicatum. Tempus *ſubſcriptionis & ſubſignationis inſtrumenti pacis*, finis & *terminus* erat *omnis hoſtilitatis*. *Art. XVI.* §. 1. *Dies publicatæ pacis* erat initium ſolutionis, *ſpatio quatuor annorum*, GVSTAVO, *Comiti in Waſenburg*, ex epiſcopatu Oſnabrugenſi, faciendæ. *Art. XIII.* §. 2. *Annus* 1649. initium ſolutionis, quam Imperator *fratribus* Electoris Palatini promiſit. *Art. IV.* §. 12. Idem annus *finis* erat ſolutionis, pro exauctoratione militiæ Suecicæ, faciendæ. *Art. XVI.* § 9. Reliquos autem, ſubinde occurrentes, velut *duorum*, *Art. XVII.* §. 1. *trium*, *Art. X.* §. 12. *& Art. XVIII.* §. 5. *ſex*, *Art. VIII.* §. 3. *novem* menſium, *Art. XV.* §. 4. 7. nec non *triennii*, *Art. XVII.* §. 6. & *quinquennii*, *Art. XIV.* §. 3. TERMINOS, pluribus huc allegare, haud erit neceſſe.

§. XXXVI.

HISTORIA VTRIVSQVE IN P. W. SANCITI TERMINI.

QVVM vero, ut decet, tempeſtive e hoc *ſpecialium* RESTITVTIONIS *cauſarum* diverticulo, quod nos propter difficultatem vocis ALIVNDE paullulum detinuit, in viam redeundum, nuncque vel tandem ad ipſum *inſtituti* noſtri *caput* progrediendum ſit, ante omnia, brevem & ſuccinctam utriusque illius *pace Weſtphalica* ſanciti, tum AMNESTIÆ, tum vero inprimis etiam GRAVAMINVM *termini* a quo *hiſtoriam*, uberius dilucidandæ adductæ antea (§. XXXII. XXXIII. XXXIIII.) differentiæ, ſicque propius deinceps & intimius cognoſcendæ *diei* noſtri *decretorii* naturæ apprime inſervientem, ex *actis* & monumentis illius, memoriæ proditis & typis hucusque evulgatis condere licebit. Præcipue vero ſequendum nobis erit filum *actorum* pacis noſtræ MEIERIANORVM, quæ licet multa nobis reliquerint deſideria, atque ab eis, queis ſacra aliorum *archivorum* ſcrinia adire & perluſtrare licuit, *incompleta* dicantur, neque internum illorum *pretium* externo *ſplendori* ſuo ſemper reſpondere videatur, eorum tamen omnium, quæ hodie proſtant, pleniſſima ſunt atque præſtantiſſima. Vnde non cumulabimus *allegationes* vel epiſtolarum

FORST-

FORSTNERIANARVM, vel *historiæ* PFANNERIANÆ, vel AD. ADAMI *arcanorum*, vel *rerum* SAM. PVFENDORFII *Suecicarum*, vel *cancellariæ* GÆRTNERIANÆ, vel & insignium atque præstantium, his omnibus subinde longe utiliorum, *commentariorum*, quos Galli *memoires* 107) vocant, *historicorum*, cum nihil singulare in hisce reperire nobis licuerit, libris, eadem *acta publica* sparsim exhibentibus. Quo major autem, supra (§. X. XI. XII.) latius descriptæ, AMNESTIÆ necessitas, in componendis bellis civilibus sedandisque motibus intestinis, jam antiquissimis populis, interque hos etiam *Germanicis*, jure meritoque visa fuit: eo minus quoque citra seriam *universalis & illimitatæ amnestiæ* sanctionem, bellum tricennale, quod suo etiam modo *civile* fuit & *intestinum*, feliciter finiri, paxque Westphalica prudenter condi potuit.

107) *Talis* nobis innotuerunt *quatuor*. I. Ms. DEDIER *memoires touchant la negotiation du traité de la paix de Munster, a Cologne* 1674. 12. Hic *auctor* usus est *relationibus* ABEL SERVIEN, *Comitis de la* ROCHE *des Aubieurs*. II. *Memoires de la cour de France, touchant la paix de Munster, a Amst.* 1710. III. *Negociations secretes, touchant la paix de Munster & Osnabrug, a Amst.* 1725. (IV. Tomi in fol.) IV. Ms. BOUGEANT *l'histoire des guerres & des negotiations, qui precederent le traité de Vestphalie, a Paris* 1727. Hic usus est *relationibus* CLAUDII de MESMES, Comitis d'AVAUX.

§. XXXVII.

TERMINVS A QVO RESTITVTIONIS DECRETORIVS IN PACIFICATIONE W. QVAM MAXIME NECESSARIVS HABEBATVR, SIVE GRAVAMINVM, SIVE AMNESTIÆ, QVOD EXEMPLIS EX INSTRVCTIONE LEGATORVM CAESAREORVM, PROPOSITIONIBVS PACIS SVECORVM ET GALLORVM PROBATVR.

SENSERVNT perſenſeruntque *illius* neceſſitatem, durante adhuc bello, jam anno MDCXXXV. auctores derer Schönbeckiſchen Tractaten, 108) e quorum punctationibus ſequentia huc potiſſimum pertinent fragmenta: I. Daß alle Kriege und Feindſchafft zwiſchen Ihro Kayſerl. Majeſt. und der Königl. Majeſt. in Hiſpanien und Ungarn und der Catholiſchen Liga, und dann der Königl. Majeſt. und der Cron Schweden abgehandelt und aufgehoben, und dagegen die vorige Freund-

Freundschafft erneuert und restabliret werde. III. Daß alle injurien, Schäden und Beschwerungen eines oder andern theils begangen und zugefügt, vor und in dem Krieg, biß auf den heutigen Tag, sollen beyderseits aufgehoben, und zu ewigen Zeiten vergessen seyn. VII. Daß alle der Cron Schweden und Evangelischen Weesens Bediente, so in Civil- als Kriegs-Diensten, ihrer Ehren, Reputation, Leib, Lebens, Weib und Kinder, Haabe, Güther, Gerechtigkeit und Anwartungen genugsam versichert seyn und bleiben mögen, und nichts gegen sie oder die ihrigen, nun und inskünftige, geahndet oder gerochen werde, was einer oder mehr in diesem gantzen Krieg, von anno 1618. an, gethan oder begangen haben möge. XI. Daß die noch übrigen Stände, so im Pragischen Frieden noch nicht angenommen, in die Amnestia ingleichem angenommen, und den andern gleich gehalten werden mögen. 109) En primam omnium, sive ultimam, *universalis & illimitatæ* 110) illius amnestiæ mentionem! En naturalem & necessarium prorsus omnis ex *amnestia* restitutionis *terminum* a quo decretorium! annum puta MDCXVIII. Sentiebant porro ejusdem *puncti* necessitatem æque ac momentum, qui Legatos Cæsareos, *Osnabrugam* profecturos, instruebant, administri Imperatoris purpurati, illis in mandatis dantes: 111) Sich weder über den *punct* der *amnestie*, noch der *satisfaction*, in nichts ein- und herauszulassen, es seye dann, daß man zuvor an Seiten der Cron Schweden sich habe vernehmen lassen. Inprimis vero *gravitatem* & pondus illius non solum sentiebant, verum penitus quoque cognoscebant SVECI, in prima statim pacis *propositione* talem efflagitantes amnestiam, qualem publicus perturbatæ tunc Germaniæ sibi jure meritoque postulabat, Status. Sic enim ratiocinabantur illi: I. *Bellum, quod inter Reges Regnaque Sueciæ & Galliæ eorumque Fœderatos & Adhærentes, ex una, tum Imperatorem Romanum & Domum Austriacam, eorumque Socios & Assistentes, exteros & Germanos, ab altera parte, sat acriter hactenus gestum est, cum omnibus priorum dissidiorum reliquiis, ab initio motuum Bohemiæ, vigore præsentis transactionis, ita componatur ac sopiatur, ut nec ejus, nec ullius alterius rei causa vel prætextu, alter alteri posthac quicquam hostilitatis aut inimicitiæ, molestiæ vel impedimenti, quoad personas, statum aut securitatem, per se vel per alios, clam aut palam, directe vel indirecte, specie juris aut via facti, in Imperio vel uspiam extra illud, (non obstantibus ullis prioribus pactis) inferat, aut*

inferri patiatur: sed omnes & singulæ hinc inde hactenus tam ante bellum, quam in bello, verbis, scriptis, aut factis, illatæ injuriæ, absque omni personarum rerumve respectu ita penitus aboleantur, ut quicquid eo nomine alter adversus alterum prætendere potuisset, perpetua sit oblivione sepultum. III. *Quia vero externum & intestinum bellum eo nexu inter se cohærent, ut neutrum pro rite composito haberi possit, nisi utriusque causæ tollantur, externæ vero causæ ab internis ita fluant, ut istae tolli nequeant, nisi his sublatis: ideo necessum est, ut, ante omnia a Serenissimo Imperatore Romano, per universalem illimitatam amnestiam, universi & singuli Status, tam mediate, quam immediate Imperio subjecti, inprimis qui cum Regibus & Regnis Sueciæ Galliæve, quacunque necessitudine juncti fuerant, aut etiamnum sunt, Electores, Principes, Comites, Barones, Civitates, liberaque Imperii Nobilitas, (inter alios Regnum Bohemiæ cum annexis, Domus Palatina, Wurtembergica, Badensis, Augusta Vindelicorum, &c.) tam quoad ditiones & bona, quam quoad dignitates, libertates & jura, restituantur plenarie in eum Statum, in sacris & profanis, in quo ante exortos anno* 1618. *Imperii motus prosperrime floruere: non obstantibus, sed annulatis quibuscunque interim, per præscriptiones, confiscationes, res judicatas, generales aut particulares transactiones, præcipue Pragensem, aliove quocunque modo factis in contrarium mutationibus.* IV. *Restitutorum in sua quisque status juriumque possessione ita firmetur ac stabiliatur, ut nullius imposterum facto, inde dejici possit vel debeat.* VIII. *Ad universalem quoque pertinet amnestiam, ut omnes & singuli, tam bellici Officiales militesque, quam Consiliarii & Ministri togati, civiles & ecclesiastici, sive ex hæreditariis Imperatoris, sive aliis exteris aut Imperii provinciis oriundi, quocunque nomine aut conditione censeantur, qui Regibus regnisque Sueciæ vel Galliæ, eorumve fœderatis aut adhærentibus toga vel sago militaverant, aut quocunque modo adhæserant, a summo ad infimum, ab infimo ad summum, absque ullo discrimine vel exceptione, cum uxoribus, liberis, hæredibus successoribus & servitoribus, quoad personas & bona, in eum vitæ, famæ, honoris, conscientiæ libertatis, jurium ac privilegiorum statum, quo* ante dictos motus *gavisi sunt, aut jure gaudere potuerunt,* postliminio *restituantur: nec eorum personis aut bonis hujus* viginti septem *annorum militiæ causa ullum creetur præjudicium, ullave actio vel accusatio intentetur; multo minus ulla pœna damnumve sub quocunque prætextu*

textu irrogetur. 112) In quo argumento SVECOS imitabantur GALLI, eodem fine & loco sic scribentes: I. *Quod bellum & omnes hostilitates inter Regem christianissimum, Reginam Sueciæ, omnes ipsorum fœderatos & adhærentes ex una, & Imperatorem Romanorum, Domum Austriacam & omnes ipsorum fœderatos & adhærentes ex altera partibus cessabunt.* II. *Quod inter ipsorum Majestates firma & durabilis pax, & sincera amicitia restaurabitur.* IV. *Quod omnia pendentibus præsentibus motibus facta oblivioni tradentur, absque quod ex una alterave parte in futurum ulla postulatio possit institui sub quocunque prætextu, & quod ad hunc finem perpetua & generalis amnestia sancietur, sine ulla reservatione, limitatione vel exceptione negotiorum vel personarum.* V. *Quod similiter declarabitur, quod ultra amnestiam generalem, citraque derogationem ipsius, ac potius ad majorem cautelam & securitatem, omnes præfecti, officiales, milites, omnesque alii, qui tam bello, quam aliter quomodocunque duabus Coronis, Franciæ & Sueciæ, & Domui Hassiacæ Cassellanæ serviverunt, (quæ nunquam alium finem, quam restaurationem Imperii habuerunt) in omnibus suis bonis, honoribus & dignitatibus restituentur & conservabuntur citra turbas, quæ ipsis imposterum sub quocunque prætextu ex iis, quæ pendente bello gesta fuerunt, vel aliter inferri possent.* VI. *Quod in consequentiam dictæ amnestiæ omnia restaurabuntur & restituentur in Imperio in eundem statum, quo erant ante initium præsentium motuum, quod fuit anno* 1618 *idque non obstantibus quibusvis repressaliis, confiscationibus, proscriptionibus, rebus judicatis, transactionibus aliisque actibus præteritis, exceptis nihilominus, quæ per præsentem tractatum in contrarium resoluta fuerint.* 113) Qui, referente id Statibus Legato Pomerano, 114) hunc *amnestiæ terminum a quo* principalioribus pacis conditionibus accensebant.

108) Tractatus hosce *Schœnbeckianos*, jam *anno* 1635. Suecos inter atque Saxones cœptos, Ducique Megapolitano *die Nov.* 18. exhibitos, (*Tom. II. pag.* 287 *sq.*) Cæsaris Legati, *die* 23. *Nov.* 1644. Osnabrugæ, secundum instructionem suam *die* 5. *Jul.* 1643 datam, (*T. I. p.* 29.) Suecis, ceu primam pacis propositionem, offerebant atque commendabant. *p.* 309. Hi vero se illos penitus ignorare primum simulabant, teste PFANNERO, *in historia P. W. L. II.* §. 59. *p.* 166. *L. III.* §. 5. *p.* 235. *&* §. 53. *p.* 324. deinde vero eos præsenti rerum statui in sua propositione adcommodabant. *p.* 435. *sq.* Evangelicis contra istos penitus rejicientibus. *Tom. I. p.* 768. Quorsum conferri

omnino meretur tum *Suecorum* replica, *Tom. II. pag.* 185. & 193. tum & *Cæsareorum* duplica, *Tom. III. pag.* 56.

109) *L. III.* §. 48. *Tomo I. pag.* 310.

110) Quam maxime scilicet limitatæ sunt illæ *amnestiæ* sanctiones, quas tam in pace *Pragensi*, *de anno* 1635. §. 54-63. *P. III. Corp. Recessuum pag.* 542. *sq.* quam in *Recessu Imp. Ratisbonensi*, *de anno* 1641. § 5-9. *ibidem*, *pag.* 551. *sq.* legimus; Tum propter *initium*, annum puta 1627., utrinque pro norma adsumtum; tum propter multas *exceptiones*; tum denique propter *clausulam* hujus *suspensivam*.

111) *L. I.* §. 16. *Tom. I. pag.* 29.

112) *L. V.* §. 2. *Tomo I. pag.* 436. & 437.

113) *L. V.* §. 3. *num. II. Tomo I. p.* 446.

114) L. *VII.* §. 15. *num. I. Tomo I. pag.* 700.

§. XXXVIII.

QVID SINGVLATIM DE GRAVAMINIBVS SENSERVNT SVECI? INTER PRIMORDIA CONGRESSVS NVLLVM ADHVC DISCRIMEN INTER AMNESTIÆ ET GRAVAMINVM RESTITVTIONEM OBSERVABANTVR. VNVM EVNDEMQVE ANNVM 1618. TANQVAM REGVLAM CONSTITVTVM IRI CVM EVANGELICIS SPERANTES.

Sed hic necessario monendum est, in laudatis & recensitis modo *Suecorum & Gallorum* de pace propositionibus, quoad *terminum a quo*, ejusve diversitatem, nullum adhuc discrimen inter restitutionem ex capite *amnestiæ* & restitutionem ex capite *gravaminum* observari, sed *Suecos & Evangelicos* tunc temporis, inter primordia congressus, mense Junio anno MDCXLV. in sinu adhuc speraſſe, unum eundemque hunc annum MDCXIIX. tanquam verum totius belli principium, utrique restitutioni terminum, normam atque regulam constitutum iri, utrumque licet restitutionis genus probe alias & sollicite distinguentes. Ista namque, quæ paulo ante dedimus, verba, partim ad *amnestiam*, partim vero etiam ad *gravamina* pertinere videntur. Ea namque continent & definiunt, quæ ex utroque capite, ad communem *anni* illius MDCXIIX. normam, restitui optabant SVECI. Quid vero de gravaminibus singulatim tunc senserint, e sequentibus disce: V. *Vt autem omnis in futurum internis externisque motibus ansa praecidatur, hæc potissimum requiruntur: ut, si Rex Romanorum eligendus sit, non eligatur, nisi vacante Imperio; si novæ leges ferendæ, veteresve interpretandæ fuerint: si bellum, belli apparatus: si pax*

aut

aut fœdera facienda: si publica ordinibus tributa imponenda: si aliquis Imperii Status dignitate bonisve exuendus videatur: nihil horum, aut quicquam simile, posthac unquam fiat vel admittatur, nisi cum Comitiali liberoque omnium Imperii Ordinum suffragio & consensu. VI. *Sicut autem dictis Statibus cætera omnia ipsis de jure competentia regalia perpetuo illibata manebunt, ita & jus faciendi cum exteris fœdera, pro sua cujusque conservatione & securitate, singulis perpetuo liberum esto.* VII. *Et, ut eo perfectior sit Ordinum inter se concordia: quæcunque hactenus inter Evangelicos & Catholico-Romanos de pace religionis & bonis ecclesiasticis motæ sunt controversiæ, eæ communibus utriusque partis consiliis operaque simul cum hoc tractatu absque ulteriori ad alios dilatione, amicis, æquis & christianis modis ita penitus solideque componantur, ut non duntaxat de vero certoque intellectu dictæ pacis religiosæ nullum amplius supersit dubium; sed & cætera ecclesiastica & politica gravamina, quæ dictos Proceres tamdiu ab invicem distraxerunt, funditus exstirpentur, nullo bellorum semine relicto, quin imo, si quæ imposterum de ejusmodi rebus dubia inter eos oriantur, ea quoque, ut omnis evitetur occasio turbarum, nonnisi amicabili compositione ex æquo bonoque communi expediantur.* Hæc SVICI. 115) Ita vero GALLI: 116) VII. *Quod omnes Principes & Status Sacri Imperii restabilientur in antiquis suis juribus, prærogativis, libertatibus & privilegiis, absque quod in iis imposterum sub quocunque prætextu turbari possint, & consequenter sine difficultate gaudebunt jure suffragii sibi competente, in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii, principaliter ubi de concludenda pace, denunciando bello, resolvendis contributionibus, delectibus & hospitationibus militum imponendis, præsidiis, exstruendis novis fortificationibus in locis, intra ditionem sive statum dictorum Principum sitis, concludendis colligationibus & fœderibus, & ferendis novis legibus, aut interpretandis antiquis, & aliis negotiis ejusdem naturæ agetur, quæ imposterum aliter tractari & decidi non poterunt, quam in Comitiis generalibus Statuum Imperii, neque resolvi, quam* unanimi *dictorum Statuum Imperii consensu.* VIII. *Quod omnes dicti Principes & Status generatim & speciatim manutenebuntur in omnibus aliis suis* souverenitatis *juribus ipsis competentibus, & specialiter in jure faciendi fœdera tam inter se, quam cum Principibus vicinis pro conservatione & securitate sua.*

115) *L. V. §. 2. Tomo I. pag. 437.*
116) *L. V. §. 3. num. II. Tomo I. pag. 447.*

§. XXXIX.

REALEM QVOQVE DIFFERENTIAM CÆSARIS LEGATI VTRIVSQVE RESTITVTIONVM FVNDAMENTI NON NEGLEXERVNT. ANNVM 1630. TANQVAM DECRETORIVM EX CAPITE AMNESTIÆ COMMENDANT, GRAVAMINVM VERO COMPOSITIONEM LVBENTIVS AD VNIVERSALIA COMITIA REGNI REIECISSET IMPERATOR.

NEQVE *realem* hancce *utriusque* reſtitutionum fundamenti *differentiam* vel neglexerunt, vel diſſimularunt, qui CAESARI a Legationibus pacis erant, SVECIS ad utrumque diſtincte ſatis reſpondentes. Quamvis enim *Imperator* in ſua *reſponſione* 117) de eo fuerit conqueſtus, quod *propoſitiones* iſtæ a tractatu illo *Schœnbeckiano*, Legatis omnibus antea commendato, 118) adeo diverſæ fuerint atque *difformes*; is tamen ipſemet ſecus heic atque ſeorſim tam a *tractatu Schœnbeckiano*, quam huic accommodatis *propoſitionibus Suecico-Gallicis* ſenſit, omnem quidem *amneſtiam* eodem ambitu lubens omnino concedens, aſt initium illius demum ab anno M DC XXX. quo famoſum iſtud *Edictum reſtitutorium* paſſim jam executioni datum fuerat, repetens, ſicque hoc *univerſalis amneſtiæ* titulo reapſe nihil aliud, quam quod jam anno M DC XLI. *Ratisbonæ* 119) promiſerat, indulgens. Sicut namque Cæſari, in prologo reſponſionis ſuæ ad propoſitionem Suecicam, nonniſi *de armis a Corona Suecica in Imperium illatis*, deque pace *ſecundum tractatum præliminarem inter partes tantum principales*, absque mentione tot *fœderatorum*, *mediatorum* præſertim, ineunda ſermo eſt: ita quoque ad *Articulum I.* repetitis fere Suecorum verbis, eandem quidem, quoad *oblivionem*, amneſtiam ſanxit, verum, quoad *terminum a quo*, ad annum M DC XXX. a quo bellum iſtud Suecico-Cæſareum ſive Germanicum *ſat acriter hucusque geſtum fuerit*, & quod *reſtitutionem* ad amneſtiam *Ratisbonenſem*, ſublata hujus *clauſula* 120) *ſuſpenſiva*, reſtrinxit. Ita ſcilicet nos intelligimus, quæ ad caput amneſtiæ Suecis Imperator reſpondit. Cujus hæc ſunt verba: *Ad I. Placet ut bellum, quod inter Sacram Cæſaream Majeſtatem & Sacrum Romanum Imperium ejusdemque Electores, Principes ac Status, Regem Hiſpaniarum catholicum & Domum Auſtriacam, omnes ipſorum fœderatos & adhærentes, ex una: & Reges regnaque Sueciæ & Franciæ, omnes ipſorum fœderatos & adhærentes,*

tes, ex altera partibus ab anno 1630. *huc usque sat acriter gestum est, eum omnibus priorum dissidiorum reliquiis, vigore præsentis transactionis, ita componatur ac sopiatur, ut nec ejus, nec ullius alterius rei causa vel prætextu ex hoc bello alter alteri posthac quidquam hostilitatis aut inimicitiæ, molestiæ vel impedimenti, quoad personas, statum aut securitatem, per se vel per alios, clam aut palam, directe vel indirecte, specie juris aut via facti, in Imperio aut uspiam extra illud, (non obstantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus) inferat aut inferri patiatur, sed omnes & singulæ hinc inde hactenus, occasione hujus belli, verbis, scriptis aut factis injuriæ illatæ, absque omni personarum rerumve respectu, ita penitus aboleantur, ut, quicquid eo nomine alter adversus alterum prætendere potuisset, perpetua sit oblivione sepultum. Ad* III. *Juxta universalem illimitatam & in Comitiis Ratisbonensibus anno* 1641. *conclusam & publicatam amnestiam, universi & singuli Status, tam immediate, quam mediate Imperio subjecti, qui cum Regibus & regnis Sueciæ Galliæque, quacunque necessitudine etiamnum juncti Principes, Comites, Barones, Civitates, liberaque Imperii Nobilitas, tam quoad ditiones & bona, quam quoad dignitates, libertates & jura, restituentur plenarie in eum statum, in sacris & profanis, in quo ante hoc bellum inter Imperium Romanum & Coronam Sueciæ exortum floruere, non obstantibus, sed annullatis quibuscunque interim per proscriptiones, confiscationes, res judicatas, generales aut particulares transactiones, aliove quocunque modo, factis in contrarium mutationibus, præterquam de quibus proximo Recessu Imperii* 1641. *Ratisbonæ aliter statutum fuit, & cassata suspensione effectus amnestiæ ibidem sancitae.* 121) Absque difficultate hinc perspicimus primam Imperatoris intentionem, quæ certe non alia fuit, quam dictum annum restitutioni ex capite *amnestiæ*, ceu terminum a quo, præfigendi, eique etiam alteram ex capite *gravaminum* restitutionem pariter adstringendi. Verbo, quo fine Sueci & Galli annum M DC XIIX. laudaverant, eodem Imperator hunc M DC XXX. commendavit, imo præcepit. 122) Expressam quidem ejus mentionem haud facit *Cæsaris* responsio ad propositionem *Gallorum*, verum eandem tamen amnestiam repetit Ratisbonensem: *Ad* IV. *Placet, quod omnia, pendentibus præsentibus motibus facta, oblivioni tradentur, absque quod ex una alterave parte in futurum ulla postulatio possit institui sub quocunque prætextu. Et sicuti in hunc finem*

anno

anno 1641. *in Comitiis Ratisbonenſibus generalis amneſtia jam eſt concluſa, & in Imperio publicata, ejusque effectus ſuſpenſivi caſſatio jamjam publicanda; ita placet, ut per hos tractatus pacis eadem perpetua & generalis amneſtia denuo & quidem reciproce ſanciatur, ſine ulla reſervatione, limitatione vel exceptione negotiorum vel perſonarum. Ad* V. *Placet, quod in vim dictæ amneſtiæ generalis, citraque derogationem ipſius, ac potius ad majorem cautelam & ſecuritatem, omnes Præfecti, Officiales, milites, omnesque alii, qui tam bello, quam aliter quomodocunque uni alterive parti, ac nominatim Domui Lotharingicæ & Haſſiacæ Caſſellanæ, ſervierunt, reſtituentur & conſervabantur in omnibus ſuis bonis, honoribus & dignitatibus, citra turbationem, quæ ipſis in poſterum ſub quocunque prætextu ex iis, quæ pendente bello geſta fuerunt, vel aliter ex cauſa & occaſione hujus belli inferri poſſet. Ad* VI. *Placet, quod in conſequentiam & juxta contenta ſupra dictæ amneſtiæ, ultro citroque reſtaurabuntur & reſtituentur in eundem ſtatum, quo erant ante initium præſentium motuum inter Cæſarem & Regem Chriſtianiſſimum exortorum, idque non obſtantibus omnibus repreſſaliis, confiſcationibus, proſcriptionibus, rebus judicatis, transactionibus, aliisque actibus præteritis, exceptis tamen iis, quæ in proxime præteritis Comitiis Imperii Ratisbonenſibus de anno* 1641. *ibidemque publicata amneſtia, aliter conventa & concluſa ſunt.* 123) Vbi notandum illud *præſentium inter Cæſarem & Regem Chriſtianiſſimum exortorum motuum initium.* Hoc enim, anno licet MDCXXX. paulo ſerius, ex Imperatoris tamen voluntate, terminus a quo reſtitutionis ex capite amneſtiæ, Pacis Weſtphalico-Monaſterienſis, ſive Cæſareo-Gallicæ, fieri debuiſſet. Conſtans eatenus ſibi erat *Cæſareorum* circa amneſtiam philoſophia, cum non alium hujus ſtatuerint terminum a quo, quam cujuslibet belli initium, ſed, ſtrictiſſimo ſenſu, ex eo ſaltem tempore acceptum, quo *Sueci & Galli* ſua *Germaniæ* intulerunt arma. Quantum vero ad GRAVAMINA, ut vocabantur, *publicas* nempe Statuum *querelas*, totidem *civilis & inteſtini* illius belli (*Proœm. & Princip. Artic. V.*) cauſas, jura Sacræ Cæſareæ Maj. ſtatis & Statuum Imperii inter ſe, leges fundamentales & Statum Imperii attinentia, a *Suecis* in V. VI. & VII. ſuæ propoſitionis *Articulo* potiſſimum tacta atque propoſita, attinebat, eorum quidem compoſitionem in hoc pacis congreſſu lubentius ſubterfugiſſet, atque ad commodiorem ſibi locum, proxi-

proxima nempe Comitia Regni universalia, rejeciſſet Imperator, his potiſſimum prætextibus uſus, *quod eorum cauſa vel ratione Imperatori cum Coronis exteris neque communio aliqua, neque bellum ſuſceptum vel geſtum hactenus fuerit*, quod pleraque jam ſint compoſita atque ſublata, quod legibus Imperii firmiter manutenendis facile evitentur, quod denique belli & temporum injuriæ adſcribenda ſint. Huc enim redit, quod brevitatis ſtudio omiſimus, generale Imperatoris ad dictos articulos *reſponſum, ſolidiſſimis rationibus munitum, hincque ad repellendam circa hanc materiam omnem ulteriorem Dnn. Plenipotentiariorum Sueciæ inſtantiam* ſufficiens ei viſum. 124) *Vti* vero *Majeſtati Cæſareæ grave haud fuit, iis aſſentiri, quæ legibus Imperialibus ſunt conſentanea*; ita *ad VII.* ſingulatim *articulum*, ut reliquos huc non adeo facientes prætereamus, ei non potuit non *placere, ut, quæcunque hactenus inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni addictos & Proteſtantes de pace religionis & bonis eccleſiaſticis motæ ſunt controverſiæ, ea communibus utriusque partis conſiliis operaque, ſimul cum hoc tractatu, absque ulteriori ad alios (ſi Electoribus, Principibus, & Statibus ita viſum fuerit) dilatione, amicis, æquis & chriſtianis modis, ita penitus ſolideque componantur, ut non duntaxat de vero certoque intellectu dictæ Pacis Religioſæ nullum amplius ſuperſit dubium, ſed & cetera eccleſiaſtica & politica gravamina, quæ dictos Proceres & Status tamdiu ad invicem diſtraxerunt, funditus extirpentur, nullo bellorum ſemine relicto, quin imo, ſi quæ impoſterum de ejusmodi rebus dubia inter eos oriantur, ea quoque, ut omnis evitetur occaſio turbarum, amicabili compoſitione, ex æquo bonoque communi expediantur.* 125) Sciendum namque, non tam *Imperatorem* ipſum, quippe qui eodem hoc loco non ſolum *Suecis*, verum etiam *Statibus*, 126) den *punctum* reſtitutionis (etiam ex capite gravaminum) vor allen Dingen zu erledigen, promiſerat, cujusque Legatus, ſuffragio *Auſtriaco* pollens, hunc compoſitionis *laborem ſacroſanctum & feriato quoque die expediendum*, ſive den Ochſen, der in dem Bronnen liege, dixerat: 127) quam potius *Catholicos* & *Pontificios*, pro ſuo in Proteſtantes odio, ſerio tunc *optaſſe, ſi non differri, certe transferri in alium locum & anguſtiorem congreſſum hanc de gravaminibus difficillimam tractationem, prout eam in nuperrima Francofurtenſi dieta placuerat conjicere in calendas Maii anni 1646. atque in ipſamet urbe per extraordinarios quosdam ad hoc*

negotii Deputatos utriusque religionis, amice terminari: maxime, cum non ſolum non fatentur Catholici, ſua ex parte gravamen aliquod vel minimum illatum eſſe Proteſtantibus, ſed inſuper de innumeris læſionibus, & iis quidem intolerandis plane ex adverſo ſibi illatis, Proteſtantes incuſarent, quæ oppoſitionum viciſſitudo per familiarem congreſſum Statuum tunc facilius componi potuiſſet, ſi ab inteſtinis hujusmodi difficultatibus exterorum arbitria remota fuiſſent. 128)

117) *L. VI.* §. 20. *num. I. Tomo I. pag.* 618. & 619.

118) Conf. §. XXXVII. *pag.* 70.

119) In all. nempe *Receſſu Imp.* §. *V. ſq.*

120) Vid. *Tomi I. pag.* 619. 630. & *Tomi II. pag.* 4. *ſq.*

121) *L. VI.* §. 20. *num. I. Tomo I. pag.* 618. 619.

122) Cujus rei cauſam in *provinciis* Imperatoris *hæreditariis* non abs re quæſivit B. IO. GOD. de MEIERN, *L. XX.* §. 1. *Tomo III. pag.* 97.

123) *L. VI.* §. 21. *num. I. Tomo I. pag.* 630.

124) *All. L. VI.* §. 21. *num. I. Tomo I. p.* 620. 630.

125) *pag.* 621.

126) *L. VI.* §. 19. *Tomo I. pag.* 617.

127) *L. X.* §. 11. *Tomo II. pag.* 136.

128) Hæc, una cum rationibus & argumentis *Catholicorum*, ingenue recenſuit Epiſcopus ille *Hierapolitanus*, atque nonnullorum, velut Abbatis Corbejenſis & Prælatorum Würtembergicorum ad hoſce tractatus quondam Legatus, cui *nomen* ADAMI, *prænomen & cognomen* fuit, in *relatione hiſtorica de Pacificatione Oſnabrugo Monaſterienſi, cap. VIII.* §. 2. *pag.* 135. 136. edit. MEIERIANÆ.

§. XL.

IN CONGRESSV TAMEN OSNABRVGÆ HABITO EX IMPERATORIS CONCESSIONE DE GRAVAMINIBVS TRACTATVR. CATHOLICI QVOAD GRAVAMINA, SALTIM ECCLESIASTICA, ET AMNESTIAM NON ALIVM TERMINVM DECRETORIVM CONCEDVNT. DISTINGVITVR INTER MOBILIA ET IMMOBILIA.

CVM vero SVECI 129) ſtatim ab initio congreſſus minarentur, ſe nullam pacis propoſitionem prius edituros fore, quam omni-

omnium, præsertim *ecclesiasticorum*, GRAVAMINVM *compositio* huic potissimum conventui permissa fuerit atque relicta, idque Imperator illis concesserit, hancce *gravaminum* tractationem, Osnabrugæ deinceps institutam, impedire non poterant Catholici, licet istam Imperatoris facilitatem ægre postea tulisse videantur ipsimet 130) GALLI. Vnde illi postea toti in eo erant, ut utramque, adeo diversam, restitutionem confunderent, viam juris contra utramque semper apertam servarent, transactiones item & res judicatæ, quoad gravamina, saltem ecclesiastica, (politicorum namque ipsimet participes erant Catholici) æque ac amnestiam, salvæ manerent atque integræ, nec alium *huic*, quam *illis*, concederent terminum a quo, fortiter tamen resistentibus neque hanc confusionem admittentibus Protestantibus. 131) Quam conformis nempe Evangelicorum circa *amnestiam & gravamina* intentio cum Suecorum Gallorumque propositionibus fuerit, nunc statim subjungendum erit. Dum enim pacis tractatui haud levem remoram injiceret prolixa illa de admissione Statuum disceptatio, Evangelici in suis conventibus tam propositiones Coronarum, quam Imperatoris responsiones & resolutiones ad illas ponderabant, quæque ad utrasque monenda essent, quatuor deputatis concipiendum committebant, qui Osnabrugæ die Oct. XXVII. dictabant Ersten Entwurff derer Evangelischen Stände zu Oßnabrück Gutachtens auf der beyden Cronen propositiones und die darauf ertheilte Kayserliche responsiones. 132) Equa punctatione, multo labore exarata, omnibusque illis *monitis* ab Evangelicis in multis sessionibus desuper formatis, tandem provenit Vollständiges Gutachten der Evangelischen Ständen zu Oßnabrück, wie solches auf beeder Cronen propositiones und die Kayserliche responsiones ist ausgelieffert worden. In quo libello ad articulum propositionis & responsionis I. pluribus de vero belli initio agitur, istudque argumentis historicis aliisque in laudatum jam annum MDCXVIII. rejicitur. Concludunt hinc illius auctores: die Herrn Kayserliche Commissarii haben den Anfang des langwührigen Kriegs zwar auf annum 1630. restringirt; Es redet aber die untrügliche Erfahrung, daß der Zunder des jetzigen Kriegs anno 1618. angezündet, und biß jetzo gantz Teutschland für und für inflammirt, und einen Krieg aus dem andern erweckt habe. Soll demnach das geliebte Vatterland Teutscher

Nation zu beständiger Ruhe gelangen; sollen die wahrhafften Ursachen des unglückseeligen Kriegs gänzlich aufgehoben werden; so wird man die Friedens-Tractaten noch weiter als von anno 1618. erhohlen müssen. 133) Sicut vero non soli Evangelici, quod recte ibi monetur, sed omnes omnino Status eorumque subditi, amnestia opus habebant; ita illam non solum universalem & illimitatam optabant Evangelici, alium verum etiam illius terminum a quo præter dictum annum constitui posse negabant. 134) Distinguebant postea, quoad restitutionem ipsam, inter *mobilia* atque *immobilia*. Illa excipiebant atque una cum fructibus, belli & temporum injuriæ adscribebant. Horum vero plenariam restitutionem ad normam illius anni instituendam ita urgebant, ut probe perspiciamus, eis non de sola restitutione ex capite amnestiæ, sed de utraque, sermonem fuisse. Nam & illam, quæ fit ex capite *gravaminum ecclesiasticorum*, ad dicti anni statum exigendam esse censerunt: Soll demnach beständiger Friede und gutes Vertrauen wiederum gestifftet werden; so ist in allweg vonnöthen, daß die Römisch-Catholische von dergleichen widerechtlichen Thätlichkeiten hinfüro abstehen, Churfürsten und Stände Evangelischer Religion in ihren Landen, (und zwar die Reichs-Städte, obgleich bey Aufrichtung des Religions-Friedens beyde Religionen bey ihnen nicht getrieben worden, noch vielmehr aber, wo solches gewesen, und da es in den Stand ohne Verzug billig wieder zusetzen, als welche die Jura superioritatis sowohl, als andere Stände haben, nicht allein in der Ringmauer, sondern auch in ihren habenden Territoriis) an dem Christlichen Reformations-Werk nicht hintern, sondern ihnen alle seit anno 1618. und zuvor abgenommene Stiffter, Clöster, Kirchen, Schulen, Hospitalien, geistliche Einkünften und dergleichen, wiederum einhändigen, und an derselben disposition und administration nicht den geringsten Eintrag thun. 135) Hic vero non possumus non, qui *utriusque* & amnestiæ & gravaminum *termini a quo* historiam nectimus, quin ea, quæ de *restitutione* ad statum dicti anni MDCXIIX exigenda quondam cogitarunt *Saxo-Vinarienses* & *Brandenburgo-Culmbachici* Legati, lectori sedulo pensitanda commendemus. 136) Sicut enim *huic* præsertim *primum* pacem consequendi medium videbatur amnestia, ita *secundum* putabat non minus principale, restitutionem ex capite *gravaminum*, ad annum MDCXXX. 137) haud re-

stringen-

ſtringendam, ſed æque ac alteram, ex capite *amneſtiæ*, ab anno MDCXIIX. repetendam. Eandem vero utilitatem ex eorum reportabis lectione, quæ in Fürſtl. W - - *Annotationibus* über der zu Oßnabrück ſubſiſtirenden Evangeliſchen Fürſten und Ständen Abgeſandten Bedencken, die ausgeſtellte Kayſerliche und Königliche reſpective propoſitiones und reſolutiones betreffend, leguntur, apprime huc facientia. 138) Quo minus enim hæc omnia huc transferamns, chartæ nos prohibet anguſtia.

129) *L. IV.* §. 61. *Tomo I. pag.* 412.

130) Teſte AD. ADAMO, *loc. all.*

131) *L. XXI.* §. 11. *Tomo III. pag.* 347.

132) *L. VIII.* §. 8. *Tomo I. pag.* 740

133) *L. VIII.* §. 9. *Tomo I. pag.* 801. 802. 803. 804.

134) *pag.* 805.

135) *pag.* 818.

136) *L. VIII.* §. 11. 12. *Tomo I. pag.* 844. *ſq.* & 859.

137) Hujus ut & *anni* 1627. ulterior mentio fit *L. IX.* §. 30. *Tom. II. pag.* 92. *L. XII.* §. 7. *num. I. Tom. II. pag.* 289. *L. XX.* §. 20. *num. I. Tom. III. pag.* 187.

138) *L. IX.* §. 30. *Tom. II. pag.* 90. 91.

§. XLI.

EVANGELICI ITIDEM CVM SVECIS IN ANNO VTRIVSQVE RESTITVTIONIS DECRETORIO 1618. IMMOTI PERSISTVNT. CATHOLICI DISTINGVVNT INTER ANNVM 1627. ET 1630, QVAM POSTERIOREM ANNVM LEGATVS AVSTRIACVS PERSEVERANTER SINE DISTINCTIONE COMMENDAT. ANNVS 1624. PROPONITVR.

NON minus vero SVECI, quam ipſimet *Evangelici* Status, in hac immoti perſtabant ſententia, quod omnia in eum reponenda ſint locum, quo ante totum & univerſum hocce bellum Germanicum fuerunt, quodque proin ANNVS iſte MDCXIIX. utriusque ex *amneſtia* æque ac *gravaminibus* oriundæ, *reſtitutionis* TERMINVS

MINVS esse debeat. Teste illorum ad *responsiones* Cæsaris *replica*, die Dec. XXVIII. anno MDCXLV. *protocollo excepta: 1*) die *amnestia*, welche von denen Herren Königlich-Schwedischen Gesandten in Artic. 3. & 8. proponirt worden. In diesem Punct und dem ersten, darinn geredet wird, von welcher Zeit diese reconciliation und Friede angenommen werden sollen, remonstrirten die Herren Königl. Schwedische Gesandten den Herren Kayserlichen, daß man billig und mit Recht den terminum reconciliationis a quo von den ersten Ursprung des Krieges zu nehmen hätte. Nun wäre es weltkündig, daß der Kayser FERDINANDVS II. bereits anno 1628. und 29. oft Höchstermeldter Ihrer Königlichen Majestät zu Schweden den Krieg in Preussen übern Halß geführet, auch zuvor eine Flotta gehabt, und mit derselben, gleichwie mit einer Gallerie, über die See gegen dem Königreich Schweden Mine gemacht, insonderheit aber die Ost-See infestirt, die Commercien gehemmet, die Reichs-Fürsten und Ihrer Königlichen Majestät Religions- und Bluts-Verwandten, welche auch in diesem Fall bey Ihrer Königlichen Majestät ihre Zuflucht gesucht, proscribiret, und auf vielfältige Weise verfolget hätte; welches alles, gleichwie es vor anno 1630. palliret wäre, und seine rechte Quelle und Ursprung aus der Böhmischen Unruhe hätte, also auch die selbstredende Billigkeit, und des Kayserß samt des Reichs eigene Sicherheit, erforderte, daß der terminus a quo von anno 1618. genommen würde. Sive brevius: Eine vollkommene General-Amnestie, sich erstreckend in ecclesiasticis & politicis auf annum 1618. in dem 3ten und 8ten Artic. der Schwedischen propositionen eingeführt, wobey insonderheit die plenaria restitutio der Pfaltz, Württemberg, Baden-Durlach, Nassau-Saarbrück und der Evangelischen Bürgerschafft zu Augspurg und der Stadt Donauwerth und Eger, bestermassen gefördert: in specie auch das Königreich Böhmen, mit den incorporirten, wie auch den gesammten Oesterreichischen Erblanden, mit eingerückt werden. 139.) Idem vero hoc *Cæsari* non minus regresserunt *Galli*, 140) nihil ab universali & illimitata amnestia, (*Art. V.*) rejecta omni illa *Ratisbonensi* (*Art. IV.*) atque a statu anni MDCXIIX. excipientes, (*Art. VI.*) nisi quod in præsenti tractatu forsan *immutaretur*. Neque tunc omnis hic, magni omnino momenti, pacisentium dissensus, vehemens hæc *Catholicorum* & *Evangelicorum*, circa *terminum* restitutionis *a quo*, contradictio componebatur, cum in *quarto* Principum Collegii *conventu*,

ventu, die Januarii XXIX. anni MDCXLVI. *Osnabrugæ* instituto, Catholici inter *terminum* restitutionis, in *ecclesiasticis* & *politicis*, distinguerent, illis *annum* N DC XXVII. his vero *annum* M DC XXX. assignantes. Cum enim, eo, qui semel placuerat, *replicarum Suecicarum* ordine, punctum *amnestiæ*, inque eo differentia ista, quæ ratione termini a quo *Suecos* inter & *Cæsareos* obversabatur, *illis* annum MDCXIIX. laudantibus, *his* vero nonnisi amnestiam *Pragensem* & *Ratisbonensem* 141) probantibus, occurreret, Legatus AVSTRIACVS multis argumentis annum MDCXXX. commendavit, perhibens, *Ratisbonensem* amnestiam, sublata nunc illius clausula suspensiva, satis generalem esse, necessarias illius exceptiones amicabili compositione facile tolli posse, amnestiam nullo jure ultra bellum extendi, (§. X. XII. & XXXV.) bellum *Suecicum* autem in solo Germanico demum anno MDCXXX. cœpisse, ante hunc annum inter regnum Sueciæ & Imperium Romanum pacem obtinuisse & amicitiam, isto Evangelicorum termino omnia judicata totumque Imperium FERDINANDI II. tolli atque annullari, *Suecos* jam anno MDCXXXV. inter tractatus ab illo, nunc denuo proposito, jamjam destitisse termino, fomitem belli externum demum MDCXXX. exortum fuisse, internum vero jam inde a *transactione Passavienſi*, neque vero ab anno demum MDCXIIX. repetendum, atque compositione gravaminum potius, quam sola anni & temporis cujusdam determinatione, extinguendum esse, hæc veras fuisse belli causas, non motus istos *Bohemicos*, so nur ein Particular-Werck gewesen. Hue quippe omnia redeunt, quæ tunc temporis AVSTRIACVS, non sine facundia, causabatur *Legatus* HERBIPOLENSIS contra, argumento & analogia pacis *Pragensis* atque Recessus *Ratisbonensis*, eam, quam dixmus, ecclesiasticorum atque *politicorum* termini distinctionem proponebat, sicque tum anni MDCXXX. tum vero etiam *anni* MDCXXVII. mentionem faciebat. Quemadmodum vero *Catholicorum* plerique ei, atque non adeo dissentienti *Austriaco*, accedebant; ita e contrario *Evangelici*, & quidem majori suffragiorum *numero*, ab anno MDCXIIX. haud discedebant. Vnde conclusum hoc erat: *Directorium:* wie sonst vorhero mehr geschehen; also befinden sich auch in diesem Punct zweyerley Meynungen; die erste zwar: Es wäre Ihrer Majestät einzurathen, daß sie die Cron Schweden zur Beliebung der hiebevorn publicirten Amnestie

nestie in ecclesiasticis ad annum 1627. in politicis ad annum 1630. behandeln möchten. Die andere aber: (dahin auch die Majora giengen) Es wäre Ihrer Majestät einzurathen, daß sie es bey dem von denen Cronen begehrten termino de anno 1618 in geist- und weltlichen Sachen bewenden lassen, und demnach eine universalem & illimitatam amnestiam ertheilen, und ins Reich publiciren lassen wolten. 142) Cujus sententiæ rationes penitius cogniturus, duo illa in scriptis exhibita suffragia, *Magdeburgicum* & *Lauenburgicum*, 143) nec non *votum* istud commune Evangelicorum 144) die Februarii XXIII. eodem fine publicatum, legere debet. Novi contra nihil reperire licet in omnibus illis, desuper institutis, *trium* Imperii *Collegiorum* relationibus, quas vocant, & *correlationibus*. 145) Sicuti autem Osnabrugensis Cæsaris Plenipotentiarius, *Comes* de TRAVTMANNSDORFF, jam antea dixerat, & speciatim die Aprilis XXIV. Deputatis Evangelicorum, ulteriora ei compositionis media exhibentibus, *rotunde* significaverat, es werde weder in puncto amnestiæ der terminus auf anno 1618. zu bringen, noch perpetua renunciatio reservati ecclesiastici zu erhalten seyn, und da man es behaupten wolle, so werde aus dieser composition nichts: 146) in eadem, *tum* in *duplicis* suis, Suecis calendis Maji exhibitis, 147) tum in *projecto* suo Instrumenti pacis, 148) *tum* in *ultima* Gallis declarata sententia sua, 149) oberrabant chorda, multis argumentis annos istos MDCXXX. & MDCXXVII. Evangelicis denuo commendantes, *Osnabrugenses* Cæsaris Legati, ne latum quidem hinc discedentes unguem. Cum tamen *Monasterienses* in suis *duplicis* 150) inter *exteros* atque *Status* distinxerint, atque *illis* quidem, non vero etiam *his*, terminum extendi posse, declaraverint. Eodem autem modo priorem semper tibiam inflabant tum *Evangelici*, tum *Sueci*, tum *Galli*. EVANGELICI, tum in suis ad *Cæsareum* pacis projectum monitis, ubi: *Articulo* 3. würde alles auf die Prager-Handlung und Regenspurgische Amnestie gestellet, deren man keines agnosciren könnte; sondern müßte eine ohnbeschränckte Amnestie geschlossen, und ein beständiger Friede erbauet, der terminus ad annum 1618. gesetzet, und darbey verharret; und hergegen die Prager Handlung, samt allem, was davon allein dependire, cassiret und aufgehoben werden. 151) tum in ihrer Beschwehrung über der Catholischen hauptsächliche Erklärung, ubi: die Catholici trängen so hart und

eifferig

eifferig in puncto amnestiæ auf die terminos de annis 27. & 30. wann den Evangelicis ihre rechtmäßige actiones wegen derjenigen Schäden, so ihnen von anno 1618. biß 1627. und 1630. von ihren Mit-Ständen, den Ligisten, wider die Reichs-Satzungen, beweißlich zugezogen worden, solten reservirt und vorbehalten seyn, würde es ihnen eben schwehr genug fallen; Erwogen, der Nieder-Sächsische Crayß allein über 80. Millionen Goldes beweißlichen liquidiren könnte; bißhero habe man solches amore pacis dahin gestellt seyn lassen, und nicht mehr achten wollen; dahero es ja eine recht thörichte Sache, daß diese Leute ihnen einbilden dörffen, daß sie der Amnestiæ nicht vonnöthen, sondern den Evangelischen zu sagen sich nicht errötheten, sie sollten sich contentiren mit dem, was ihnen zu Regenspurg in hoc passu verwilliget worden: 152) tum in ihrer fernern Erklärung in puncto gravaminum: ubi: 3) Daß aber die Catholische, pro conditione, den punctum amnestiæ setzen, und darfür halten, die Evangelische solten sich an der neuerlich publicirten amnestia begnügen lassen, kommt den Evangelischen etwas sehr befremdt vor, denn die Catholischen Stände verhoffentlich sich von der amnestia selbst auszuschliessen nicht werden gesonnen seyn, sondern aus denen den 16. und 19ten Julii 1630. zu Regenspurg auf dem Collegial-Tag ertheilten Chur-Fürstlichen Bedenken, und andern auf selber Diæta ergangenen Actis, wie nicht weniger der zu Leipzig 1631. versammleten Evangelischen Chur-Fürsten und Stände an Kayserl. Majestät den 18ten Martii, und an die Herren Catholischen Chur-Fürsten den 24ten Martii abgegebenen Schreiben, satten und genugsamen Bericht haben, daß, wann den Evangelischen wegen der Beträngnuß, so ihnen biß 1630. begegnet ist, ihre actiones solten reservirt bleiben, solches den Catholischen Ständen zu keinem Nutzen gereichen könnte. 153) SVECI, interprete IO. OXENSTIERNA ALEXIO, qui Trautmannsdorffio replicabat, so hätten die Cronen *anno* 1618. *pro termino* gesetzt, davon könnten sie nicht weichen, und würden diesen behaupten, oder kein Frieden erfolgen. 154) GALLI, welche zu Münster denen mediatoribus wegen der amnestie keine satte Erklärung geben wollen, sondern vielmehr, und abermahlen sonderlich SERVIENT, sich merken lassen, daß sie bey anno 1618. bleiben würden. 155) Id quod die Maji XVI. contigit. Sed primus omnium nihilominus animum stylumque vertere visus est hic *Comes* ABEL SERVIENT. Nam die Junii XXIV. is Deputatis Evangelicorum Osnabrugensium *Monasterium* missis, finito colloquio, vitio

vertit, daß die Herrn Evangelici in puncto amnestiæ bißher gar zu sehr auf den extremis, vornehmlich ratione termini a quo auf annum 1618. wie auch ratione der Kayserl. Erbunterthanen, allzuhart bestanden wären, und dem Kayser solche Conditiones gleichsam vorschreiben wollen, die man auf Seiten der Cron Franckreich nicht allerdings für billig befunden, noch für ein Mittel zu Beförderung des Friedens erachten können; dannenhero nicht allein dienlich, sondern auch nöthig seyn würde, die Sache in etwas mildere generale Wege zu richten, und den gravatis sive exclusis per modum exceptionis zu helffen. 156) Eodem namque hoc mense Imperator Legatos Electorales *Saxonicos* a reliquis *Evangelicis* separare, in suas partes trahere, atque, pacis forsan Pragensis exemplo, 157) separatim cum illis gravamina ecclesiastica tractare cœpit. Hoc enim fine Ejus & Electoris Saxoniæ Legati, die XIII. conveniebant, omniaque novissimæ Evangelicorum declarationis puncta trutinabant, sibique invicem privatas quasdam punctationes (Privat-Vorschläge) communicabant, Osnabrugæ die Junii xx. dictatas. Nam *Trautmansdorffianas*, Electorales Saxonici, Altenburgicis, hique deinceps Evangelicis communicabant, separatum huncce & occultum velut agendi modum vehementer improbantibus. Inter illas igitur, quas TRAVTMANNSDORFFIO exhibuerant Legati Electorales Saxonici, quartus Articulus hic erat: Wir hielten dafür, 4) das tempus restitutionis könne auf annum 1624. gesetzet werden, so würden fast alle Stände restituiret, und dabey annectiret werden: „Wären noch etliche Stände an„ te annum 1624. graviret, so seyn dieselben zu specificiren, und de„ ren Restitution, gestalten Sachen nach, zu befördern. 158) Hæc prima omnium anni MDCXXIV. ceu *decretorii* mentio est, quam in omnibus, quotquot typis vulgata sunt, actis pacis Westphalicæ publicis nobis adhuc reperire licuit. Hic itaque vera atque propria hujusce *anni decretorii* ORIGO latet. Debemus eum adeo Legatis Electoris Saxonici, IOANNI ERNESTO PISTORIS & IOANNI LEVBERO, 159) horumque conatui, cum Cæsareis separatim de causis religionis tractandi, cui prosequendo hoc componendæ pacis medium excogitarunt forsan proposuerunt que. Nisi ab ipsis potius Cæsareis primum in scenam productum fuisse hunc annum credere malis. Nam paulo ante TRAVTMANNDORFFIVS promiserat OXENSTIERNÆ, se hujus termini causa cum collegis suis

denuo

denuo collocuturum fore. 160) Deinde videntur nobis Cæsarei Saxonicos ideo potissimum ad se alicuisse, ut hoc medium ab *his* potius, quam semetipsis proponeretur, sicque vel ratione autorum Protestantibus sese magis commendaret. Forsan consilii hujus Cæsareo Saxonici conscius fuit, hocque fine, ut istos præpararet, cum Evangelicorum Deputatis, hoc de *termino*, ut antea diximus, 161) collocutus fuit SERVIENT. Vix enim quod conjecturæ nostræ speciem admodum auget, imo, ne vix quidem publici juris factæ fuerant istæ *Saxonicorum* punctationes, die Julii XIII. conceptæ & XX. dictatæ, cum statim eorum sententiam & castra pedibus veluti iverint Cæsæris Legati *Monasterienses*, quibus tunc adfuerat TRAVTMANNSDORFFIVS. Qui enim *Osnabruga*, sub initium Julii, *Monasterium* abierat, cum *Gallis* quædam collocuturus, OXENSTIERNA, is septimo illius mensis Cæsareos quoque adiit, zu vernehmen, ob und was die Kayserliche und Catholici, mit denen Ständen und *Protestanten*, gehandelt, und worauf die Sachen beruheten, hisque dixit: seines Ermessens käme vieles auf den *terminum a quo* und ad quem an; is paratissimum veluti sequens hoc responsum tulit: den *terminum a quo* betreffend, gedächte man solchen *ex superabundanti*, *in politicis & ecclesiasticis*, *ad annum* 1624. zu reduciren. 162) Eo autem loco sita tunc erat gravaminum compositio, ut Evangelici ulteriorem Catholicorum declarationem expectarent, OXENSTIERNÆ monitionibus haud parum promotam. Hoc enim Monasterii adhuc degente, die Julii XI. a Cæsareis exhibebantur weitere und endliche Compositions-Vorschläge *in puncto gravaminum*. 163) In quo *libello* utramque jam paginam faciebat annus noster MDCXXIV. omni annorum MDCXXVII. & MDCXXX. proscripta mentione. Cum vero non solis tantum *gravaminibus*, hincque potissimum oriundæ restitutioni, dictum annum applicarent, verum eandem quoque ceu *amnestiæ* hujusque restitutionis terminum a quo considerarent, nullam prorsus *distinctionem* vel *exceptionem* heic admittentes CATHOLICI: 164) non poterant sane jure & arbitrio suo statim cedere EVANGELICI, inque hoc anno, quo multi ipsorum jamjam *destituti* fuerant & gravati, acquiescere, suo potius anno MDCXIIX. denuo inhærentes. Quod, cum Legati Electorales *Saxonici* cognoscerent, illis declarabant, daß sie befehlicht wären, am Ende auf

anno 1627. *in ecclesiasticis* sich zu *contentiren*; rogantes ideo, *Evangelici* möchten eilen, und nicht viel mehr an sich halten: sie hätten nach Hauß geschrieben, und der Catholicorum selbst eigene condescendenz auf anno 1624. beweglich remonstrirt; wollten also sich der Zeit nicht immiscirn, noch der andern circulos *turbiren*. Prout actorum fide scribit IO. GODOFREDVS de MEIERN. 165) Hac vero *Saxonum* admonitione non obstante alium tamen *Evangelici* admittere nolebant *amnestiæ* terminum a quo, ac ipsum quidem belli Germanici initium, hoc est, annum MDCXVIII. Eodem namque die Juli XIII. *Comes* OXENSTIERNA, Monasterii tunc degens, in colloquio cum *Cæsareis* de negotio pacis, speciatim de compositione gravaminum instituto, idem repetiit petitum: OXENSTIERN redete hierauf von den Reichs-Sachen, mit vermelden, was den punctum amnestiæ anlange, da habe er und die Franzosen der Sache fleißig nachgedacht, auch dasjenige erwogen, was an Seiten der Stände dißfalls eingekommen wäre; sie könnten aber, nach aller Ueberlegung, ein vor allemahl, von dem generali termino a quo des Jahrs 1618. nicht weichen; Jedoch wollten sie nicht entgegen seyn, daß diejenigen particular-Sachen, so man darunter nicht begreiffen wollte oder könnte, absonderlich *tractiret* würden. Verum & sequens tulit responsum: Es sey doch zu verwundern, daß die Cronen auf dem termino a quo des Jahrs 1618. zu beharren gedächten, da sie doch darbey einiges interesse nicht hätten, man auch zu selbiger Zeit mit ihnen deßfalls in keinen Krieg gestanden wäre; was aber die Stände des Reichs anlange, da hätte man sich allbereits zu dem Jahr 1624. verstanden, und wüßte, Catholischer Seits, weiter nicht zu gehen, hoffete auch, Evangelici würden schon mehrentheils damit zufrieden seyn: wann man die particular-Sachen absonderlich vergleichen wollte, so wäre in alleweg billiger, daß die Reichs-Stände, in constituenda aliqua regula, Ihrer Kayserlichen Majestät nachgiengen und dero intention folgeten, als daß sie behaupten wollten, Ihro Kayserliche Majestät möchte ihnen darunter nachgehen. Quibus licet is regresserat: die Reichs-Stände beschwerten sich heftig, und sagten, daß wenigstens der terminus amnestiæ a quo, auf das Jahr 1620. gestellet werden müßte, weil zwischen den Jahren 1620. und 1624. überaus viele beschwerliche Judicata, Decreta, Decisiones und Conventiones, in ecclesiasticis vorgelauffen wären, dardurch Evangelici äusserst gravirt worden; So blieben doch diese auf ihrer Meynung wegen des 1624ten

Jahres

Jahres. 166) Eodem modo & tempore *Galli* mediatoribus Monasterii declaraverant: 3.) müsse die *amnestie ad annum* 1618. *reducirt* werden; pauloque post per eosdem sequens acceperunt responsum. Ad 3.) daß die Franzosen den terminum amnestiæ, ad annum 1618 behaupten helfen wollten, sey verwunderlich zu hören, indem sie bereits, zu unterschiedenen mahlen, den Kayserlichen Gesandten hätten versichern lassen, daß, wann ihr Satisfactions-Punct richtig wäre, sie es bey dem termino des Jahrs 1627. wollten bleiben lassen, auch ihre confœderirten dazu vermögen. Kayserlicher Seits wäre den Reichs-Ständen allschon das Jahr 1624. pro termino a quo gesetzt, dabey müßte es verbleiben und könnten sie weiter nicht zurückgehen. 167)

139) *L. XI. §.* 5. *Tom. II. pag.* 194. & §. 7. *pag.* 203.

140) *L. XI.* §. 6. *Tom. II. pag.* 201.

141) Vtrobique enim, tam *Pragæ*, quam *Ratisbonæ*, AMNESTIAM, quoad *restitutionem* in ecclesiasticis, non altius, quam ab anno MDCXXVII. repetendam esse statuerat Imperator. Testantibus id locis *supra* allegatis.

142) Id quod, una cum singulis *votis*, in extenso, ut loquuntur, legimus in *Protocollo sessionis* istius *quartæ*, *L. XII.* §. 8. *num.* 1. *Tomo II. pag.* 300 — 309.

143) *L. XII.* §. 8. *num.* 2) *Tomo II. pag.* 310. 317.

144) *L. XII.* §. 8. *num. II. Tom. II. pag.* 312. *sq.* Conf. *p.* 398.

145) *L. XIV.* §. 6. *pag.* 509. & 511. *L. XVIII.* §. 3. *num. I. pag.* 912. & 915. §. 4. *num. I. pag.* 948. Vbi tamen notes velim singularia Electorum *Bavari* & *Brandenburgici* vota, *Tom. II. pag.* 931. *sq.*

146) *L. XV.* §. 13. *num. I. Tomo II. pag.* 633.

147) *L. XIX.* §. 39. *num. I.* 2) & 3) *Tomo III. pag.* 56. 57.

148) *L. XIX.* §. 39. *num. III. art.* 1. *Tomo III. pag.* 67.

149) *L. XIX.* §. 34. 3) *Tomo III. pag.* 32.

150) *L. XIX.* §. 15. *ad Art. IV. Tomo III. pag.* 15.

151) *L. XIX.* §. 41. *art. III. Tomo III. pag.* 77.

152) *L. XX.* §. 13. *num. I. Tomo III. pag.* 157.

153) *L. XX* §. 14. *num. I. Tomo III. pag.* 161.

154) *L. XX.* §. 12. *num. I. Tomo III. pag.* 151.

155) *L. XIX.* §. 33. *num.* 3. *Tomo III. pag.* 30.

156) *L. XX.* §. 19. *num. I. Tomo III. pag.* 185.

157) *L. XX. §. 20. Tomo III. pag.* 186.

158) *L. XX. §. 20. num. I. Tom. III. pag.* 188.

159) Quorum, IO. nempe ERN. PISTORIS & IO. LEVBERI res, in hoc congressu pacificatorio gestas chronologico ordine, recenset *index* actorum WALTHERIANVS, *Tomo VII. pag.* 558. *sq.*

160) *L. XX. §. 12. num. I. Tomo III. pag.* 151.

161) Loco in *nota* 156) allegato. *pag.* 93.

162) *L. XX. §. 22. Tomo III. pag.* 189.

163) *L. XX §. 24. Tomo III pag.* 191. *sq.*

164) *L. XX. §. 24. num. II. Tom. III. pag.* 193. ubi: „ Das Kayserlich „ *Amnisti - Edictum*, weilen dasselbe *per modum conventionis publicæ* „ zwischen beeder Religions - Verwandten Churfürsten und Ständen des „ Reichs mit Ihrer Kayserl. Majestät aufgerichtet worden, soll billich „ in seinem Stand, Wesen und Gültigkeit verbleiben. Jedoch, damit „ ein - und anderer Stand sich destoweniger *circa restitutionem* zu be- „ schwehren Ursach habe, der *terminus a quo in ecclesiasticis ad totum* „ *annum* 1624. *reducirt* werden. Hæc ad amnestiam pertinent. *Arti- culi* autem sequentes gravamina continent.

165) *L. XX. §. 25. Tomo III. pag.* 199.

166) *L. XIX. §. 44. Tomo III. pag.* 88. 89.

167) *L. XIX. §. 45. & 46. Tomo III. pag.* 92. 93.

§. XLII.

AMNESTIA A GRAVAMINIBVS SEPARATVR. VLTERIOR TRACTATIO DE TERMINO RESTITVTIONIS.

HACTENVS scilicet *Evangelici*, licet discrimen *amnestiam* & *gravamina* intercedens probe cognoverint, suum tamen *amnestiæ* ejusque *restitutionis* terminum, annum puta MDCXIIX. ejus quoque restitutionis, quam *gravamina* pariebant, normam & regulam esse, neque vero vel in *hac*, vel in *illa* alium quendam admittere voluerunt. Vnde etiam punctus amnestiæ gravaminibus illatus atque inter hæc, velut ad ea pertinens, tractatus fuerat. Ob eandem vero causam, Imperator & Catholici, annum MDCXIIX tanquam *decretorium* admittere nolebant. Quia is, ex mente Evangelicorum atque Suecorum, non *amnestiæ* tantum, verum ipsorum quoque *gravaminum*, terminus esse debuisset.

Ad

Ad quod, cum *Evangelici* deinceps cognoverint perspexerintque, nullo plane medio permoveri posse *Cæsareos*: amnestiam a gravaminibus magis separare, separatim tractare, tandemque quoad terminum restitutionis ex capite *gravaminum*, præsertim ecclesiasticorum, *paullatim* ab anno isto MDCXIIX. deflectere incipiebant. Adparet id e suffragio, quod in conventu Evangelicorum, *Monasterii*, in puncto gravaminum, die Julii x. habito, tulit dirigens tum Legatus *Brandenburgico-Culmbachicus*; Ad 2) den punctum amnestiæ belangend, hielte er darfür, daß derselbe zu den gravaminibus proprie nicht gehörete, und mit denselben nicht zu vermischen wäre, weilen er in der Cronen propositionibus und Kayserl. Duplic seine sonderliche Stelle hätte, auch in denen dreyen Reichs-Collegiis in absonderliche consideration gezogen worden, zudem wären die gravamina im Reich gewesen, ehe man der amnestie vonnöthen gehabt. Demnach aber doch der punctus amnestiæ mit in die gravamina gebracht, und zwar Articulo 1. der Catholischen, Articulo 3. der Evangelischen Erklärung, neben dem auch derselbige in die gravamina ecclesiastica ratione termini vielfältig mit einlieffe; als wäre er auch, wiewohl mit wenigem, zu berühren. Ad 3.) befinde man die differenz darinn bestehen, daß die Evangelische Stände sich mit dem Kayserlichen Amnestie-Edicto nicht können begnügen lassen, wie solches in dem Bedencken mit mehrerem ausgeführet, dahingegen aber die Catholischen berührtes Edict für einen Reichs-Schluß halten. So hielte er demnach dafür, 1.) negandam esse minorem; dann man wäre mit diesem Schluß zu Regenspurg nicht allerdings richtig umgangen; massen eine universalis amnestia per majora Evangelicorum daselbst beschlossen, nachmahls aber, wider derselben Willen, anderst herausgegeben, und in Druck gebracht worden, welches sie endlich geschehen lassen müssen, weilen man ihnen zu den hiesigen Tractaten Hoffnung gemacht hätte, solches contestirten auch die Acta des Franckfurtischen Deputation-Tages, und wäre daselbst ein sonderbahres Gutachten der universal-amnestiæ halber abgeben worden. 2.) Bezeugete der Effect, daß bey der mehrerwehnten amnestie die Stände nicht gesichert, noch der vorgesetzte allgemeine Friedens-Zweck zu erheben. Quodsi vero sublatum velimus effectum, tollendum esse causam. 3.) Gesetzet, daß offtbesagtes Kayserliches Amnestie-Edict ein Reichs-Schluß sey, so wäre jedoch nichts neues, daß mutatis circumstantiis auch die Conclusa

clusa verändert würden. Ad 4.) wäre er der Meynung, es würde diese Frage von sich selbsten fallen, wann eine universal-Amnestie erhalten würde, wann aber dieses nicht geschehe, und der von den Evangelischen begehrte terminus nicht zu erlangen stünde, müßte man einen tertium intermedium terminum suchen. Er erinnerte sich, daß anno 1631. die Herren Evangelischen das Absehen auf anno 1620. gehabt, weilen er aber die differentiam zwischen 20. und 24. nicht wüßte, und ihme nicht allerdings bekannt, was für Stände, ausser Baden-Durlach und Pfaltz, in der Zeit gravirt seyn möchten, als könnte er niemand præjudiciren, und sein Recht abvotiren, sollte es aber insgemein also beliebet werden, wollte er sich darinn nicht zuwider legen. Ad 5.) vermeynte, es würde keiner clausul bedörffen, wann der terminus a quo anno 1620. erhalten würde, wann aber solches nicht geschehen sollte, müßte man dahin sehen, wie der gravirten Jura am besten salvirt werden könnten. 168) En Legatum quendam Evangelicum solide ratiocinantem, utrumque restitutionis fundamentum probe distinguentem, & annum quoque MDCXX. non ex ingenio, sed anteactis, proponentem! Cui egregie tum succinebat *Brunsvico-Luneburgicus*. 169) Sicuti vero *Hasso-Cassellanus* & *Pomeranus* anno MDCXIIX. inhærebant, *Bado-Durlacensis* autem, ad ductum litterarum *Principis* sui, diem Martii XII. anni MDCXXII. eo nomine commendabat, ut *terminus* constitueretur norma & regula hujusce *restitutionis*: ita *Würtembergicus*, *Comitum Wetteravicorum* & *Franconicorum*, *Colmariensis*, *Norimbergensis* & *Lindaviensis* Legatus, in annum MDCXX. consentiebant. Vnde conclusum: *Ad quæst.* 2.) & 3.) giengen die majora dahin, man hätte dahin zu sehen, daß nicht der punctus gravaminum mit dem puncto amnestiæ commiscirt werden möchte, und könnte man kürzlich andeuten, daß man besagten punctum amnestiæ an seinen Ort liesse gestellet seyn, und referirte sich damit auf die Reichs-Bedencken. Ad quæst. 4.) befinden sich 9. Vota pro anno 1620. exclusive, reservatis juribus & restitutione *antegravatorum*. 170) Quæ licet prudenter capta fuerint consilia, Protestantes tamen *Osnabrugenses*, tum amnestiam & gravamina confundebant, tum & in annum MDC XXIIII. justo proniores erant. Quam eorum mentem satis exprimit Ihre Erklärung auf der Herrn Catholischen letztgethane Vorschläge in puncto gravaminum. ubi: 1.) was den punctum amnestiæ anlangt, damit ein- und anderer Stand

sich

sich destoweniger circa restitutionem zu beschweren Ursach habe, sollte der terminus a quo in ecclesiasticis & politicis, tam quoad Status & personas eorumque ditiones & bona, quam quoad dignitates, libertates & jura, ad totum annum 1624. non obstantibus, sed annullatis quibuscunque interim per proscriptiones, confiscationes, res judicatas, generales aut particulares transactiones, aliove quocunque modo, factis in contrarium mutationibus, reduciret; denen prius gravatis aber, so hiernächst zu specificiren, absonderlich verholffen werden. 171) Observarunt quidem hanc discrepantiam Evangelici *Monasterienses*, sed nihilominus statuebant: Daß 2) der *terminus a quo* auf annum 1620. 172) zu setzen seye. Id quod deinceps etiam communi omnium Protestantium nomine in dem Evangelischen Schluß zu Lengerich (quo in loco *Osnabrugenses* & *Monasterienses* Evangelicorum deputati convenerant, variasque composuerant differentias) oder Gegen-Erklärung in puncto gravaminum, statuebatur, ubi §. 2. ita sese habet: der *terminus a quo restitutionis* in ecclesiasticis, wie auch, was intuitu religionis in politicis dasieder geändert, soll ad annum 1621. den 1ten Januarii reduciret, und solchemnach die restitutio plenarie & pure, mittelst Aufhebung darwider in dergleichen Sachen gesprochener Urtheln und Decreten, Verträgen, Accorden und Executionen, in den Stand, darinnen es den 1ten Januarii 1621. gewesen, hinwider gestellet und angeordnet, doch aber diejenigen, so vor der Zeit graviret, darvon nicht ausgeschlossen, sondern die Gebühr beobachtet; sonderlich aber Herrn Pfaltz-Graf Ludewig Philipps Fürstliche Gnaden, dieses beliebten termini ohngehindert, in vorige possession, tam in ecclesiasticis, quam in politicis, völlig restituiret werden. 173) Quod vero hoc loco de *restitutione* ex capite *gravaminum* sermo sit, tum exinde, quod §. 1. *amnestia*, a gravaminibus removertur, tum & hinc, quod omnes annullentur sententiæ & litispendentiæ, (§. XXIX.) abunde cognoscimus. Prima autem omnium hæc mentio est DIEI *nostri* DECRETORII, sicuti generatim hic §phus similis est §. identidem *II. Artic. V. Instr. P. W. O.* Hactenus enim semper *de quacunque anni parte*, non unico tantum die, loquebantur Evangelici. Quid vero deputatos istos *Lengericenses* ad hoc præcise commoverit, ut *diem* & *annum* distinxerint, istumque *primam Januarii* esse voluerint, non adeo liquet. Quoad *annum* ve-

ro in priore sententia sua persistebant Electorales Saxonici, in recensione *differentiarum* inter *Cæsareorum & Evangelicorum media compositionis gravaminum*, und wie die etwan zu *conciliiren* und zu vermittlen, nonnisi annum M DC XXIV. laudantes: *Ad Art. 1. Cæsareanorum:* 1.) die *amnestia*, als welche proprie zum tractatu gravaminum nicht gehörig, solle ausgesetzet, und zu ihrem special-Tractat rejicirt werden. 2.) Möge terminus restitutionis a quo annus 1624. doch mit dem temperament seyn, daß anteagravati, sive ante sive post annum 1618. nicht hintangesetzt, sondern denen, so sich durantibus tractatibus derowegen angemeldet, jetzo sobalden, andern aber post publicatam pacem in den nächsten 6. Monathen hernachfolgend, wann sie sich bey jedes Crayses ausschreibenden Fürsten darum angeben, nach Inhalt der Executions-Ordnung, Hülffe ertheilet werden solle. 174) Tandem vero, satis superque tractata omni hac de *termino gravaminum a quo* materia, nescimus, quo facto, vel quo præcise instinctu, *Evangelicorum* quidam in *Saxonum* & *Catholicorum* partes, ratione anni M DC XXIIII. inclinare cœperint, *Altenburgicus* præsertim & *Vinariensis*. Qui, quomodo hoc OXENSTIERNÆ vel reapse dissentienti, vel dissensum egregie simulanti, retulerint, ejusque propterea consilium imploraverint, sequens notabilis omnino *relatio* docet: Es wären zwar wohlgedachte Sachsen-Altenburgische und Weymarische Herren Abgesandten noch den Abend vorhero um 8. Uhr bey Ihr (Exc.) gewesen, und hätten relation gethan, was selbigen Tages bey der mit den Catholischen angetrettenen Conferenz ratione termini a quo fürgelauffen. Da die Catholischen anfänglich nochmahls von den Evangelischen andere Vorschläge, auf beschehene Verweigerung aber zu wissen begehrt: Ob man denn Evangelischen Theils nicht mit der Kayserlichen am 2. (12.) Julii ausgestellten Compositions-Vorschlägen dißfalls zufrieden seyn wollte, und nachdem auch dieses abgeschlagen, sich dahin vernehmen lassen, daß sie, die Catholischen, dann keinen andern terminum als in ecclesiasticis annum 1627. in politicis annum 1630. vorzuschlagen wüßten; als aber sie, die Evangelischen, sich darüber entrüstet, aufgestanden und davon gehen wollen, hätten die Catholischen ihnen zugesprochen, sich in weitern discurs einzulassen, und in fine finali dahin erkläret, daß es bey dem Mittel-Punct nehmlich anno 1624. verbleiben möchte; welches man endlich Evangelischen Theils eventualiter beliebet hätte, doch mit der ausdrückli-

drücklichen condition, daß nichts destominder auch denen ante gravatis geholffen werden sollte. Wiewohl sie nun dabey Ihro Excellenz Rath und sentiment zu vernehmen begehrt, und es auf dero Gutachten und Einwilligung gestellet, darauf auch dieselbe sich also erkläret, daß sie, die Evangelischen, entweder in genere tam in ecclesiasticis quam politicis beym termino 1618. vest bestehen sollten, oder aber insgemein und sowohl bey dem puncto amnestiæ, als auch gravaminum keinen gewissen terminum oder general-Regul setzen, sondern wie und welchergestalt auch auf was für eine Zeit ein und ander Stand oder Unterthanen restituiret werden sollten, specifice exprimiren möchten: So hätten doch Ihro Excellenz aus der relation wohl mercken können, daß es nicht mehr res integra, sondern Ihres Theils allbereit damit geschehen wäre, müsten auch dahin stellen, wie es mit dem puncto antegravatorum würde abgelauffen seyn. 175) Quod augurium OXENSTIERNAM minime fefellit. Cum enim ad compositionem maxime principalium dissensionum Catholicos inter atque Evangelicos perventum esset, hæc *secunda* statim fuit: 2) Stellen *Catholici terminum restitutionis a quo* auf *annum* 1624. *Evangelici* aber auf 1621. per totum. 176) Quæ, quemadmodum inter Cæsaris Legatos ab una, atque SALVIVM & Evangelicorum Deputatos ab altera parte, Protestantibus vel tandem, ægre licet, in Catholicorum sententiam, quoad *annum* M DC XXIV. tanquam *terminum restitutionis ex capite gravaminum*, transeuntibus, componi cœperit, *litteræ* der zu Münster anwesenden Gesandten an der Evangelischen Fürsten und Stände Gesandten zu Oßnabrück die erste conferenz mit den Catholischen in puncto gravaminum betreffend, die Nov. XI. 1646. datæ, abunde nos docent. Vbi: *Ad Artic.* 2. haben sie als discrepanzien angeben 1) den terminum a quo 1621. zusammt der angehängten cassation rerum judicatarum, wie auch daß Herrn Pfaltz-Graf Ludewig Philippsen Sache darein gezogen würde, welches hieher nicht gehörig wäre, sondern Kayserliche Majestät und das Churfürstliche Collegium hätten Sr. Fürstl. Gnaden restitution an gehörigen Orten selbsten recommendiret, Sie wollten pro termino a quo in ecclesiasticis anno 1630. benennet haben; darauf die Unserigen remonstriret, daß solches wider ihre eigene letzte Erklärung wäre, zu welcher sie sich aber expresse nicht verstehen, noch hingegen dieselbe verwerffen wollten, sondern sie hätten unterschiedliche Erinnerungen hierbey zu thun, und sollten die

Evangelischen entweder eine specification übergeben, worinnen sie zwischen anno 1621. und 1627. gravirt wären, oder sollten andeuten, wie weit sie von anno 1621. abtretten wollten; als ihnen aber angezeigt wurde, daß zu solcher specification die Evangelische sich nimmermehr verstehen würden, seynd sie davon abgestanden, und haben wir Evangelischen, auf beschehene relation der Deputirten, zu dem Jahr 1624. 1. Januar. jedoch mit Vorbehalt, daß auch die antegravati, so sich bey den Creyß-Ausschreibenden Fürsten, wo das gravamen beschehen, inner 6. Monathen a publicata pace anmelden werden, restituiret werden sollten, uns erbiethen, und zugleich die cassation rerum judicatarum, und Herrn Pfaltz-Graf Ludewigs Philipps Fürstlicher Gnaden Interesse nochmahls urgiren lassen; wiewohlen nun die Catholischen mit dem termino zufrieden, auch von den rebus judicatis, ohngeachtet es etzlichemahl auf die Bahn kommen, nichts erwehnet, sondern dasselbe vielleicht zu den Articul von mediat-Güthern verspahren; so haben die Catholischen jedoch und zu der restitution der antegravatorum sich nicht bequemen wollen, sondern vorgewendet, es würde dardurch die Regul umgestossen, oder müßten ihre antegravati auch restituiret werden. 177) Sed punctum hoc de restitutione *antegravatorum*, Suecis id suadentibus, commodiori tunc reservabatur occasioni. 178) Hinc porro concludebant *Evangelici Monasterienses:* 2.) wäre man mit dem termino den 1ten Januarii 1646. einig, jedoch daß wegen der Reichs-Städte Dünckelspühl, Biberach, (dann auf Erinnerung des Herrn Lindauischen sollten die andere specificirte anhero nicht gesetzet werden) und Aach, solle auf eine commission nochmahls bestanden werden, jedoch daß die Commissarii allein summarie verführen, und diese Sache verglichen. Solche Commissarii sollten noch bey dieser diæt von der anwesenden Evangelischen Stände Gesandten benennet, und um Ausfertigung der Commission bey Kayserl. Majestät angesucht, auch wegen der Stadt Aach dahin getrachtet werden, daß es bey dem Verglich möge bleiben, so in Vormundschafft Pfaltz-Graf Johann Fürstl. Gnaden als damahliger Reichs-Vicarius getroffen. Wegen der Stadt Donawörth seye es auf nächsten Reichs-Tag zu remittiren, und allda zu erledigen. Weil ferner Herr Pfaltz-Graf Ludwig Philipps Fürstl. Gnaden restitution Catholischen Theils selbst vor billig befunden; so könne derselbe punct von denen Catholischen Ständen allhier wohl gedultet werden. Und weil in dem Regenspurgischen Voto wegen der antegravatorum eine distinction

gemacht,

gemacht, daß in ecclesiasticis alles solle auf den terminum 1624. und in politicis auf commission gestellt werden, (darein die Reichs-Stättischen bey Abfassung des concluſi insgesammt einwilligten) habe es dabey sein Bewenden. Ulm reservirte jedoch bessere Gedancken, ehe man die Erklärung denen Herren Catholischen ausstellete. 3.) Solle das Stifft Oßnabrück nicht zurückgelassen werden, sonderlich aber bey denen Königlich Schwedischen Herrn Plenipotentiariis deswegen Erinnerung geschehen, daß es bey dem termino 1624. expresse excipirt würde. 4.) Wegen der mensium Papalium gefielen zweyerley Meynungen: daß entweder dieselbe, wo sie 1624. auf Evangelischen Ertz- und Stifftern in usu gewesen, nochmahls zu verstatten, jedoch, daß, an statt der abgehenden Evangelischen auch Evangelische præsentiret würden, oder aber dieser punctus gar auszulassen, oder ein absonderlicher receſs und revers zu begehren, daß, wann der Pabst gleich würde Catholische an statt der Evangelischen præsentiren, die Römisch Kayserl. Majestät dieselbe præsentation nicht exequiren oder etwas deshalben anordnen solle. 179) Rursumque: 1.) daß die litispendentien in rebus ecclesiasticis, so noch vor dem Religion-Frieden geschwebet, und die darinn erfolgte Urthel, sie möchten vor- oder nach dem Religions-Frieden gestellet seyn, billig aufzuheben. So wäre auch 2.) darbey zu bestehen, daß diejenigen, so anno 1624. in possessione gewesen, dabey zu lassen, und die binnen solcher Zeit restituiret, billig zu restituiren, ohnerachtet aller Litispendentien, Urtheilen, Commissionen, Mandaten, Executionen und dergleichen, es möchten dieselben auch vor- oder nach 1624. ergangen seyn: so sey 3.) zu bedenken, ob denenjenigen, die ante annum 1624. non servato juris ordine ihrer possess entsetzet, durch commission könnte geholffen werden, und ob man sich wollte gegen die Catholischen heraus lassen, daß solche gravati noch bey dieser Handlung zu *specificiren*. 180) Eodem etiam modo SALVIVS in suo *compositionis gravaminum projecto* §. II. de termino sic concepit: *Terminus a quo restitutionis sit dies prima Januarii Anno* 1624. *ita, ut, quæcunque ab eo tempore in ecclesiasticis, vel etiam intuitu religionis in politicis mutata sunt, plenarie pureque reduci ac restitui debeant in eum statum, quo eo anno dieque fuerunt, irritis abolitisque sententiis, decretis cujusvis generis, sive deditiis sive aliis seu pactis seu transactionibus & executionibus, quæ in ejusmodi negotiis interim evenerunt. Eodem modo gravati Evangelici, ante annum - - - intra semestre*

ſpatium a die publicatæ pacis numerandum, Principibus conſcriptoribus ejus Circuli, in quo bona ademta ſita ſunt, aut ubi alias ſunt gravati, indicium faciant, quid præjudicii & a quo ſit illatum, ſecundum Imperii Romani ordinem executionis uſitatum, ceſſante voluntaria reſtitutione, ſine omni mora, in priſtinum ſtatum reponendi. 181) Vnde haud mirum, quod Catholicorum Endliche Erklärung oder Declaration in puncto gravaminum nihil niſi annum M DC XXIV. & quidem vel *calendas* ſaltem *Januarias*, vel *quamcunque anni partem* ſpiret. 182) Adeo, ut jam nunc in collectione reliquarum adhuc differentiarum, in puncto gravaminum, Evangelicos inter & Catholicos obverſantium, nulla amplius termini mentio fiat. 183)

168) *L. XX. §. 26. num. II. Tomo III. pag. 211.*

169) *pag. 212.*

170) *pag. 215.* Adde vero etiam *L. XX. §. 30. num. III. pag. 287.* nec non quæ de eodem hoc anno in dem unvorgreiflichen Aufſatz derer Evangeliſchen zu Münſter in puncto gravaminum, *L. XX. §. 30. num. II. Tomo III pag. 279.* leguntur. Auctor erat *Brunsvico-Luneburgicus*, qui eum toties ſubſtituit, quoties Catholici in ihrer endlichen Erklärung *annum* 1624. nominaverant.

171) *L. XXI. §. 3. num. I. Tomo III. pag. 294. ſq.*

172) *L. XXI §. 4. Tomo III. pag. 305.*

173) *L. XXI. §. 9. num. I. Tomo III. pag. 331.*

174) *L. XXI. §. 26. num. I. Tomo III. pag. 395.*

175) *L. XXI. §. 30. num. I. Tomo III. pag. 408.*

176) *L. XXI. §. 36. num. I. Tomo III. pag. 419.*

177) *L. XXI. §. 35. num. I. Tomo III. pag. 413.*

178) *pag. 413. 414. 415. ubi concluſum.*

179) *pag. 416.*

180) *pag. 418.*

181) *L. XXI. §. 39. Tomo III. pag. 426.*

182) *L. XXI. §. 40. num. I. Tomo III. pag. 435. ſq.*

183) *L. XXI. §. 43. num. I. Tomo III. pag. 444.*

§. XLIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0312
DFG

§. XLIII.

CONTINVATIO TRACTATIONIS DE TERMINO RESTITVTIONIS.

Eo majore autem animorum motu & conventione poſtea agitabatur controverſa *antegravatorum* reſtitutio. Quæ eo minus ſuperflua videri poterat, quo plures jam ante annum M DC XXIV. gravati fuerunt atque deſtituti, neque adeo ex capite gravaminum ſine nova *regulæ* exceptione atque limitatione reſtitui poterant. Cum vero nullam ejusmodi exceptionem a communis illius *termini* norma & regula admitterent *Cæſarei*, ad amneſtiam rurſus, ceu ſacram anchoram, confugiebant antegravati. In hoc enim utriusque religionis proceres jam tunc conveniſſe videbantur, quod *reſtitutio* ex capite *amneſtiæ* a reſtitutione ex capite *gravaminum*, præſertim in eccleſiaſticis, diſtinguenda ſit, 184) quum igitur multi 185) ſeſe hujus poſterioris reſtitutionis termino, anno puta M DC XXIV. denuo gravatos dicerent, ſuasque querelas Evangelicis hoc nomine, utroque loco, Monaſterii & Oſnabrugæ, Comitum *Wetteravicorum* 186) exemplo offerrent; *Evangelici Oſnabrugenſes* termino anni M DC XXIV. reſtitutioni in eccleſiaſticis, horumque intuitu in politicis, factis *mutationibus*, hanc *clauſulam* adjici die *XXVII. petierunt: quod terminus anni* 1624. *nullum præjudicium creare debeat iis, qui ex capite amneſtiæ vel aliunde reſtituendi veniunt.* (§. XXXV.) Sive: Es iſt auch *terminus* 1624. denenjenigen nicht zu Nachtheil gemeynt, welche *ex capite amneſtiæ* oder andern Urſachen ihre reſtitution wiederum erlangen. 187) Neque enim omnes *antegravati* unice & præciſe ex capite *amneſtiæ* ſuam poſtulare poterant *reſtitutionem*. Prout ex illo diſcimus memoriali, quod tres claſſes *antegravatorum* conſtituit, primamque illis tantum aſſignat, quibus amneſtiæ favor reſtitutionem promittebat: Es befinden ſich deren ante terminum de anno 1624. in eccleſiaſticis gravirter Stände vornehmlich drey claſſes. I. CLASSIS. Etliche ſeyn gravirt allein occaſione belli, indem ſie prætenſione alicujus delicti, commiſſæ feloniæ, aut quacunque alia ex cauſa, ihrer Landen ganz und zum Theil, alſo zugleich mit der Stifft, Clöſter, Kirchen und geiſtlichen Güter entſetzt und deſtituirt, darinnen dann ea occaſione auch die Reformation introducirt

cirt worden; Von selbigen ist in puncto gravaminum fürnehmlich nicht die Frag, sondern ihre restitution dependirt principaliter ex amnestia, mit denen es gleichwohl keinen andern Verstand zuversichtlich haben kann, noch soll, als daß alle ex amnestia restituendi tam in ecclesiasticis & sacris, quam politicis & profanis, pure atque plenarie, cum cassatione omnium sive juris alicujus prætextu, sive transactionis aut quocunque alio modo & titulo in contrarium factarum mutationum, restituirt werden, und aller deren conditionen und beneficien, welche denen ex puncto gravaminum restituendis gedeyhen mögen, a tempore & termino restitutionis & amnestia nicht anderst, als die ex puncto gravaminum restituti a tempore & termino illius restitutionis mit genieſſen sollen. 188) Repetebant postea Evangelici suum erga dictam clausulam *de non præjudicando* desiderium, circa ultimam Imperatoris declarationem in puncto gravaminum ejusque §. II. 189) VOLMARO licet in suis cum SALVIO *Conferentiis* superfluam 190) visam. In hisce Sueci ultra L. antegravatos, ab isto termino excipiendos, ex capite amnestiæ atque adeo pure & simpliciter restituendos nominaverant, a *Cæsareis* tamen maximam partem expunctos. Ita namque sese habet *relatio*: Und bestehen die meiste difficultäten auf dem puncto amnestiæ seu restitutionis universalis in politicis, indeme über die fünfzig Fürstliche, Gräfliche und andere vornehme Häuser, Stände und Personen, (darunter neben obbemeldter Pfältzischen, insonderheit auch die Baden-Durlachische Sache) pro gravatis, adeoque pure & simpliciter restituendis in berührtem Instrumento specificirt zu befinden seyn, dahingegen die Herrn Kayserliche selbige bereits mehrentheils durchstrichen, und solche Amnestie, ihrer Art und Eigenschafft nach, allein auf diejenige Sachen, die eigentlich ihren Ursprung von dem Krieg haben, und auf die restitution dessen, so intuitu & occasione desselben weggenommen und entzogen worden, restringiren; alle übrige aber, da contradictores cum exceptionibus altioris indaginis vorhanden, davon excipirt, und ad præviam causæ cognitionem ausgesetzt haben wollen. 191) Id quod sine dubio in causa fuit, cur *istam* SALVIVS in suo cum VOLMARO conflictu *minime superfluam* reputaverit. 192) Cui *Suecorum* & *Evangelicorum* instantiæ Cæsarei feliciter tandem aures præbebant, istamque *clausulam* totidem verbis suo *Articuli quinti* projecto VII. Aprilis MDCXLVII. exara-

exarato inſerebant. 193) Vnde deinceps, una cum laudato *anni* & *diei termino decretorio*, in omnia non ſolum *pacis projecta*, 194) verum in ipſum tandem quoque, quod divinum plane munus eſt, *utriusque* 195) *pacis Inſtrumentum*, fauſto ſidere, migravit illa.

184) *L. XXI. §. 35. num I. Tomo III. pag.* 413.
185) Quorum plures, quam *viginti*, jam menſe *Auguſto*, anni 1647. ſua exhibuerant *memoralia. L. XXXI. §. 6. Tomo IV. pag.* 699.
186) *L. XXIII. §. 34. num. I. Tomo III. pag.* 703. & *L. XXXVII. §. 4. num. I. Tomo V. pag.* 208.
187) *L. XXV. §. 13. num. I. Tomo IV. pag.* 90. & *num. II. pag.* 100.
188) *L. XXV. §. 13. num. III. Tomo IV. pag.* 109.
189) *L. XXV. §. 18. num. I. Tomo IV. pag.* 133.
190) *L. XXV. §. 19. num. I. Tomo IV. pag.* 153.
191) *L. XXV. §. 19. num. II. Tomo IV. pag.* 161.
192) *L. XXV. §. 23. num. I. Tomo IV. pag.* 178.
193) *L XXV. §. 24. Tomo IV. pag.* 181.
194) Quotquot deinceps, ſive a SVECIS, ſive a CÆSAREIS, propoſita fuere, ejusmodi PACIS *projecta*. Veluti 1) *L. XXV. §. 25. num. II. Tomo IV. pag.* 193. 2) *L. XXIX. §. 11. num. I. Art. II. Tomo IV. pag.* 536. 3) *L. XXX. §. 2. Tomo IV. pag.* 565. 4) *L. XXXIII. §. 26. num. I. Art. V. Tomo IV. pag.* 957. 5) *L. XXXIX. §. 21. num. I. Tomo V. pag.* 563. & 6) denique *L. XLIII. §. 20. Tomo VI. pag.* 140.
195) *I. P. W. O. Art. V. §. 2. 13. & I. P. W. M. §. 47.*

§. XLIV.

ANNVS 1618. STATVITVR TANQVAM TERMINVS RESTITVTIONIS EX CAPITE AMNESTIÆ.

QVEM igitur, prouti ſuccincta *anni* & ſingulatim DIEI noſtri DECRETORII *hiſtoria* abunde comprobat, quoad *reſtitutionem* ex capite *gravaminum* conſequi haud potuerunt *terminum* MDCXXIIX. eum tamen circa alterum iſtud *reſtitutionis* genus, quod ex *amneſtia* ſuam trahit originem, feliciter conſequuti ſunt EVANGELICI. Non enim, niſi quoad illam, *gravamina* ſcilicet *eccleſiaſtica*, & quæ illorum intuitu in *politicis* mutata fuere, SEXENNIVM, ab anno MDCXIIX. usque ad annum MDCXXIV. numerando, abdicaſſe *Proteſtantes*, tum celebri illa *de non præjudicando* clauſula, 196) tum & toto,

toto, in cujus *formulam* postea 197) demum consenserunt *Catholici*, *Articulo IV.* restitutionis *ex amnestia* sede, clarum est. Qui nempe circa *gravamina*, facta *duodecennii* illius, in quo universus circa *terminum* dissensus consistebat, divisione, ad Catholicos *sexennium*, ab anno MDCXXX. vel potius triennium saltem, ab anno MDCXXVII. 198) ad annum MDCXXIV. adscendentes, pacis causa, descenderant Evangelici: illi nihilominus, quoad *amnestiam*, in suo ab initio statim proposito anno MDCXIIX. ceu vero belli initio, perstiterunt, eamque sequiore quodam vel *anno* vel *die* circumscribi haud permiserunt. Nemo quidem inficias ire poterit, annum huncce MDCXIIX. in pacis *Westphalicæ* tabulis non adeo *diserte* exprimi vel *expresse* nominari, ac quidem alterum illum MDCXXIV. sed per aequipollentia modo verba eum, tam quoad *amnestiam* generatim, quam circa restitutionem *Palatinam*, potissimum illiut exemplum, speciatim indigitari. *Sic a multis retro annis in Imperio Romano orta fuisse dissidia, motusque civiles, hincque exatum acre & diuturnum bellum* statim in *proœmio* dicitur. *Articulo II.* legimus *ab initio horum motuum.* Luculentius vero describuntur motus illi *Articulo III.* §. 1. quo restitutio illorum decernitur, quibus *occasione Bohemiae Germaniæve motuum vel foederum hinc inde contractorum, ab una vel altera parte, aliquid præjudicii aut damni quocunque modo vel praetextu illatum fuit.* Is enim generalissime ibi reduci praecipitur Status, quo *in sacris & profanis ante destitutionem gavisi sunt, aut jure gaudere potuerunt* restituendi. (conf. §. XXXVI.) Secundum §. 6. *Palatinatus inferior, cum omnibus & singulis appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores Principesque Palatini gavisi sunt*, restituendus erat. §. 20. legimus: *ante tumultus bellicos.* In §. quem nunquam sine gratissima veneratione evolvimus, 24. extat phrasis: *ante hos motus.* In sequenti §. 25. scripserunt Pacisscentes: *ante initium horum bellorum.* §. 44. *in omnia ex causa belli ademta* restitutio decernitur. *Articulo VIII.* §. 1. legimus: *occasione belli*, nec non *ante hos motus bellicos a multis retro annis. Articulo XV.* §. 1. *initium belli Bohemici* occurrit. Variis autem phrasibus hisce, dictionibus atque descriptionibus alium tamen terminum, quam annum MDCXIIX. haud intelligi, non solum historia belli tricennalis motuumque, qui hoc anno contigerunt, *Bohemicorum*, verum ipsum quoque *Instrumentum pacis* confirmat.

firmat. Hoc enim sub finem *Articuli IV.* §. 50. semetipsum explicavit, seque pro eodem hocce anno, unica saltem vice, veluti *semel pro semper*, occasione neglectæ investiturarum renovationis diserte nominato, declaravit. Licet ei neutiquam *præcise* & *absciſſe* inhaerere potuerint, cum nativus ille *amnestiæ* ambitus supra (§. X.) latius descriptus, suo jure, justam quandam *termini* sui *latitudinem* postulaverit, ea omnia complectens, quae vel ante bellum, vel hoc demum coepto, discordiæ & hostilitatis causa, vel occupata vel mutata fuerunt. Recte proin de amnestiæ termino sensit, quisquis circa pacis executionem in causa restitutionis *Lœwenstein* contra *Lœwenstein* sequentia scripsit: 2.) findet sich zwar in Instrumento ein gewisser Terminus a quo, nehmlich prima dies Januarii 1624. so viel die restitutionem ex puncto gravaminum betrifft: daß aber die restitutio ex capite amnestiæ auch in einen solchen terminum a quo, und nahmlich auf annum 1618. soll eingeschränckt seyn, das ist in Instrumento pacis, und dessen vier ersten Articulis, welche eigentlich von der universal - amnestia & restitutione ex illa facienda handlen, nirgend, sondern vielmehr Art. 3. so viel zu befinden, daß terminus restitutionis solle seyn indefinite das tempus præcedens destitutionem; allermassen auch die restitutio beschehen soll in eum statum, quo ante destitutionem, quæ verba tempus denotant, gavisus est. 199) Qui vero inde ansam capiunt & occasionem arripiunt vel dubitandi, vel negandi plane, quod annus MDCXIIX. annus v. gr. Palatinatus sit decretorius, illi non solum in manifestam mentem & analogiam, verum etiam in claram pacis literam, audacter, imo temere, impingunt, ab aliis 200) jam pro meritis depexi. Quicquid enim hisce largiri possumus, hoc unicum est, quod terminus restitutionis ex capite amnestiæ latior multo sit termino restitutionis ex capite gravaminum, atque adeo non solum quamcunque anni istius MDCXIIX. partem, verum universum quoque belli principium, omnemque, qui bellum antecessit, statum, includere, omnium autem minime *certo* cuidam DIEI adstringi; prout nunc tamen pluribus exponendum erit de *restitutione* ex capite *gravaminum*, duplicem *terminum*, vel latiorem illum, totius anni, quamcunque anni partem, vel *angustiorem*, unius *diei*, & *calendarum* quidem *Ianuarii*, nacta.

196) Inserta primum ab *Evangelicis Osnabrugensibus* declarationi suæ, die Febr. 27. anni 1648. datæ, *Tomo IV. pag.* 90 & 109. tandemque etiam post varias disputationes, *ibidem pag.* 133. 153. & 178. reperiundas, a *Cæsareis* admissa, in *projecto* ipsorum, die 4. Apr. ej. anni exarato, *pag.* 181. & 193. Vnde deinceps §. 13. *Art. V.* provenit & §. 47. *I. P. W. Monasterienſis.*

197) Prouti statim adparet e serie *actorum pacis publicorum*, ope *indicis* illorum *universalis*, WALTHERIANI, sub titulis *Amnestie*, Religions-*Gravamina & Restitutions*-Punct, *ex capite amnestiæ & gravaminum, fol.* 16. 528. & 535. facili negotio colligenda.

198) A *Catholicis* jam die Januarii 29. anni 1646. propositio. *Tomo II. pag.* 299 915.

199) *In actis Executionis pacis W. publicis, L. V.* §. 11. *Tomo I pag.* 637.

200) Scilicet post 10. NIC. HERTIVM, *in tractatu juris publici, de Statuum Imp. R G. jure reformandi, consensu Facultatis Juridicæ Giessensis, anno* 1710. sine nomine edito, notissimisque CHR. RITTMEYERI *vindiciis juris reformandi, anno* 1703. editis, oppositio, & BVRC. GOTTH. STRVVIVM, in dem Bericht von der Pfälzischen Kirchen-Historie, *cap. X.* §. 12. *sq. p.* 790. & *cap. XIII.* §. 36. *pag.* 841. a HENNIGESIO *ad I. P. W. O. p.* 39. 61. 62. GVNDLINGIO, *ad I. P. W. O. pag.* 121. 122. *Perillustri* Dn. PH. EB. ZECHIO, *in meditationibus de jure reformandi* longe eruditissimis, *P. II. cap* 3. §. 43. *pag.* 232. *sq.* nec non *Reverendissimo Dn. Cancellario*, C. M. PFAFFIO, in denen *academischen* Reden über das Kirchen-Recht, *P. II. cap.* 5. §. 7. *pag.* 341. *sq.* De hoc enim ANNO M DC XIIX. istam loquendi formulam, qua summi paciscentes sæpius utuntur, ANTE HOS MOTVS, haud præcisa tamen omni latitudine, exaudiendam esse, non sine magno argumentorum pondere probavit IVSTVS CHR. DITHMARVS, *in all.* jam supra *nota* 10) *pag.* 10. disp. *de anno decretorio*, §. *XIV. p. syll.* 155.

§. XLV.

RESTITVTIO EX CAPITE GRAVAMINVM ITERVM DVPLICEM TERMINVM, DIEM ET ANNVM, ACCEPIT. RECENSENTVR DE HORVM DISCRIMINE OPINIONES DD. DIVERSAE.

Qvi enim vel *acta* pacis nostræ *publica*, vel ipsam modo *quintam*, Instrumenti OSNABRVGENSIS tabulam, ecclesiasticorum potissimum gravaminum compositionem nobis expromentem, fugitivo saltem perlustrabit oculo is certe non poterit non observare, decantatum istum superioris sæculi *annum decretorium* XXIIII. ibi non solum generatim terminum restitutionis quoad gravamina ecclesiastica, & quæ eorum intuitu in politicis mutata fuere, appellari, verum eodem etiam fine & scopo mox *totum* illum *annum*, sive

sive quamcunque ejus partem, 201) sine diei adjectione, mox *primum* saltem ejus *diem*, 202) statui atque sanciri. Quamvis & plura ibi occurrant restitutionum exempla, 203) queis neque annus, neque dies, sicque nullus plane terminus appositus vel adjectus fuit. Id quod, quum sagaciſſimis etiam & prudentiſſimis quibusvis *pacis* nostræ interpretibus, omnibusque *eccleſiaſtici* hujusce *Iuris publici* Doctoribus crucem adhuc fixerit haud levem, in varia sententiarum divortia istos abiisse, mirum esse poterit nemini. Plerique illorum distinguebant inter *exercitium religionis* & *bonorum eccleſiaſticorum poſſeſſionem*; isti *totum annum*, sive quamcunque illius partem, huic vero *primas* 204) saltem *calendas* assignantes. 205) Alii vero discrimen ANNI & DIEI in eo quærunt, quod *reſtituendorum* alii sint *mediati*, Landsassii, subditi & vasalli, alii vero *immediati*, Domini territoriales, ipsique Principes & Status imperii nostri, quibus istam totius anni latitudinem non æque necessariam arbitrantur, ac quidem illis, majori favore latiorique termino, propter illorum potentiam, digniores. 206) Alii solam *poſſeſſionis* diversitatem considerant, atque pro majori vel minori probationis possessionis illius, quæ omnis restitutionis fundamentum, difficultate, vel *totum annum*, vel *primum* saltem ejus *diem* concedi putant. 207) Denique, ex eorum numero & classe, qui, captata quavis occasione, nigræ loliginis succum in pacem Westphalicam exprimere solent, *non nemo* 208) generatim, inter *actus*, tam *exercitii* religionis, quam *poſſeſſionis* bonorum eccleſiasticorum, CONTINVOS & DISCONTINVOS, distinguere, *illosque* DIEI, utique contrario *hosce* ANNO DECRETORIO adscribere maluit. Sententia 209) *ejus* huc redit: „So seye auch ein grosser Unterschied inter actus religionis „continuos & discontinuos zu machen; in jenen werde zwar die äusser„liche Verrichtung erfordert, in diesen aber (wie an dem jure primaria„rum precum zu ersehen seye) allein facultas vel exercitium habi„tuale, sonsten würden die Evangelische selbsten manches unterlassen müs„sen, in dessen Besitz sie den 1. Ian. 1624. nicht gewesen. Qui vero, singulas hasce sententias & distinctiones magno numero prementia sentiunt *incommoda*, illi non abs re putant, *unice* semper & ubique ad verba INSTRVMENTI, singularumque illius positionum, respiciendum hisque præcise standum esse, neque vero *generalem* aliquam, sufficientem, *adæquatam*, omnibus suis numeris absolu-

tam, nimiis exceptionibus haud obnoxiam, eandemque *dogmaticam* veluti REGVLAM erui atque a ſpecialiſſimis ibi propoſitis caſibus abſtrahi poſſe, perſuaſum ſibi habent. 210)

201) Velut §. 13. 23. 25. 29. 31. 32. 33. 34 36 37. 42. 43 48. 49. Adde ex *Articulo IV.* §. 19. 22. & 38.

202) Vti §. 2. 3. 14. 15. 20. 23. 25. 26. 29. 46. 47. *Art. V.*

203) Evolve, ſi placet, *Art. IV.* §. 27. 28. 30. 31. 32. 35. 36. 37. 40. 41. 42. 43. 44. 45. & *Art. V.* §. 18.

204) Licet enim, proprie loquendo, non niſi *prima* cujusque menſis *dies*, KALENDÆ, & *hæ* quidem a nomine ejus, cujus *initium* conſtituunt, menſis, ſicut v. gr. noſtræ, KALENDÆ JANVARIÆ, vid. *L.* 5. *de feriis. L.* 1. §. 3. & *L.* 41. *de verb. obl. L.* 133. *de verb. ſignif.* adpellitentur; ſubinde tamen *primæ* quoque, *proximæ*, *ſecundæ*, *tertiæ* & *futuræ* in ſcriptoribus *Romanis* occurrunt KALENDÆ. Non ideo, ac ſi uni eidemque menſi plures fuerint KALENDÆ, ſed potius, quod ſub *ſecundis* & *tertiis* KALENDIS *duos treve* proximos *menſes* intellexerint Romani. Sicut & in *L.* 7. *ſoluto matr.* KALENDÆ NOVEMBRIS PRIMÆ proximum NOVEMBREM denotarunt. Plura hujusmodi exempla legis apud B. BRISSONIVM, in *L. formul. P. R.* VI. *cap.* 169. *pag.* 541.

205) Magnus inter ANNVM & DIEM DECRETORIVM *hoc modo* diſtinguentium utriusque religionis *Jureconſultorum* eſt numerus. Nos *præcipuos* modo ſeligemus, hocque nominabimus loco. Agmen ducat GVIL. IGN. SCHÜTZIVS, *in manuali pacifico*, quod in AHASVERI FRITSCHII *Jure eccleſiaſtico* extat, *qu. XVIII.* Hunc excipiat IO. DECKHERRVS, *in Conſultationum forenſium L. I. quo mota paci civili Religioni datæ dubia & auxilia fori exhibentur*, *Francof. anno* 1691. edito, *cap.* 32. *pr.* ubi non adeo improbabilem diſcriminis hujus rationem, a libertate conſcientiæ, poſſeſſionumque confuſione petitam, reddit. Sequatur, nullo ſervato ordine, BVRC. GOTTH. STRVVIVS, in *Corpore Juris publici*, *cap. VI.* §. 67. *pag* 161. Vbi tamen initio, dum adhuc fluctuabat, inter *Status* & *ſubditos* magis, quam inter *religionem* & *poſſeſſionem* diſtinguere videtur, tandem vero hoc poſterius diſcrimen multis argumentis probat, alterique illi diſerte præfert. Verbis: *E contrario, ubi de ipſo religionis exercitio ſermo eſt, terminus iſte de quacunque anni* 1624. *parte debet intelligi.* Huic jungimus pariter ſic diſtinguentem IO. FRID. PFEFFINGERVM, *in Vitriario illuſtrato*, tam *in Libro I. tit.* 15. §. 26. *Tomo I. pag.* 1415. & 1418. quam *in Libro III. tit.* 19. §. 29. *not. c) d) Tomo IV. pag.* 21. *ſq.* Idem innuit, ſed ſubobſcure exprimit IO. WOLFG. TEXTOR, *in Jure publico Statuum Imp. Tit. II. num.* 94. *pag.* 70. *num.* 252. *pag.* 104. *ſq.* ubi quoad exercitium religionis totum annum deſignari ex *L.* 42. & 138. *de verb. obl.* probare voluit, *num.* 266. *pag.* 106. & denique *num.* 275. *pag.* 108. Occaſione eorum, quæ IAC. BRVNNEMANNVS, in *Examine Juris publici*, *L. III.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0320
DFG

III. cap. 3. *qu.* 11. hanc in rem disserunt, eandem plane distinctionem *Anonymus* ejus & *Catholicus* editor atque commentator, *pag. edit Salisb. de anno* 1730. proposuit, scribens: *Cæterum bonis ecclesiasticis restituendis non totus annus* 1624. *sed prima dies Januarii posita fuit, ut adeo exercitio religionis restituendo latius prospectum fuerit. Hoc itaque jure inter se utuntur Catholici & Protestantes.* Eandem sententiam B. GABRIELEM SCHWEDERVM, meritissimum quondam Academiæ nostræ Antecessorem, fovisse, ex sequentibus ejus verbis adparet, quæ in *supplementis manu ejus scriptis ad introductionem suam in Jus publ. P. gen. cap.* 3. §. 27. *pag.* 65. legimus: *In Ecclesiasticis & quidem ratione bonorum ecclesiasticorum restitutio reducta ad anni* 1624. *primam diem Januarii, ratione vero exercitii religionis in quamcunque dicti anni partem. Art. V.* §. 2. *&* 30. Ejus vero *adnotator* Catholicus, WENCESLAVS XAVERIVS NEVMANN de PVCHHOLZ, *JC. Pragensis, pag.* 255. admodum confuse scripsit: *Mutatio hæc fiat salvo jure prioris religionis, ut templa, scholas & eorum emolumenta, ad statum, quo quævis religio anno* 1624. I. *Jan. inducta reperiebatur, unde annus ille est decretorius* Rectius distinguit *Cel.* JO. JAC. MOSERVS, *in compendio juris publici moderni R. G. L. IV. cap.* 17. §. 4. *pag. edit. noviss.* 461. & *L. IV. cap.* 19. §. 16. *sq. pag.* 491. *sq.* Neque aliter *Illustris* JO. JAC. MASCOVIVS, in *principiis juris publ. Imp. R. G. L. VI. cap.* 2. §. 6. *sq.* & §. 19. *pag* 383 *&* 389. Quibus accessit *Illustris* IO. MAXIM. de GÜNDERODE, in der Abhandlung des teutschen Staats-Rechts, *L. VIII. cap.* 2. §. 16. *pag.* 1148. COMMENTATORVM pacis nostræ plerique eodem modo distinguunt, inprimis vero H. de HENNIGES, *ad Art. V.* §. 25. *pag.* 306. *sq* & præsertim *ad Art. V.* §. 31. *not. d) & e) pag.* 532. & 536 atque ex Catholicis GODOFR. FERDIN. de BVCKISCH & LOEWENFELS, *ad Art. III. obs.* 5. *pag.* 39. *ad Art. V.* §. 2. *obs.* 10. *pag* 141. *ad* §. 13. *pag.* 151. §. 26. *pag.* 189 & præcipue *ad* §. 31. *pag.* 213. Neque prætereundi, sed potius commendandi huc sunt JO. FRID. RHETIVS, *in disp. de jure Statuum Imp. circa sacra, cap. IV. num.* 7. & 8. *pag. undecim* ejus *disputationum juris publici, Francofurti ad Viadrum anno* 1688. 4. junctim editarum, 76. (hanc enim RHETII *disp.* una cum nonnullis aliis frustra quæsiveris in collectione earum, quæ post STRYKIANAS, *Vlmæ*, demum *anno* 1746. *in folio* prodiit) PETRVS MVLLERVS, *in dtsp. de revivisscentia juris episcopalis, cap. II* §. 12. *pag.* 45. B. JVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS, *in Jure Eccl. Protest. L. III. tit.* 5. §. 128. 129. *Tom. II. pag.* 371. *sq.* & *L. V. tit.* 5. §. 17. *Tom. IV. pag.* 214. *sq* nec non *institutionibus juris canonici, tum ecclesiastici, tum pontifici, L. I. tit. I.* §. 33. 34. *pag.* 14. ubi, quod propter *all.* §. 25. *Art V.* omnino miramur, B. VIR scripsit, *bona ecclesiastica Statuum immediata pariter, ac mediata ex possessione anni* 1624. *d* 1. *Jan. judicanda esse*, & B. JO. LAVR. FLEISCHERVS, *in disp. de jure reformandi & inde dependente jure emigrandi, Halæ, anno* 1733. *ed.* §. XXXIX. *pag.* 52. Partem hujus distinctionis persequi-

tur

tur FRID. BENEDICTVS SCHRECKENFELS, *in disp. de bonorum ecclesiasticorum mediatorum & immed. differentia respectu reservati ecclesiastici, Erf.* 1730. *ed* § *III. pag.* 10. Totum contra in demonstranda illa deprehendes HENRICVM HILDEBRANDVM, in sua *de anno decretorio* dissertatione, velut *cap. I.* § 2. *pag.* 12. & §. 3. *pag.* 13. 14. 15. 16. licet subinde fluctuantem. Sicut vero hæc sententia hactenus & *communis* & *optima* fuit, ita eam quoque in ipsis rerum argumentis a COLLEGIO EBERHARDINÆ nostræ JVRIDICO adhibitam fuisse, tum e *Consiliis Tubingensibus, XII. & XIII. in Vol. I.* B. FERD. CPH. HARPPRECHTI *consiliorum Tubingensium, pag.* 260. & 274. extantibus, tum & ex illius *Consiliorum Volumine*, a B. & jam laudato ejus Antecessore GABR. SCHWEDERO, elaborata continente, VI. *Consil.* 10. *num.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. *sqq.* 29. 30. *pag.* 72. *sq.* & *Cons.* 11. *num.* 65. *pag.* 90. facile observabis.

206) Horum multo *pauciores* sunt. Dabimus illis vel V. saltem *Patronos*, DIET. HERM. KEMMERICHIVM, *in Introduct. ad jus publicum S. R. G. Imp. L. VII. cap.* 4. §. 71. *pag. edit. noviss.* 1427. ubi: „ Sed restricta est ista „ potestas ad observantiam d. 1. Jan. 1624. ita, ut, in quo statu bona ec„ clesiastica cujuscunque generis ista die fuerint, in eodem statu relinquen„ da sint: Quamvis in bonis, quæ a subditis Statuum possidentur, simpli„ citer annus 1624. absque intuitu diei respiciatur, " (confer tamen §. *XXXVI. pag.* 1410. *sq.*) *Perillustrem* Dn. PHIL. EBERH. ZECHIVM, in laudatissimis *meditationibus* suis *de jure reformandi, P. II. cap.* 3. §. 44. *pag.* 240. ubi: „ cum tanquam unicum futuræ observantiæ fundamentum „ positum sit, die 1. Jan. *ratione Statuum*, & quacunque anni 1624. par„ te, habita possessio *ratione subditorum*, " *rel.* JVSTVM CHR. DITHMARVM, *in disp. de anno decretorio exercitii utriusque religionis in Germania, Francof. anno* 1719. *ed* §. 9. *in Syll. exercc. acadd. P. I num.* 7. *pag.* 146. ubi: „ Primo deinde intuitu sibi invicem contradicere videntur §. „ 2. & 31. dum res ecclesiasticæ priori §. in statum, quo die primo Januarii „ rii MDCXXIV. utraque pars illas possedit, posteriori vero in statum, quo „ fuerunt quacunque illius anni parte, redigi atque restitui jubentur. Hæc „ itaque ut concilientur, inter bona ecclesiastica & religionis exercitium „ distinguendum, atque de hoc paragraphum trigesimum primum, de illis „ vero paragraphum secundum, intelligendos esse, multi censent, paragra„ phis in illam sententiam vigesimo tertio & sexto præcipue inducti, quippe „ ubi numerus Canonicorum in capitulis mixtis, juxta numerum eorundem „ qui primo die Januarii anni MDCXXIV. fuit, determinatur, exercitium vero religionis, ut fuit quavis anni ejusdem parte, restituendum di„ citur. Ast parum hæc §. 31. de quo agitur, congruunt, cum illo tem„ pla, fundationes, monasteria & hospitalia æque ac exercitium religionis, „ in statu, quo fuerunt quavis memorati anni parte, relinqui & restitui „ jubentur. Quod si vero Art. V. Instrumenti pacis penitius inspiciatur, „ liquido apparebit, inde usque a §. 2. agi de Electorum, Principum aliorumque

„ rumque Statuum immediatorum restitutione in jura, quæ primo die Janu-
„ arii MDCXXIV. habuerunt, inde vero a §. 31. de subditorum in statum,
„ quo fuerunt quavis anni ejusdem parte, restitutione sermonem esse. "
NIC. HIER. GVNDLINGIVM, *ad Art. V. §. 2. pag. Discursus* 260. *ad §. 13. pag.* 276. *ad §. 14. pag.* 277 *ad §. 29 pag.* 331 *ad §. 30. pag.* 333 338. *ad §. 31. pag* 341. & denique GOTTL. SAM. TREVERVM, *de monstro arbitrarii juris territorialis, a legibus Imp. e Germania profligato, parergis* quoque *Gœttingensibus*, inserto, §. *VI. pag.* 17. Confer quoque *notam* 210) *in fine, pag* 125.

207) Huc nobis potissimum inclinare videntur tradita JO SCHILTERI, *in diss. de termino a quo restitutionis bonorum ecclesiasticorum, ad §. 2. Art. V.* & JO. HIER. FEL. CRANZII, *in disp. de eo, quod circa reditus bonorum ecclesiasticorum ex alieno territorio debitos, in Imperio inter Status hodie justum est.* Cui sese Senatus *Francofurtensis* authoritate oppossuerunt celebres illi fratres, JO. WILH. & JO. CHRIST. ITTERI, in *scriptis*, quæ una cum allegatis duabus dissertationibus *specimini* suo *meditationum ad I. P. W. O.* X. sive *ult.* inserunt H. HENNIGES.

208) *Anonymus* scilicet AVCTOR ANTIPALLADII WORMATIENSIS, *nullatenus reformati, nec inde noviter enati, sed cum omnibus* ANNEXIS *ab origine christianismi, usque ad hæc tempora, in interrupta possessione vel quasi perpetuo conservati, illimitati & liberrimi exercitii religionis Catholicæ, in specie vero publicæ deportationis sacratissimi viatici ad ægrotos in antiquissima sede Episcopali civitate* WORMATIENSI, oder, der, wider alle Einrede, sowohl in *Possessorio*, als *Petitorio*, gantz unumstößlich *vindicirt*- und veststehenden gantz unbeschränckten Catholischen Religions-Ubung zu Worms, sammt Anlagen *sub Lit. A.* biß *Y.* an das Licht gestellt *anno* 1733. und angehängt dem den 18ten May 1733. *datirten* allerunterthänigst Bischöflich-Wormsischen Bericht *ad Conclusum 6ti Octobris* 1732. in Sachen Stadt, Burgermeister und Rath, *contra* das Geistliche *Vicariat*-Amt daselbsten, *puncto* der offentlichen Herumtragung des Hochwürdigsten Guths zu dasigen Catholischen Krancken. Quas *Litteras informatorias*, una cum *Antipalladio*, hujusque *extractu pro memoria*, JO. JAC. MOSERVS, *Famæ* suæ *Imperiali, Parte XVII. cap. XIV.* §. 1. 2. *pag.* 273. *sq.* usque ad *pag.* 376. inseruit, qui alio, mox nominando, loco, de *anti-palladio* isto sequentem in modum judicavit. Gleichwie aber das *Corpus Evangelicorum*, noch ehe diese Schrifft an das Licht trate, sich bey Kayserlicher Majestät beschweret hat, daß die Sachwaltere dieses Hochstiffts ihre böse Sache mit verpönter Verdreh- und Umstürtzung des Religions- und Westphälischen Friedens zu *defendiren* suchten; also finden sich in besagtem *Anti-Palladio* vollends so abentheuerliche und verwegene, das gantze *instrumentum pacis* und den darinn beliebten *statum Anni decretorii* untergrabende, Sätze, als ausser dem beruffenen Jesuiter-Meister-

Stück, der *compositione pacis Dillingensi*, kaum jemahlen etwas an das Licht getreten ist.

209) Pluribus illa quidem legitur, *ibidem*, præsertim *pag.* 361. 362. 363. *sq.* & 374. 375. in hoc vero *compendium* illam contraxit, sicque expressit modo laudatus MOSERVS, in dem Rechtlichen Gutachten über die Frage: Ob der in einer Evangelischen Reichs-Stadt befindliche immediate oder mediate Römisch-Catholische Clerus ein illimitirtes öffentliches Religions-Exercitium prætendiren könne, oder nicht? Hanau 1749. §. *VI. num.* 12. *p.* 15.

210) Quem ad modum noviſſimus idemque longe profundiſſimus *juris Eccleſiaſtici* Doctor, *Reverendiſſimus Academiæ* noſtræ *Cancellarius*, C. M. PFAFFIVS, in denen *academiſchen* Reden über das Kirchen-Recht, (quibus *anno* 1739. habitis, non ſine fructu, intereſſe *nobis* licuit) *ſect. II. cap.* V. §. 6. *pag.* 341. hiſce verbis ſentit: Und iſt ja wohl kein zureichender Grund deßfalls zu finden, der auf alle Exempel zu appliciren wäre. Cui tamen *loco*, alter ille, *ſect. II. cap.* 10. §. 1. *pag.* 453. jungi meretur omnino, cum hic in *ſecundam* ſententiam nihilominus propendere videatur VIR undique illuſtris.

§. XLVI.

REFVTANTVR DISTINCTIONES AVCTORIS ANONIMI: ANTIPALLADII WORMATIENSIS, QVI INTER ACTVS TAM EXERCITII RELIGIONIS, QVAM POSSESSIONIS BONORVM ECCLES., CONTINVOS ET DISCONTINVOS, DISCRIMINA QVÆRIT, ILLOSQVE DIEI, HOSQVE ANNO ADSCRIBERE MAVVLT.

Et ſane quamcunque adoptaveris ſententiam, plures easdemque *cardinales* tecum pugnantes, nullaque opera conciliandas, habebis §§. Quod enim ad *quartam* illam, ſive ultimam attinet, ei *tria* potiſſimum adverſantur. *Primo* namque in nullo plane pacis noſtræ *capitulo* fundata dici poterit illa cum ſummi paciſcentes nullibi hac ratione inter *actus* puta *continuos* & *discontinuos* diſtinguant, neque ullibi diſtinctionem hancce, fictam modo & commentam, vel ad *poſſeſſionem* bonorum eccleſiaſticorum, vel plane ad *exercitium* utriusque religionis referant. Ipſa quidem diverſitas *actuum*, quorum alii *continui* ſunt, alii vero *discontinui*, negari haud poteſt. *Actus* nempe *continui* iureconſultis ſunt, qui *vel* nunquam deſinuunt, 211) *vel* ſine aliquo longo intervallo recurrunt, 212) vel absque novo hominis facto, ſua velut ſponte,

te, contingunt, 213) *vel* tandem alio & impertinente quidem, 214) vel contrario 215) plane, negotio haud perturbantur. His fere sensibus, *tempus*, tam continuum 216) & discontinuum, quam continuum & utile 217) dicitur, *prædia* continua 218) vel contigua vocantur, *servitutes*, a glossatoribus tamen magis, quam ab ipsis legibus in continuas & discontinuas 219) dispescuntur, nec non 220) *testamenta* imprimis uno eodemque sive *continuo actu* fieri jubentur. Adplicatio autem *distinctionis* illius, tum *generalis*, ad actus, quibus tam bonorum ecclesiasticorum possessio, quam una e tribus in Germania ex æquo toleratis religionibus, *exercetur*, tum *specialis*, ad DIEM & ANNVM *decretorium*, vel ideo vitiosa est, quia pax Westphalica, circa *terminum a quo restitutionis in ecclesiasticis*, & *quæ intuitu eorum in politicis mutata fuerunt*, 221) ad totum velut *factum* tam possessionis, quam exercitii, sive *usus & observantiæ* 222) respexit, idquod, licet in toto ambitu & complexu suo pluribus & *diversis* quidem ac *difformibus* consistat actibus, sua natura nihilominus & necessario quidem *continuum* esse debet, neque vero vel *continuum* vel *discontinuum* esse potest. Quippe quæ distinctio singulis quidem *actibus* illis, totum istud *factum* absolventibus, neutiquam vero vel *possessioni* vel *exercitio* ipsi adplicari potest. Sicut enim *isti* omnino *partem* continui & *maximam* quoque *partem* discontinui sunt, in toto saltem complexu suo cohærentes; ita *hoc* nonnisi ceu *continuum*, saltem juris intellectu, considerari potest, cujus tamen, in *toto ambitu* spectati, non vero singulorum utriusque actuum, abstrahendo *a toto* inde resultante facto. ANNVS & DIES *termini* sunt *decretorii*. „ Ein anders ist der *Sta-*
„ *tus* (usus, observantia, factum) *religionis*, (adde & possessio-
„ nis) ein anders sind die actus, gleichwie im Krieg der status belli 223)
„ von actibus belli unterschieden ist. Hernach sind dergleichen actus ent-
„ weder so beschaffen, daß sie ohne aufhören geschehen, oder daß man dar-
„ zwischen ruhet, continui oder discontinui. Jene bestehen in der Ge-
„ walt etwas zu exerciren, so oft die Gelegenheit und Amt es erfordert:
„ Diese ist das exercitium selbst und die äusserliche Verrichtung, wel-
„ che aus der Gewalt herrühret, und, ob sie wohl nach verrichtetem exer-
„ citio zu gewissen Zeiten aufhören, dannoch ihr Recht und statum behal-
„ ten. Sunt verba distincte ratiocinantis *celebris* cujusdam *Iureconsulti*, de *vero clausulæ Articuli IV. pacis Ryswicensis sensu* solliciti.

224) Quamvis & hoc adnotandum sit, plerosque *actus* istos singulares & particulares, *discontinuos* & vel nullos plane, vel certe pauciſſimos, esse *continuos*. *Deinde*, diserte potius atque expresse *distinctioni* huic refragatur pacis nostræ *Instrumentum*, ei quoque RESTITVTIONI *totum* præfigens *annum*, cui non solum *Landsassiorum*, *Vasallorum & cujuscunque generis subditorum*, (*Statuum* nempe *Catholicorum*) *sive publicum sive privatum Augustanæ Confessionis exercitium*, *quod dicto anno* 1624. *quacunque anni parte*, *sive certo pacto aut privilegio*, *sive longo usu*, *sive sola denique observantia dicti anni habuerunt*, *una cum annexis*, 225) *cujusmodi habentur institutio consistoriorum*, *ministeriorum*, *tam scholasticorum*, *quam ecclesiasticorum*, *jus patronatus*, *aliaque similia jura*, certe proprio sensu non *continua*, sed *discontinua*, per vices saltem, atque, ubi opus duntaxat, exercenda: verum etiam *possessionem omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum templorum*, *fundationum*, *monasteriorum*, *hospitalium*, *cum omnibus pertinentiis*, *reditibus*, statis modo temporibus recurrentibus & suis demum terminis percipiendis & *accessionibus* subjecerunt 226) Summi pacisentes. *Reditus*, *census*, *decimæ* & *pensiones* certe non continuo, sed per vices, per intervalla, per annos, quotannis semel, statis suis temporibus & terminis, exiguntur atque percipiuntur. *Ad eos* autem *in iis Augustanæ Confessionis Statuum ditionibus*, *ubi Catholici* anno 1624. *notorie in possessione vel quasi exercitii jurisdictionis ecclesiasticæ fuerunt*, *consequendos sive posthac quoque exigendos* & percipiendos, probata cujuscunque anni istius partis possessio sufficit, neque ulla hoc fine *diei* saltem *decretorii* mentio facta fuit. 227) Forte Imperator FERDINANDVS II. nullas plane *primarias preces exercuit die primo Januarii anno* 1624. neque tamen frustranea ideo reputari poterit pacis Westphalicæ dispositio 228) de exercendo in posterum jure primariarum precum *in fundationibus mediatis*, diem istum diserte nominans. Quod *jus*, licet nulla prorsus ratione, ipsomet id fatente hocque ideo excipiente AVCTORE *Antipallatii Wormatiensis*, CONTINVVM dici possit, exercitio tamen diei istius decretorii nihilominus adstrictum est. Cujus rei rationem, singularem omnino, inque peculiari ejus indole, tractu nempe & effectu juris istius exerciti successivo, sitam, optime pandit MOSERVS. 229) E contrario autem sæpius quoque tam jurium & actuum discontinuorum, velut *præsentandi*, *visi-*

visitandi, *inspectionis*, *confirmandi*, *corrigendi*, *protectionis*, *aperturæ*, *hospitationis*, *servitiorum*, *operarum*, 230) *ecclesiæ rituum cærimoniarum*, 231) nec non *redituum* atque *pensionum* 232) ibi mentio fit, ubi & DIES & ANNVS *terminus* dictus fuit *decretorius*. Inde vero dicta distinctio minime defendi poterit, cum & *continua* his locis *Kalendis Ianuariis* adfixa fuerint. Denique, omne hoc, quicquid est, discrimen, magis eo spectat, eoque etiam ab auctore suo magis intellectum videtur, utrum circa statum *anni* & *diei* decretorii secundum *quintam* pacis Westphalicæ *tabulam*, sola *facultas*, potestas atque licentia, an vero potius solum & nudum saltem *factum* possessionis usus & observantiæ consideretur? Quod argumentum sicut facili negotio e solis pacis nostræ verbis 233) in posteriorem sententiam expediri potest; 234) ita proprie huc non pertinet, cum utrique termino decretorio, ANNO & DIEI, commune sit. Cum enim sola FACVLTAS quoad *diem* non magis consideretur, quam circa *annum*, sed in utroque termino *factum* modo respiciatur: sibi non solum a nimia HENNIGESII 235) facilitate & liberalitate, in usus suos probe conversa ab AVCTORE *Antipalladii Wormatiensis*, 236) verum etiam a vaga nimis nimisque indeterminata MOSERI *decisione*, alleg. loco hisce verbis legenda: „ *Ad* 12.) Es ist „ wahr, bey *actibus discontinuis* lässet es sich hier nicht auf den 1. *Ian.* „ 1624. beharren, und der Buchstab kan nicht so weit *premiret* werden, „ sonst würde es denen Evangelischen Reichs-Städten selbst, von denen es „ gleich hernach heißt, sie sollten in *Statum diei* 1. *Ian.* 1624. *restituirt* „ werden, eben so *præjudicirlich* fallen, als hier denen Catholischen Stiff„ tern und Clöstern; hingegen ist auch nicht mit denen Westphälischen „ Friedens-*Tractaten*, noch mit dem gantzen bey Erwählung des *anni de*„ *cretorii* gehabten Zweck *compatibel*, das würckliche *exercitium* in eine „ *facultatem exercendi* zu *transformiren*, weil man sonst gleichbalden in „ die obgedachte unüberwindliche und unauflößliche Schwürigkeiten *de justi*„ *tia vel injustitia prætensæ facultatis* verfällt. Was dann zu thun? „ Die Westphälische Friedens-*Acta* bey dieser *materie*, so ich *Tom.* 40. „ meines teutschen Staats-Rechts *cap.* 191. *sect* 1. umständlich an„ geführt habe, ja selbst dieser §. 29. *Art.* 5. *Instr. pac.* in verschiede„ nen andern Stellen, geben dißfalls eine billigmäßige Auskunfft, daß „ nehmlich allerdings auf das *actuale exercitium* und würckliche *possession* „ zu sehen, solche aber zwar bey *actibus continuis præcise* nach dem 1. *Ian.*

„ 1624. bey *discontinuis* aber (dem Reichs-Stättischen eigenen *monito ad*
„ *h. l.* gemäß) nach dem gantzen Jahr 1624. abzumessen seye. Kein Theil von
„ beyden Religions-Verwandten hat sich über diese Auslegung zu beschwe-
„ ren; denn bald kommt solche *Evangelicis*, bald *Catholicis*, *pro diversitate*
„ *casuum*, zustatten. Ubrigens hat es mit dem *jure primariarum precum*
„ eine gantz andere Bewandtnuß, als mit andern *juribus discontinuis*,
„ dahero auch der Beweiß der *die* 1. *Jan.* 1624. gehabten *possession* dessel-
„ ben auf eine besondere *Tom.* 3. meines Staats-Rechts *pag.* 398. ange-
„ zeigte, aber hieher ganz nicht *applicable*, Weise geführet werden muß.
„ Endlich ist es ein eben so unbillig als ungegründeter Einwurff, als ob,
„ wann man nicht *facultatem exercendi* gelten lassen wolle, die Catholische
„ Stiffter und Clöster in einer Evangelischen Stadt dieser auch den Be-
„ weiß, daß sie dieses und jenes den 1. *Jan.* 1624. *exercirt* habe, zumu-
„ then könnten; *quasi vero*, als wann diese Stiffter und Clöster, sie seyen
„ nun *mediat* oder *immediat*, einen Stand des Reichs in deme, was er
„ *vi regulæ, sc. superioritatis territorialis, indeque dependentis juris re-*
„ *formandi*, in dem Seinigen thut, Ziel und Maß vorzuschreiben hätten,
„ und sie nicht vielmehr sich mit der ihnen angediehenen *exceptione a regu-*
„ *la* begnügen müßten!

211) Conf. *Cel.* JO. MATTH. GESNERI *novus linguæ totiusque eruditionis Romanæ Thesaurus, voce* CONTINVVS, *Tomo I. col.* 1212.

212) Argumento *L.* 137. *pr. de verborum obligationibus.* Vbi VENVLEIVS: *Continuus actus stipulantis & promittentis esse debet: ut tamen aliquod momentum naturæ intervenire possit.*

213) Exemplo *servitutum* in *sequenti* demum *nota* 219) *pag.* 127. adducendo.

214) Vid. B. BRISSONIVS, *de verborum significationibus*, voce CONTINVVM, *pag. editionis* HEINECCIANÆ 261.

215) Ita enim porro VENVLEIVS in *all. pr. Legis* 137. *de verb. obl. Et cominus respondere stipulanti oportet: cæterum si post interrogationem aliud agere* (accipere) *cæperit, nihil proderit, quamvis eadem die spopondisset.* Confer huc *L.* 12. *de duobus reis constituendis.*

216) Ita scilicet M. T. CICERO, *in Cæc. c.* 9. continuos dies, C. CÆC. PLINIVS S. *in paneg. c.* 58. continuos consulatos VELLEJVS PATERCVLVS, *L II. c.* 48. *n.* 3. M. A. PLAVTVS, *in mil. glor. Act. III. sc. I. vers.* 144. ICTI, PAPINIANVS, *in L.* 2. *quibus modis usufructus vel usus amittitur*, & SCÆVOLA, *in L.* 40. § 2. *de statu liberis*, nec non Imperator ALEXANDER A. *in L.* 1. *C. si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur, vel contra,*

CON-

CONTINVOS ANNOS dixerunt. Dicitur namque *continuum tempus* vulgari significatione, quod continenter & junctim numeratur, prout cedit, labitur, currit. *L.* 7. *Quem ad modum servitutes amittantur.*

217) *De tempore utili & continuo* jam olim, ex instituto, haud perfunctorie tractavit M. ANT. BARDVS, *Senensis*, *Colon. Agr.* 1581. 8.

218) Scilicet vicina & se invicem contingentia. *L.* 31. *de servitutibus prædiorum rusticorum. L.* 7. *in f. communia prad. urb. & rustic.* Eodem sensu & continua provincia dicitur *in L.* 8. *Cod. Theodos. de desert. & occult.*

219) *Continuæ* scilicet *servitutes* dicuntur, quarum usus natura sua, absque novo hominis facto, perpetuus est, quum contra, ad *discontinuarum* usum subinde novum hominis factum accedat, necesse sit. Auctor hujus *distinctionis* multis creditur ICTVS PAVLLVS, *in L.* 14 *in servitutibus, prædiorum rusticorum ideo quoque usu non capi* putans, *quia sint servitutes, ut non habeant certam* CONTINVAM *possessionem. Nemo enim*, pergit is, *tam perpetuo, tam continenter iri potest, ut ullo momento possessio ejus interpellari videatur. Idem & in servitutibus prædiorum urbanorum observari* addens. Junge, si placet GLOSSAM *ad L.* 2. *Cod. de servitutibus. vers. quæsiisti.* Vsus hujus distinctionis sese potissimum exserit in notissimo illo *theoriæ & praxeos* discrimine circa *præscriptionem servitutum*, præcipue *adquisitivam.* Quamvis enim, secundum veriorem juris civilis, & ejus quidem *novioris*, de quo *ibi* nondum loqui videtur PAVLLVS, *theoriam*, omnes generatim servitutes, continuæ æque ac discontinuæ, longi temporis præscriptione regulariter adquirantur & extinguantur: *praxin* tamen, supremorum quoque Imperii Dicasteriorum, ad præscribendas discontinuas, vel *longissimum*, vel *immemoriale* prorsus, vel (ubi de extinctione sermo) *duplicatum* saltem (*L.* 7. *Quem ad modum servitute amittantur*) tempus desiderare, *sexcentis* facile probari posset testibus. Sufficiant vero heic tum B. BVRKARDVS BADILI, *in disp. de præscriptione servitutum*, adquisitiva nempe, heic loci, *anno* 1670. edita, *cap. II.* §. 24 *& sq. pag.* 36. 37. ubi litterariam hujus distinctionis historiam condit, nec non *cap. III. & IV.* §. 45. 46. *pag.* 46. 47. tum & Venerandus Ordinis nostri Juridici Senior, *Excellentissimus* WOLFGANGVS ADAMVS SCHOEPFF, *in disp.* sua inaugurali prima, *de præscriptione servitutum extinctiva*, *anno* 1716. edita, *cap. I.* §. 3. *pag.* 3. 4. *cap. II.* §. 2 *pag.* 10. *& cap. III* §. 12. 13. *pag* 30. *sq.* Cæterum *de præscriptione servitutum discontinuarum*, demum *anno* 1748. *Argentorati*, præsidio usus *Cel.* JO. WIEGERI, levi admodum opera, disputavit GE. LVD. OLRY. Alia porro, in eadem hac *servitutum* materia *continuitas* est, sive potius *contiguitas*, prædiorum, dominantis & servientis, quæ *vicina* esse debent. *L* 5 §. 1. *de S. P. V.* Ita tamen, ut *vicinitas* hæc, non tam ex contiguitate & continentia prædiorum,

rum, de qua *in nota* 218. quam potius ex utilitate, a ſerviente prædio dominanti præſtanda, æſtimetur. *L.* 1. *pr. L.* 38. *L.* 39. *de S. P. V. L.* 7. § 1 *L. fin. de S. P. R. L.* 7. §. 1. *comm. præd L.* 5. & *L.* 6 *pr. ſi ſervitus vindicetur.* Tandem alio iterum ſenſu & ſignificatu, in legibus Romanis, non ſine ſubtilitate quadam, minus forſan utili, *cauſa* ſervitutum deſideratur *continua & perpetua.* Videatur iterum PAVLLVS, *in L.* 28. *de S. P. V.* ubi recte: *non autem perpetuam cauſam habere, quod manu fiat.* & B. JO. GOTTL HEINECCIVS, *in diſp. de cauſa ſervitutum perpetua, Halæ, anno* 1738. edita, in qua, non ſolum varias ICTORVM de hac ſervitutum continuitate, ut illi loquuntur, & perpetuitate, ſententias trutinavit, verum etiam, §. *XXVIII. & ſq pag.* 49 *ſq.* duas REGVLAS tradidit, potiſſimum inter *naturæ beneficium, operamque vicini manuariam* diſtinguentes.

220) Prima namque teſtamenti ordinandi *ſolemnitas* eſſe dicitur *actus temporisque* teſtandi *unitas & continuitas.* §. 2 *Inſt. L.* 20. § 8. *L.* 21. § 3. *L.* 21. *pr.* & inprimis *L.* 28. *C. de teſtamentis ordinandis. L.* 20. *de V. obl. Vnitati* ſcilicet ACTVS adverſaretur quodcunque aliud negotium, cum teſtamenti factione haud connexum, veluti ſi quis inter teſtandum cum teſtibus contraheret. *L.* 20. *de V. O. Continuati* vero TEMPORIS (vid. *nota* 216.) hoc oppido repugnaret, quando non omnes ſolemnitates uno eodemque & continuo quaſi contextu adhiberentur, veluti ſi non omnes ſimul adforent & ſubſcriberent teſtes, aut horum quidam ante finem teſtationis rurſus abirent. *L.* 20. §. 8. *qui teſt. facere poſſunt. L* 8. & *L.* 28. *pr. C. de teſtam.* Quod tamen omne ita intelligendum, ut brevis quædam, quam forſan naturæ neceſſitas a teſtatore vel teſtibus exigit, cito tranſitura, interruptio & mora, totum actum haud vitiet. Eleganter id monente S. Imp. IVSTINIANO, *in all. L.* 28. *C. de teſtam.* Originem hujus ſolemnitatis quod adtinet, eam idem hic Imp. *in* §. 3. *Inſt. de teſtam. ordin.* juri civili adſcribit. Deſcendit quippe illa, tum ex communi olim omnium inter Romanos actuum ſolemnium & legitimorum natura, tum vero inprimis etiam ex veteri Comitiorum natura & indole. Quamvis enim negari haud queat, omnes plane actus legitimos, qualis inprimis etiam mancipatio fuit, olim publice privatimque *uno & continuo actu*, citra omnem plane interruptionem, peragi debuiſſe, neque enim aliud permiſit anxia illa & ſcrupuloſa formularum atque rituum ſolemnium obſervatio, adeo, ut continuitatem iſtam Romani vel in ipſa cottidiana *ſtipulatione* ſua deſideraverint, *L.* 137. *de verb. oblig.* & *L.* 12. *pr. de duobus reis:* omnino tamen etiam cogitandum erit, utramque illam & *actus & temporis* continuitatem unitatemque Romanos in Comitiis ſuis, in quibus olim etiam teſtabantur, cum cura obſervaſſe. Non ſoliti erant illi, in Comitiis ſuis plura ſimul tractare negotia, ſingulis potius argumentis nova dicentes comitia. Non creabant magiſtratus & rogabant in unis iisdemque comitiis leges. Neque plures ſimul proponebant leges, deque iis ſuffragabantur. Adeo, ut,

ſi

si forsan una eademque lex plura diversi argumenti capita habuerit, sicque fuerit *miscella*, ex Lege CAECILIA DIDIA, M. T. CICERONE *in Orat. pro domo, cap. XX.* teste, de unaquaque re sigillatim *rogandum* fuerit. Docente hoc ipsum & diducente, qui tamen originem & causam hujusce solemnitatis inde repeti posse negat, *cap. III.* §. 57. *pag.* 194. V. C. ALB. DIETERICO TREKELL, *in tr. de origine & progressu testamenti factionis praesertim apud Romanos, Lipsiae anno* 1739. ed. *cap. II* §. 17. *pag* 43. Tum vero non tam interrumpebantur, quam potius argumento *auspiciorum*, vitiabantur Comitia, *si eo die quis concidisset, morbo caduco, sacro, Herculeo*, ideo *comitiali* dicto, Graecis *epilepsia*. Teste Q. SERENO SCAMMONICO, Imp. CARACALLAE medico, *in carmine de medicina parvo pretio parabili, cap. LVII. vers.* 1015.

221) *Artic. V.* §. 2. & 29. ubi: „*vel alias intuitu religionis in politicis.*

222) *Artic. V.* §. 2. 25. 31. & 32.

223) Confer. si placet, §. *VIII.* supra *pag.* 11. & 12.

224) *In Electis juris publici, Tomo II. parte VI. num.* 22. *pag.* 502.

225) Quibus ANNEXIS enumerandis, recensendis, illustrandisque, praeter eos omnes, qui universum jus, circa sacra, sive ecclesiasticum, sibi sumserunt explicandum, *illi* suam potissimum dicarunt operam, *qui* contra jurisdictionem ecclesiasticam dominorum territorialium, catholicae religionis, in suos Augustanae Confessioni addictos subditos, landsassios, vasallos, sive cujuscunque generis mediatos, scripserunt. Ex *illis* nominasse sufficiat magni sane nominis THEOLOGOS nostrates, *Reverendissimum Cancellarium*, C. M. PFAFFIVM, *in originibus & institutionibus juris ecclesiastici*, ut & in denen *academischen* Reden über das Kirchen-Recht, & *Summe Reverendum* ISR. GOTTL. CANZIVM, Fautorem nostrum colendissimum, *in disciplinis* suis *moralibus*, jurisprudentiam ecclesiasticam universalem adcurate tradentibus. Quibus tam NIC. CPH. LYNCKERI *superioritatem sacram, Ienae anno* 1689. editam, quam CHR. WILDVOGELII *disp. de exercitio juris circa sacra civitatum Imperialium, Ienae* 1713. defensam, nec non IVSTI CAROLI WIESENHAVERI, *Lipsiae anno* 1748. habitas *disputationes, de jure majestatis, & de jure conventionali, sacrorum dirigendorum*, una cum hujus hoc demum anno *Lipsi.* 8. editis haud contemnendis *Elementis* des allgemeinen und besonderen Kirchen-Staats-Rechts derer *Protestirenden* in Teutschland, eodem hoc scopo junxisse neminem forsan poenitebit. *Hos* vero inter cum fructu huc consuluntur, HEYDENVS BORROMAEVS RICCRVNTVS, sive HIERONYMVS BRÜCKNERVS, *in notis & animadversionibus* ad GVILIELMI IGNATII SCHÜTZII *manuale pacificum*, hoc titulo perquam indignum, *qu. XXI.* NIC. CPH. LYNCKERVS, in *responsis* suis 74. & 154. CHR. THOMASIVS, *in antivindiciis Hildesiensibus Statuum Episcopatus Hildesiensis Evangelicorum*, CAROLO PAVLLO ZIMMERMANNO *an-*

no 1703. oppositis JO. NIC. HERTIVS, *in tr. de jure reformandi, pag.* 170. *sq.* JVSTVS HENN. BOEHMERVS, *in consultationibus & decisionibus juris ecclesiastici, resp.* 6. & 16. *pag.* 130 & 177. JO. GE. ESTOR, *in delin. juris publ. Protest. cap. XIII. pag.* 164. *sq.* & *in appendice pag.* 223. Perill. PH. EBERH. ZECHIVS, *de jure reformandi, cap. III.* §. 22. *sqq. pag.* 167. *sqq.* CHR. WILDVOGELIVS, *in disp. de controversa jurisdictione ecclesiastica Principum Imperii in diversæ religionis subditos, Jenæ anno* 1728. edita, & denique B. JO. GODOF. de MEIERN in scriptis, SINCERO, sive IO. IAC. MOSERO, auctori der auf das allerbest gegründeten *jurisdictionis ecclesiasticæ* Catolischer Landes-Herren üb r ihre *Protestantische* Unterthanen, itemque der Gesetzmäßigen Widerlegung ꝛc. aliisque oppositis tum apud ANT. FABERVM *parte XLVII. pag.* 387 — 417. *parte XLVIII. pag.* 390 — 418. *parte XLIX. pag.* 482 — 552 *parte LIV. pag.* 162 — 277. tum & imprimis in *collectione* ejusmodi scriptorum, ipso de MEIERN auctore, ut in *præfatione Tomi I. actorum pacis pag.* VIII fatetur edita (vid. *nota* 239.) reperiundis. Patent enim hæc ANNEXA quam latissime, adeo, ut, quæ ibi, præter expressa, in folle saltem nominantur, ALIA SIMILIA, judicæ C. M. PFAFFIO *sect. II. cap.* 10. §. 6. *p.* 463. den weiteren *complexum jurisdictionis ecclesiasticæ* nach der *idea*, die dazumahl *recipirt* wäre, constituant EXEMPLO v. gr. *calendarii*, apud ANT. FABERVM, *Tomo IV. pag.* 137. ac *sepulture*, apud eundem, *Tomo V. pag.* 5. 6. & ARGVMENTO haud contemnendo §. 26. *Art V. vers. Quasi quoque.*

226) In momentoso illo §. 31. *Art. V.* cui & *sequens ille* 32. jungendus.

227) In §. 48. *Art. V.*

228) *Art V.* §. 26. *vers. In quibuscunque fundationibus.* rel.

229) Tum, in dem Rechtlichen Gutachten, §. *VII. pag.* 19. *ad num.* 12. tum & in dem Teutschen Staats-Recht, *P. III. L. II. cap* 31. §. 110. *pag.* 399. ubi quoque sententiam, quam is olim in causa *Widenbruckiana*, in scripto, *Famæ Imperialis Tomo I. pag.* 132. 234. 353. sub titulo *Reflexionum* über den *terminum decretorium* des Kayserlichen *juris primariarum precum*, inserto, foverat, mutavit atque correxit. Iungi vero heic meretur tum *filius* ejus, *patre* suo perquam dignus, FRIDERICVS CAROLVS, in dem Versuch einer Staats-*Grammatic P. II cap. III.* § 3. *pag.* 223. tum & novissimus idemque eruditissimus juris illius commentator, GE. HENRICVS AYREVS, *in commentatione de jure primarium precum, cap. II.* §. 7. 8. 9. 10. *m. sq. pag.* 72. *m. sq.* Quibuscum sentiunt *Illustris Marburgensium Procancellarius*, IO. GEORG. ESTOR, *in delin. juris publ. eccles. Protest. cap. IX.* §. 42 *pag.* 132 B. I. H. BOEHMERVS, *in jure eccl. Prot. Tomo II. pag.* 387 *sq.* & *Rev. Un. Can.* C. M. PFAFFIVS, in denen Reden über das Kirchen-Recht *pag.* 307.

230)

230) In *All.* §. 26. *Art. V.*

231) § 29. *Art. V.*

232) Velut *Art. V.* §. 14. 15. 25. 46. 47.

233) §. 2. 25. 31. 32. *Art. V.*

234) Nihil enim aliud requirunt Summi paciſcentes, quam *ſtatum*, §. 2. & 29. *realem poſſeſſionem* §. 14. *ſolamque obſervantiam* dicti anni dieique §. 31. cujus *ſtatum*, *poſſeſſionem*, *obſervantiamque unicum ſolumque hujus tranſactionis*, *reſtitutionis*, *obſervantiæque fundamentum* dicunt, §. 25. Omnia ea, tam judicialia, quam extrajudicialia, §. 14. magna ſane cura removentes, quæ *nudo* huic poſſeſſionis *facto*, quacunque *ſpecie* obeſſe potuiſſent § inprimis 25. In hoc enim *illa*, quam ſupra, §. XXVIII. & XXIX. *pag.* 47. *ſeq.* latius explicavimus demonſtravimusque, *reſtitutionis ex capite gravaminum* indoles conſiſtit & natura, ut omnia prorſus aliorum, qui non *realiter poſſederunt*, §. 14. jura tollat penitusque extinguat, cum contra *reſtitutio ex capite amneſtiæ*, ea omnia ſollicite conſervaverit facta, tecta, illibata. §. XXV. XXVI. XXVII. *pag.* 34. *ſq.* Cauti hac in re & prudentes admodum fuere *Evangelici*, Monaſterienſis & Oſnabrugenſes, *Catholicis* contra diu renitentibus Evolve *Tomum actorum VI. pag.* 800. & 1012. *ſeqq.* Adhuc *Norinbergæ*, concluſa jam pace, imo quoque executione ejus fere peracta, *menſe Decembri* 1650. *Catholicorum deputati* FACTO *poſſeſſionis*, IVS *poſſeſſionis* ſubſtituere conabantur, *Evangelicis* tamen haud cedentibus. Confer. *Acta Executionis*, *Tomo II. pag.* 811. *ſq.* Verba *Receſſus Norinbergenſis*, *de anno* 1649. jam ſupra §. XXX. *not* 81) *pag.* 53. adduximus, egregie illuſtranda ſequentibus *Deputatorum Francofurtenſium* verbis: daß man nehmlich weder auf das Recht, oder vorgehenden Titul ſolchen *Status* ſiehet, noch eine *veram & juridicam poſſeſſionem* irgend erfordert, ſondern die Wort *Status*, *uſus*, *obſervantia*, &c. als die nach Eigenſchaft der Sprachen den bloſen und ſchlechten Zuſtand einer Sachen bedeuten, wegen ihrer öfftern und faſt ſteten Zuſammenſetzung und Verwechßlung *pro ſynonimis* zu halten, dannenhero dahin ſtehet, ob die *principia* von der *fundamental poſſeſſion* und *actibus mere facultatis*, (confer *Acta Executionis*, *Tomo I*, *pag* 413. 415. 438. *ſq.*) davon das *Inſtrumentum pacis* nichts weißt, und daran die hohen Herren *Paciſcenten* nimmer gedacht haben, in den *punctum reſtitutionis* einzumiſchen. &c. apud IO. DECKHERVM, *all. loco*, *num.* 18. & 19. *in fin p.* 59. Cui jungendi IO. SCHILTERVS, *in diſp. de termino a quo reſtitutionis bonorum eccleſiaſticorum*, §. XII & H. HILDEBRANDVS, *de anno decretorio*, *cap. I.* §. 6. *pag.* 20. 21. 22. Cæterum *veritatem* hancce jam *ſexcentes* in ſcriptis publicis *gravamina religionis* deducentibus, demonſtratam fuiſſe novimus. Vti apud ANT. FABRVM, *parte* XIX. *pag.* 86. *parte* XXXIII. *pag.* 71. *parte* XXXIV *pag.* 365. *parte* XXXV. *pag.* 244 262. 357. 421 *parte* XLVII. *pag.* 400. & paſſim. CATHOLICORVM autem mentem optime per-

perſpicies ex *part.* XXIII. *pag.* 510. 511. 528. & *parte* XXX. *pag.* 68. 69. *ſq.*

235) In Meditat. ad I. P. W. O. *Art. V.* §. 26. *lit. t) y) z)* §. 31. *lit. s) pag.* 556.

236) *pag.* 363. 364.

§. XLVII.

REJICITVR OPINIO EORVM, QVI SOLAM POSSESSIONIS DIVERSITATEM CONSIDERANT, ET PRO MAJORI VEL MINORI PROBATIONIS DIFFICVLTATE POSSESSIONIS ILLIVS, QVÆ OMNIS RESTITVTIONIS FVNDAMENTVM, VEL TOTVM ANNVM, VEL PRIMVM SALTIM DIEM EJVS CONCEDI PVTANT.

TERTIA autem vel ideo ſola tibi placere, & reliquis omnibus præferri haud poterit, quia ſummi paciſcentes nullibi de *probatione*, vel exercitæ anno & die iſto religionis, vel poſſeſſorum anno & die iſto bonorum eccleſiaſticorum, ex inſtituto egerint, & nuſpiam vel facilitatis vel difficultatis *probationis* illius, vel ſubditis, vel ipſis quoque Statibus incumbentis, diſerte mentionem fecerint. Vnicus ferre §. XXXI. *probationis* mentionem facit. Verba enim ejus ſunt: „*Hoc tamen non obſtante Statuum Catholicorum Landſaſſii, vaſalli & ſubditi cujuscunque generis, qui ſive publicum ſive privatum Aug. Confeſſ. exercitium anno* M DC XXIIII. *quacunque anni parte, ſive certo pacto aut privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola denique obſervantia dicti anni habuerunt; retineant id etiam in poſterum una cum annexis*, QVATENVS *illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe* PROBARE *poterunt.* Loquitur hic §. duntaxat de mediatis, ſive *de Landſaſſiis, vaſallis & ſubditis cujuscunque generis.* Negari enim haud poteſt, paciſcentibus, in toto *Articulo quinto*, usque ad huncce §. *XXXI.* nonniſi de *immediatis* ipſisque adeo Statibus & Ordinibus regni eorumque reſtitutione ſermonem eſſe, illosque *hoc* demum §. de reſtituendis quoque *mediatis* & ſubditis, quorum proxime præcedens §. *XXX.* meminerat, agere cœpiſſe, in quo *Statuum Catholicorum Landſaſſii, vaſalli & ſubditi* AVG. CONF. addicti primum fere nominantur, atque ab ipſis Statibus immediatis *bis* & ſollicite diſtinguuntur.

237)

237) Non solum autem de restitutione 238) religionis Evangelicæ *quacunque dicti anni parte* sive publice sive privatim exercitæ ibidem agitur, verum insimul quoque restitutio possessionis *omnium dicto tempore in potestate* Aug. Conf. addictorum *constitutorum templorum, fundationum, monasteriorum, hospitalium*, verbo, bonorum ecclesiasticorum mediatorum, *cum omnibus pertinentiis, reditibus & accessionibus*, decernitur. Quamvis autem, circa hanc bonorum ecclesiasticorum possessionem, probationis mentio speciatim haud repetatur: paritas tamen, imo identitas rationis eandem hic æque, ac quidem circa religionis exercitium postulare videtur. Sicuti nec inde, quod circa restitutionem *immediatorum* in §§. antecedentibus nulla *probationis* mentio injiciatur, eos ab omni *exercitii* & *possessionis* probatione semper & ubique immunes esse, concludere licet. Generatim namque *probationis* necessitas negare nequit. Ast cui præcise parti hoc onus incumbat, & QVATENVS tam exercitium, quam possessio, tam a mediatis, PROBARI vel & PRÆSVMI debeat, decantata illa quæstio est, quæ in scriptis 239) publicis abunde excussa, noviſſime autem absque nova tamen causa a BOCRISIO 240) resuscitata fuit, non alia ratione huc pertinens, nisi quod cum MOSERO 241) dici queat, *tantum esse justum, quantum est præscriptum, tantumque vero esse præscriptum, quantum anno & die decretorio possessum fuerit.*

237) In §. 30.

238) In §. 31.

239) Conf. *Collectio* einiger Schrifften von der geistlichen Gerichtsbarkeit derer Catholischen Landes-Herrn über ihre Evangelische Unterthanen, quæ *Lipsiæ anno* 1738. prodiit, *auctore*, quem *supra nota* 225) indicavimus.

240) In *disp. de onere probandi, subditis in religione a domino territorii dissentientibus, regulariter incumbente, si jus reformandi ob annum normalem cessans & limitatum obtineat, ad illustrand.* §. *XXI. Art. V. I. P. W.* Bambergæ anno 1745. edita. Contra quam, non minori *modestia*, raro alias eorum, qui *Evangelicam religionem* exuerunt, dono, quam *specie*, exornatam disputationem sequentia potissimum ab eo colenda erunt *momenta*, qui largam argumentorum messem desiderat & lætam eorum segetem efflorescere exoptat. PRIMO namque, omne istud *onus probandi*, quod tam Evangelicis, quam Catholicis, alterius religionis domino parentibus (§. *sq.* 32.) subditis injungere hoc loco videtur pax

Westphalica, non tam ad ipsum *religionis exercitium*, sive publicum, sive privatum, quam potius ad *ejus* saltem ANNEXA, imo ne ad *hæc* quidem ipsa, sed ad eorum saltem *modum*, fines, limitesque pertinere, vel sola nos docet connexio. Postquam nempe summi pacisscentes statim in *principio* §. hujus XXXI. de exercitio A C differuerant, deque eo jamjam sanxerant; *retineant id etiam in posterum:* adjecerunt decantatam istam clausulam *una cum annexis*, deque horum exercitio ejusque probatione sermonem fecerunt, cum proxime antecedenti *annexorum* clausula nonnisi particula QVATENVS conjunctum. Ita enim illi: *retineant id etiam in posterum una cum* ANNEXIS, *quatenus* ILLA *dicto anno exercuerunt aut exercita fuisse probare poterunt.* Non igitur loquuntur de probatione ipsius exercitii religionis, neque de probatione ipsorummet annexorum, eorumve exercitii, sed unice tantummodo de probatione *modi*, quo *annexa* dicto anno exercuerint subditi a domino suo territoriali in religione dissentientes. Alium certe sensum haud admittit particula *quatenus*, jam olim a probatissimis quibusvis linguæ latinæ auctoribus, ipsomet præsertim M. T. CICERONE, non nisi ad quantitatem, mensuram, partem, finem terminum, & inprimis quoque ad *modum* relata. Satis superque id probantibus permultis locis atque exemplis, ab HORATIO TVRSELLINO, ejusque libelli *de particulis latinæ orationis* auctoribus, JAC. THOMASIO & JO. CONRADO SCHWARZIO, *cap. CLXXXIV. pag.* 831. itemque a JO. M. GESNERO, *in novi L. L. thesauri Tomo IV. col.* 27. collectis. Quodsi enim, insigne hoc probandi onus, ad ipsum quoque *religionis* exercitium, hujusque *annexa* extensum, neque vero potius istud unice tantum ad qualitatem, mensuram, modumque, quo *annexa* saltem dicto anno exercuerint, restrictum voluissent summi pacisscentes: certe, neque particula *hac* (QVATENVS) neque altera *ista* (ILLA) usi fuissent, vel utrique alias adhuc, latius patentes, junxissent. Hæc enim (ILLA) uti commode & naturali prorsus sensu ad ANNEXA referri potest, ita nemo facile HENRICO adstipulabitur HENNIGESIO, qui ad hunc locum, *pag.* 545. *nota m*) sibi persuaserat, pronomen hoc demonstrativum (ILLA) ipsum quoque religionis exercitium includere, *eatenus* saltem debitum, *quatenus* dicto anno habitum fuerit. Sicut enim *ipse* fatetur HENNIGES, *maxime illud* saltem *ad annexa referri*, ita quoque argumentum ejus a *templo deserto* petitum nihil quicquam huc probare, aliunde patet. Cum igitur non alia heic usi fuerint pacisscentes particula, v. gr. *quod, quæ & quatenus istud & ista dicto anno exercuerint:* interprete haud decet, sensum ultra verba eorum proferre. Sic alio in loco, in §. scilicet XXIII. particulam (QVATENVS) alii cuidam relative (*ubi*) postposuerunt, scribentes: *ubi & quatenus id* (*exercitum* nempe *religionis in mixtis episcopatibus*) *palam receptum permissumque fuit.* In quo loco, priorem illam *particulam* VBI, *locum*, posteriorem vero QVATENVS, *modum*, qualitatem & mensuram, exercitii religionis denotare post H. HENNIGESVM, *ad* §. 23. *nota s) & t) pag.* 271. *sq.* recte omnino censuerunt ANTECESSORES TVBINGENSES,

SES, præsertim B. GABR SCHWEDERVS in *vol. Consiliorum Tubing. VI. Cons.* 10. *num.* 14. *sq. pag.* 74. DEINDE §. huncce XXXI. summi paciscentes neutiquam destinaverant præcaventis *futuris* & metuendis demum *post conclusam pacem* quibuscunque *de religione inter diversæ religionis Status controversiis*, ut *Cel.* BOCRISIVS *VI. pag.* 8. loquitur, in permultis aliis locis id conati, sed in eo tantum agere secum constituerant de conservando *cujuscunque generis Statuum Catholicorum subditis exercitio* AVG. CONFESSIONIS, *sive publico*, *sive privato*, *quod anno* 1624. *quacunque anni parte*, *sive certo pacto aut privilegio*, *sive longo usu*, *sive sola denique observantia dicti anni habuerunt*, eisque etiam in posterum relinquendis exercitii hujus *annexis*, *quatenus illa dicto anno exercuerunt*, *aut exercita fuisse probare poterunt.* Vnde PORRO patet, nullam in §. hoc XXXI. supponi vel *destitutionem*, vel *turbationem*, sed solummodo religionem *quacunque dicti anni parte* exercitam bonorumque ecclesiasticorum mediatorum *dicto tempore* (exulat enim heic omnis DIEI mentio) habitam possessionem. Turbatos namque aut *quocunque modo* destituros sequens demum § XXXII. *sine ulla exceptione*, *in eum*, *quo anno* 1624. *fuerunt*, *statum plenarie restitui* jubet. Vnde in priori illa § XXXI hæc saltem verba RETINEANT & MANEANT, citra omnem plane *restitutionis* mentionem, occurrunt. Memorabilis quoque est particula illa, certe non conjunctiva, sed adversativa, non copulativa, sed disjunctiva, AVT, a summis paciscentibus ibi inter τῶ *exercuisse* & τῶ *probare posse* interjecto, indole sua nobis significant, probationem illam neque semper necessariam esse, neque semper & in distincte subditis istis incumbere. Cum enim nihil aliud de *probatione* disposuerint summi paciscentes, istem secundum ordinarias communis juris nostri regulas, in hoc quoque argumento, expediendam, pro re nata, mox domicis, mox subditis, prouti vel *hi*. vel *isti*, vel vere, vel quasi possident, vel negant, vel adfirmant, vel præsumtione quadam juvantur, vel gravantur, ingungendam esse, satis firmiter concludimus. *Phrasis* hæc est: *aut exercita fuisse probare poterunt*; hanc commode admittens, imo postulans *paraphrasin*, si quidem hoc probandi onus ipsius potius, quam dominis nullibi exceptis incumbat. Ideo paciscentes *futurum* verbi posse (*poterunt*) adhibuisse non immerito videntur. Quibus tandem omnibus, non sine pondere, accedit *centenaria* hodie atque *sæcularis* subditorum, qui vel religionis suæ exercitium, quacunque dicti anni parte habitum, vel bonorum suorum juriumque ecclesiasticorum possessionem, dicto tempore exercitam, ante hos C. annos, PACE WESTPHALICA, ejusque EXEQVVTIONE, vel retinuerunt, vel recuperarunt, vel vera, vel quasi, eademque *realis* omnino possessio, hincque oriunda gravis & urgens præsumtio, omni jure onus probandi in alterum, non *possidentem*, sed *petentem*, sive nunc *dominum* sive *subditum* (in judicio pares) transferens. Quorsum, præter eos, qui *beatitudinem possidentium juridicum* delinearunt, P. MÜLLERVM & H. BODINVM, sive potius S. P. GASSERVM, *in*

disp.

diſpp. de beatis poſſidentibus & de *beatitudine juridica*, *Ienæ*. anno 1687. & *Hallæ* 1705 editis omnino conferri meretur B. IO. TOB. REINHARTVS, *in diſp. de poſſeſſione ab onere probationis relevante*. *Erford*. 1727. edita. Quæ omnia, ſi altius rimari voluiſſent ICTI DILINGENSES, in famoſa illa *compoſitione pacis*, *cap. VI qu.* 35. *p.* 156 & CAROLVS OTTO THYLLIVS, in diſp. ſua pariter famoſa *de beatitudine poſſidentium Heidelbergæ anno* 1722. edita nec non (ſuo etiam modo HENNIGESIVS, *ad* §. 45. 46. *pag.* 683. *ſq.* tum & MOSERVS, in der auf das allerbeſt gegründeten *jurisdictione eccleſiaſtica* Catholiſcher Landesherren über ihre Proteſtantiſche Unterthanen, §. 12. 38. 39. & in der geſetzmäßigen Widerlegung der geſetzmäſigen Beantwortung ꝛc. *nota f*) nunquam ſane ſtatuiſſent ſolis ſemper & indiſtincte ſubditis onus probandi incumbere. Quod reliquum eſt, inter omnes conſtat, *probationem* iſtam, cujus in §. XXXI. menſio facta fuit, jam dudum peractam ſicque pacis præſcriptum adimpletum eſſe. Cum, pace concluſa, nemo, quod ſciamus, præſertim ſubditorum, aliam, quam domini religionem profitentium, reſtitutus fuerit, qui non poſſeſſionem ſuam, in dubium vocatam, cauſa ſumariiſſime me ab ipſismet executoribus cognita, (conf. ſupra jam, §. *XXVIII. num. XVIII. pag.* 47. all. A. E. M. & Rec. Exec. §. *V.* nec non *Actorum pacis publicorum Tomus VI. pag.* 800.) docuerit probaveritque. Malumus vero, previtatis ſtudio hinc diſcedentes, hoc poſtremum alienis quam noſtris, docere verbis. Ita vero *illuſtris* quondam, nunc B. AVCTOR der geſetzmäßigen Vertheydigung der Frage: Ob ein Catholiſcher Landesherr die *jurisdictionem eccleſiaſticam* über ſeine Evangeliſche Unterthanen zu *exerciren* befugt ſeye? *pag. Collectionis* 118. das *quatenus id probare poterunt* verſtehet ſich nur auf die Zeit des Friedens-Schluſſes, und die darauf gefolgte *Executionem*, allwo ein jeder *reſtituendus* ſeine *in anno normali* gehabte *poſſeſſion* als die alleinige *Cynoſuram* reſtitutionis hat erweiſen müſſen, wenn der Reſtituent ſolchem Vorgeben widerſprochen. Quod idem innuit & clare profert *Cel.* IO. GE. ESTOR, *in delineatione juris publici Proteſtantium*, *cap. XIV.* §. 2. *pag.* 175. „ Equidem *ſcribet*, ibi (§. „ 31.) ſubditis Auguſtanæ profeſſionis libertas concedi dicitur, qua„ tenus nimirum, religionis ſuæ exercitium ſe habuiſſe in anno de„ cretorio, probare poterunt. At hæc probatio ita non eſt intelligenda, „ quaſi hodienum proceres Catholici talem a ſtatibus mediatis & ſubditis „ A. C exigere poſſint. Namque pro ſubditis, ſi non plusquam cente„ naria, ſaltem ſeptuagenaria, militat præſumtio. Et ſi quæ adeſt conditio „ adjecta, quæ ſubditis probationem injungit; illa reſtricta fuit ad tempus „ exequutionis pacis Weſtphalicæ." Ita vero inprimis etiam *Cel.* C. M. PFAFFIVS, *ſect.* 2. cap. 5. §. 8. *pag.* 345.. Dann, wo etwas ſchon einmahl erwieſen, und *in rem judicatam*, daß ich ſo rede, erwachſen iſt, darf man nicht mehr Beweiß fordern. Der *annus decretorius* und *regulativus* von ſolchem Beweiß (ſive potius terminus *perentorius*, intra quem probatio exi-

exigenda fuiſſet) iſt der *annus executionis pacis Oſnabrugenſis.* Wer ſolchen verſtreichen laſſen, *ſibi habeat & ſuæ negligentiæ pœnam luito.* Das *Inſtrumentum pacis* verlangt alſo den Beweiß nicht auf Ewig, und kanns nicht verlangen. Hæc incidenter contra BOCRISIVM.

241) In allegato jamjam *Reſponſo*, §. *VII. num.* 4. *pag.* 16.

§. XLVIII.

SENTENTIA EORVM QVI TVM INTER EXERCITIVM RELIGIONIS ET POSSESSIONEM BONORVM ECCLESIASTICORVM, TVM ET INTER RESTITVENDOS MEDIATOS ATQVE IMMEDIATOS DISTINGVVNT NON PENITVS EST REIICIENDA. AVCTORIS OPINIO DE DISCRIMINE ANNI ET DIEI IN DVO AXIOMATA REDVCTA.

De illis vero, quæ *reliquæ* ſunt, *prima & ſecunda*, §. XLV. adductis, ſententiis, tum inter exercitium religionis & poſſeſſionem bonorum eccleſiaſticorum, tum & inter reſtituendos mediatos atque immediatos, diſtinguentibus, noſtro judicio, pertenui quidem illo, at ſollerti tamen earum *hiſtorico* æque ac *hermenevtico examini* ſuperſtructo, ſic ſtatuendum eſſe videtur, ut penitus minime ſint rejiciendæ, ſed potius, ſi verum a falſo, neceſſarium a ſuperfluo, vagum ab adæquato, & ſecundarium a primario, prius probe & ſollicite ſeparaveris, ſibi invicem, partim copartim vero etiam ſub-ordinandæ ſint. Idquod, dum pro virium noſtrarum modulo tentavimus, hocque animo ſingula *pacis Weſtphalicæ* loca, tum ſolius ANNI qui & ſine *die*, tum vero etiam DIEI, qui contra ſine *anno* nominari haud potuit, mentionem facientia iterum iterumque trutinavimus, e ſeriis hiſce atque ſubactis meditationibus, duæ nobis ſubnatæ ſunt REGVLÆ, duo obortа *axiomata*, quibus omne ANNI & DIEI *diſcrimen* contineri, ſicque abſolvi poſſe credimus, ut præterea nihil, quod magni momenti jure heic deſiderari queat. Sicut vero omnem deinceps operam dabimus, ut fidem illis conciliemus: ita quoque diſerte nunc proteſtamur, nos REGVLIS iſtis, dogmaticis & ſcholaſticis, neutrius partis juribus vel tantillum derogare & quidquam admittere voluiſſe, quod ſummorum paciſcentium intentioni ulla ratione adverſum & contrarium videri poſſet.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0339
DFG

§. XLIX.

AXIOMA I) DVO MEMBRA ITERVM IN SE COMPREHENDENS.

PRIOR illarum *hæc* est:

> Quoties, *tum* de exercitio religionis ipso, *tum* & de restitutione bonorum ecclesiasticorum mediatorum, *mediatis* facienda agitur: toties *quæcunque* ANNI MDCXXIV. *pars* DECRETORIA est.

Satis illa nobis quidem *rotunda*, neque vero multum explicationis desiderare videtur. In *duo* tamen commode dividi rursus poterit adsertio hæc *membra*. PRIVS exercitium religionis & bona ecclesiastica mediata, mediatis restituenda, POSTERIVS adtinet.

§. L.

AXIOMATIS Imi MEMBRVM PRIMVM „TOTIES QVAMCVNQVE ANNI PARTEM DECRETORIAM ESSE, QVOTIES DE IPSO SALTIM RELIGIONIS EXERCITIO SERMO SIT" EX I. P. STABILITVR.

QVOD enim *primum* ILLIVS *membrum* adtinet, ante omnia nobis nunc incumbit probandum, toties *quamcunque anni* MDCXXIV. *partem* 242) DECRETORIAM esse, quoties de ipso saltem religionis exercitio, abstrahendo ab omni bonorum ecclesiasticorum possessione vel restitutione, sermo sit. Huc vero sequentia potissimum faciunt argumenta, ex *Instrumento pacis*, sacratissima & locupletissima illa penu, unice depromenda. Licet, quod supra 243) latius explicavimus, ordinarius restitutionis ex capite *amnestiæ* terminus sit annus MDCXVIII. quippe quo demum motibus Bohemicis ferale istud bellum proprie cœpit, illique restitutioni potissimum dicata fuerit *tabula* pacis *quarta*, 244) in *tribus* tamen locis atque §. *Articuli* hujus IV. 245) noster nihilominus *annus* MDCXXIV, sed solus, sed sine adjectione *diei*, nulla prorsus facta mentione *calendarum Ianuarii* illius anni, occurrit. Videamus igitur, an ibi quoque nonnisi *exercitio religionis* secundum

dum ſtatum illius anni in poſterum inſtituendo atque ordinando ſermo ſit. Verum enim vero ſtatim in limine hærere videtur aqua. *Prima* illarum §§. XIX. & ſequentis tenoris eſt: „ *Augu-* „ *ſtanæ Confeſſionis conſortibus, qui in poſſeſſione templorum fuerant,* „ *interque eos civibus & incolis Oppenheimenſibus, ſervetur ſtatus ec-* „ *cleſiaſticus anni milleſimi ſexenteſimi vigeſimi quarti, ceterisque id* „ *deſideraturis, Auguſtanæ Confeſſionis exercitium, tam publice in tem-* „ *plis ad ſtatas horas, quam privatim in ædibus propriis aut alienis ei* „ *rei deſtinatis per ſuos aut vicinos verbi divini miniſtros peragere libe-* „ *rum eſto.* “ Loquitur itaque illa ſtatim in principio nonniſi de iis *A. C. conſortibus, qui in poſſeſſione templorum fuerant, interque eos ſpeciatim civibus & incolis Oppenheimenſibus.* Templa autem, uti in primam veluti claſſem bonorum eccleſiaſticorum referenda veniunt, ita eorum poſſeſſio non tam ad *exercitium* religionis, quam ad alterum reſtitutionis ex capite gravaminum objectum, *poſſeſſionem* puta bonorum eccleſiaſticorum, pertinet. Deinde, qui ibi memoratur, *ſtatus eccleſiaſticus*, generatim intelligi atque ſub eo tam *exercitium* religionis, quam *poſſeſſio* bonorum eccleſiaſticorum intelligi poteſt. Vnde ſaltem nihil pro adducta modo regula concludi poſſe videtur. Cum vero omnis reliqua §. iſtius pars diſerte de A. C. *exercitio*, eoque tam *publico*, in templis ad ſtatas horas, quam *privato*, in ædibus propriis aut alienis ei rei deſtinatis, loquatur, iſtudque generatim omnibus ceteris etiam id deſiderantibus, per ſuos aut vicinos verbi divini miniſtros peragendum liberum eſſe jubeat; non ſolum ipſimet ſummi paciſcentes, quid proprie ſtatus eccleſiaſtici adpellatione intellectum voluerint, declararunt, eumque veluti ad templa reſtrinxerunt, verum etiam non tam poſſeſſionis templorum, quam potius exercitii religionis, tam publici, quam privati, in poſterum quoque obſervandi, normam & regulam ſtatuerunt anni illius milleſimi ſexenteſimi vigeſimi quarti ſtatum eccleſiaſticum. Prout inde facile colligitur, quod poſſeſſionem templorum, ad minimum priſtinam, jamjam veluti ſupponentes, eis duntaxat, qui in poſſeſſione templorum fuerant, ſtatum dicti illius anni eccleſiaſticum ſervari præceperint, quem deinceps etiam, quoad A. C. exercitium, ceteris quoque id [deſideraturis] conceſſerunt. Fac

vero etiam, *ſtatum* ibi memoratum *eccleſiaſticum*, utrumque, tam *poſſeſſionem*, quam *exercitium* includere, quam ob cauſam tibi non adeo refragabimur: alia tamen adhuc ſupereſt reſpondendi ratio. Sufficit nempe, ſtatus eccleſiaſtici notionem potiſſimum & primario quodam jure exercitium religionis comprehendere, hocque ibi dicto anno, ceu regulæ & normæ, absque ulla diei mentione, adſcribi. Hoc enim id ipſum eſt, quod in primo regulæ noſtræ membro adſervimus. Quod vero ad poſſeſſionem ſive reſtitutionem bonorum eccleſiaſticorum, alteram velut ſtatus eccleſiaſtici partem, adtinet, ea, licet quoque haud *diei*, ſed *anno*, absque diei adjectione, adfixa fuerit, nobis tamen hoc loco adeo non obſtat, ut alteram potius regulæ noſtræ periodum, *bona* eccleſiaſtica, *mediatis reſtituenda*, ſua velut ſponte probet. Cum in verbis illis, in quibus dicti anni ſtatus eccleſiaſticus ſervandus eſſe dicitur, paciſcentibus de *mediatis*, non vero *immediatis* ſermo ſit, ſcilicet de illis A. C. conſortibus, qui in poſſeſſione templorum fuerant, interque illos ſpeciatim civibus & incolis Oppenheimenſibus, 246) certe nulla ratione *immediatis*, ſed mediatis potius *ſubditis Palatinis*, in ſtatu dicti anni eccleſiaſtico ex hac §. a Dominis ſuis territorialibus in poſterum quoque conſervandis. Quodſi vero etiam aliquid contrarii in hac §. XIX. occurreret, dicendum foret, hic annum MDCXXIV. ſpecialem quendam reſtitutionis cujusdam ex capite amneſtiæ faciendæ terminum eſſe, non confundendum cum eodem hoc anno MDCXXIV. tanquam termino reſtitutionis ex capite gravaminum, nullum præjudicium creante iis qui ex capite amneſtiæ, aut aliunde, vel in ſtatum anni MDCXVIII. uti regulariter, vel in quemcunque alium ſpeciatim conventum terminum, hoc loco ex accidenti, eundem annum MDCXXIV. reſtituendi veniunt. 247) Idquod non ſolum de adducta illa §. XIX. verum etiam de altera, anni hujus decretorii ſingulari ratione mentionem faciente §. XXII. clauſula reſtitutionis Palatinæ, intelligendum eſt. Hic *reſtituitur Princeps Leopoldus Ludovicus Com. Pal. Rheni, lineæ ſuæ ultimus, penitus in comitatum Veldenz ad Moſellam, tam in eccleſiaſticis, quam politicis, contra omnia hactenus attentata, in eum, quo anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto ipſius parens fuit, ſtatum.* Adparet hinc

ſtatum

ſtatum huncce anni MDCXXIV. ad *politica* plane extenſum fuiſſe. Hic enim eccleſiaſticis politica æque principaliter junguntur. In *Articuli* autem *quinti* § *ſecundo*, ubi annus ille terminus reſtitutionis ex capite gravaminum ſtatutus fuit, ea ſaltem *politica* adducta fuerunt, quæ *intuitu eccleſiaſticorum* mutata fuerunt. Cur vero hæc reſtitutio non in ipſum quoque anni MDCXVIII. ſtatum facta fuerit, ejus rei rationem quære in actis pacis noſtræ publicis, 248) & junge exemplum *Waldekianum*, in §. XXXVIII. ubi non niſi *poſſeſſionis jurium in dynaſtia Diedinghauſen & pagis Nordenau aliisque* occurrit. Quæ quum ita ſeſe habeant, convertimus nos potius ad ipſum *Articulum quintum*, ſingulasque illius §§. *annuntaxat* mentionem facientes. *Prima* quidem illarum eſt XIII. *Terminus autem anni milleſimi ſexenteſimi vigeſimi quarti nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite amneſtiæ aut aliunde reſtituendi veniunt.* At nimis illa *generalis* eſt, quam ut exinde argumentum deſumi poſſet adæquatum. Videtur hic ſub *termino anni* MDCXXIV. uterque *terminus* criticus & decretorius ANNI & DIEI intelligi, cum hic non minus ac ille ex capite amneſtiæ aut aliunde reſtituendis præjudicium creare queat. Ratio hujus moniti generalis eſt, atque utrique termino ANNI & DIEI adplicabilis. Latet illa in ſupra latius diducto utriusque *reſtitutionis* ex capite *amneſtiæ* & *gravaminum* diſcrimine prorſus naturali. ANNVS autem, ſi totus & generatim nominetur, *diem* quidem, at non vice quoque verſa DIES, licet prima Ianuarii anni MDCXXIV. adpellitetur, *annum* ſimul indigitare poteſt. Idquod probe ſemper obſervandum erit. § XXV. *bis* quidem *prima dies Ianuarii anni* MDCXXIV. reſtitutionis bonorum eccleſiaſticorum mediatorum obſervantiæque futuræ fundamentum, idque unicum & ſolum, dicitur; aſt in notabili illa parentheſi qua ibi generatim dicta ſpecialiter ad illa etiam *monaſteria*, *fundationes atque bona eccleſiaſtica omnia & ſingula a* PRINCIPE WÜRTEMBERGICO *anno milleſimo ſexenteſimo vigeſimo quarto poſſeſſa* adplicantur, *ſolius* tantum ANNI mentio fit, neque DIES illa repetitur, licet bona iſta *mediato* quidem illa, immediato tamen Principi & vero Domino ſuo territoriali reſtituenda fuerint, ſuperior autem regula noſtra totum annum illi tantum reſtitutioni bonorum eccleſiaſticorum aſſignaverit, quæ mediatis, non vero

vero immediatis, facienda. Duobus autem modis regulæ noſtræ ſubvenire poſſumus. Aut enim, quod tamen nec negamus, nec adfirmamus, hic quoque *anni* mentio *diem* includit, ut ſcilicet DVX WURTEMBERGICVS quoad reſtitutionem bonorum eccleſiaſticorum ſive monaſteriorum ſuorum, ſi quidem illam *ex capite gravaminum*, propter inſignia hujus reſtitutionis commoda, poſtulet, poſſeſſionem illorum dicto die & anno habitam allegare atque probare debeat. Aut hic quoque vel ideo exceptio admittenda erit, quia duplex omnino fuit reſtitutio Wurtembergica, una *ex capite amneſtiæ*, 249) altera vero *ex capite gravaminum*, 250) hæcque ideo conceſſa hicque ſingulatim repetita fuerit, ne ſcilicet, quod reſtitutionis ex capite amneſtiæ *incommodum* eſt, reſtitutio illa, in *Articulo quarto*, decreta, *ſalvis juribus quibuscunque & ſalvis item litispendentiis* 251) facta intelligatur, ſed potius *reſtituendus* ille PRINCEPS *ab omni poſthac perſecutione juris & facti perpetuo tutus ſit, nec vero in habita & recuperata poſſeſſione ullo modo turbetur.* 252) Qui vero *probationis* cauſa huc adducatur, perquam dignus eſt §. XXIII. *tribus* illa conſtat *periodis*. Prima & ſecunda illarum huc non pertinent. Deinceps enim demonſtrandum erit ſolide, illas non *ad exercitium religionis* referendas eſſe, licet de Capitularibus aut Canonicis die prima Ianuarii anno MDCXXIV. vel Catholicis vel A. C. addictis loquantur, ſed potius ad *poſſeſſionem* bonorum eccleſiaſticorum qualia omnino etiam ſunt *beneficia* & *præbendæ* illorum, ſpectare, ſicque cum ibi non niſi de *immediatis* ſermo ſit, regulam iſtam prorſus non adtingere. In *prima* autem & *ſecunda* occurrit *prima dies Ianuarii*. Adeo, ut nullum dubium ſit, in medio memoratum annum 1624. non totum, ſed quoad primam ſaltem diem ſuam intelligendum eſſe. *Tertia* autem a poſſeſſione beneficiorum & præbendarum, ceu bonorum eccleſiaſticorum, haud infimæ claſſis, adcurate ſatis diſtinguit *exercitium religionis*, hocque, *in mixtis epiſcopatibus ut ita reſtituatur & permaneat*, decrevit, *ubi & quatenus id anno* MDCXXIV. generatim, nulla diei mentione facta, *receptum permiſſumque fuit*, nihil addens, niſi hoc, *ne ſcilicet ſupra dictis omnibus, vel eligendo, vel præſentando, aliterve quicquam detrimenti creetur.* Non obſtante igitur ſingulari illa, quæ epiſcopatibus *mixtis* eſt, indole & natura,

ra, Instrumentum pacis nihilominus hoc §. XXIII. possessionem beneficiorum & præbendarum atque exercitium religionis discernit, huicque totum ANNVM generatim, illi vero DIEM s. item illius *primam* bis vel ter speciatim adsignat. Manifesto, ut putamus, veritatis regulæ nostræ criterio. Proxima, quæ nunc succedit, est §. XXIX. tutissimum illud civitatum Imperialium asylum. Miscet illa, sed pro diversitate objecti sui, *annum* & *diem*, adeoque ad regulas bonæ interpretationis composita expositione atque analysi opus habet. Primo namque, ubi scilicet de illis liberis Imperii civitatibus sermo est, in quibus dicto anno unica tantum religio in usu fuit, puris, sive non mixtis, 253) singularis calendarum Ianuarii mentio vel ideo fieri haud potuit, quia ibi neutiquam de restituenda illis, amissa quondam, vel conservanda deinceps, recuperata rursus possessione bonorum ecclesiasticorum, sed unice tantummodo, saltem principaliter, de exercitio religionis ad statum dicti anni in posterum quoque, velut ad regulam, ordinando, quæstio erat. Potest hoc posterius multis modis probari. *Primo* hoc probat descriptio civitatum illarum, de quibus ibi sermo, *in quibus* nempe *unica tantum* RELIGIO *in usu fuit*. *Deinde* fit mentio tam juris REFORMANDI, ad exercitium religionis, uti jus secularisandi ad possessionem bonorum ecclesiasticorum pertinentis, quam aliorum casuum RELIGIONEM concernentium. *Porro* habetur respectus subditorum, in territoriis suis non minus ac intra muros & suburbia, in quos exercitium religionis magis quadrat ac quidem bonorum ecclesiasticorum possessio. *Denique* hæc additur ampliatio: *Non attento, quod in iis civitatibus, in quibus præter A. C.* EXERCITIVM *nullum aliud a magistratu & civibus juxta morem & statuta cujusque loci anno* MDCXXIV. *introductum fuit, aliqui Catholicæ religioni addicti cives commorentur*. Cui *ad extremum* hæc quoque accedit: *Vel etiam in aliquibus capitulis, ecclesiis collegiatis, monasteriis & cœnobiis ibidem sitis*, immediate vel mediate Imperio subjectis, CATHOLICÆ RELIGIONIS EXERCITIVM *vigeat*. Cum itaque in illis §. istius XXIX. verbis, in quibus *solus* iste *annus* occurrit & nominatur, nulla prorsus bonorum ecclesiasticorum ejusque possessionis mentio fiat, non de hac, sed de solo exercitio religionis sermonem ibi esse summis pacis centi-

centibus, ſicque etiam ſecundum hancce §. regulam noſtram recte ſe habere, nemo non advertit. Sed inſtas, idem tamen liberas quoque Imperii civitates, prout omnes atque ſingulæ ſub appellatione Statuum Imperii non tantum in pace religionis & Weſtphalica, ſed & alias ubique indubitate continentur, *cum reliquis Statibus Imperii ſuperioribus jus habere, adeoque de hiſce generaliter diſpoſita & conventa de iſtis quoque dicta eſſe & intelligenda.* Id quod propter hæc ipſa paciſcentium verba, licet ſaltem ratione *juris reformandi & aliorum caſuum religionem concernentium* ſcripta, negabit nemo. Iam igitur, Statibus generatim in antecedentibus pacis noſtræ §§. non ſolum religionis, verum etiam bonorum eccleſiaſticorum 254) intuitu proviſum fuiſſe, in aprico eſt. Ergo idem hoc poſterius ad *civitates* quoque *Imperii* trahendum erit. Concedimus hæc omnia largiſſime, ipſique credimus, hoc etiam loco civitatibus Imperialibus quoad *reſtitutionem bonorum eccleſiaſticorum* æque ac reliquis Statibus omnibus proſpectum fuiſſe. At negamus, quam inde contra regulam noſtram ducere voluiſti, conſequentiam. Quamdiu enim paciſcentibus ſummis *de exercitio religionis*, vel unice, vel principaliter, ſermo erat, tamdiu nonniſi *annum* generatim, eumque *bis* nominabant. Quam primum autem ſermo ipſorum paullatim *ab exercitio religionis* ad connexam adeo *poſſeſſionem bonorum eccleſiaſticorum* deflecteret, ſtatim quoque incidenter & velut in parentheſi *primum Ianuarii diem anni* MDCXXIV. nominabant eumque *terminum* futuræ illorum poſſeſſionis & obſervantiæ conſtituebant *decretorium.* En verborum ſtructuram & contextum! „ *Vel etiam in aliquibus capitulis, ec-*
„ *cleſiis collegiatis, monaſteriis & cœnobiis ibidem ſitis, immediate vel*
„ *mediate Imperio ſubjectis, inque eo ſtatu, qui fuit* 1. *Ian.* 1624. *dein-*
„ *ceps quoque, clero intra prædictum terminum non introducto. & ci-*
„ *vibus catholicis pro tempore ibi exiſtentibus, tam active, quam paſ-*
„ *ſive, omnino relinquendis, catholicæ religionis exercitium vigeat.* “ Parentheſis, quam hoc loco innuimus, hæc eſt: (*Inque eo ſtatu, qui fuit* 1. *Ian. anno* 1624. *deinceps quoque, clero intra prædictum terminum non introducto, & civibus catholicis pro tempore ibi exiſtentibus, tam active, quam paſſive. omnino relinquendis.*) Iam vero capitula, eccleſiæ collegiatæ, vel ſaltem beneficia & præbendæ capitularium atque

atque canonicorum, æque ac monasteria & cænobia, Imperio sive mediate sive immediate subjecta, bona sunt ecclesiastica, a clero possideri solida, qui secundum hanc §. ea pro parte quoque possideat, nisi is demum intra prædictum terminum, hoc est *post calendas Ianuarias* dicti anni introductus fuerit, sive ea dicto termino nondum possederit. Consequenter *dies* illa anni MDCXXIV. *prima* hic nominata, regulam nostram firmat potius, quam subruit. Prout & deinceps pluribus docendum erit. Altera §. istius XXIX. pars de illis potissimum civitatibus agit Imperialibus, *quæ, sive uni, sive utrique religioni addictæ ab anno* 1624. *propter religionem*, VEL *bona ecclesiastica, ante vel post transactionem Passaviensem & insecutam pacem religiosam occupata & reformata*, VEL *alias intuitu religionis in politicis quocunque modo, sive extra, sive judicaliter aggravatæ sunt.* Has nempe ante omnia in eum statum, in quo calendis Ianuarii prædicti anni 1624. tam in sacris quam in profanis fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii superiores pleniſſime reponi, inque eo absque ulteriore turbatione, perinde atque illas, quæ tum temporis adhuc possederunt, aut interea possessionem recuperarunt, usque ad amicabilem religionum compositionem ita conservari jussit intenta a summis paciscentibus æqualitas, *ut neutri parti alterum de religionis suæ exercitio, ecclesiæ ritibus & ceremoniis deturbare fas sit, sed cives pacifice & comiter invicem cohabitent, liberumque religionis suæ & bonorum usum ultro citroque habeant.* In hisce verbis religioni bona ecclesiastica, politica & profana sacris, possessioni bonorum ecclesiasticorum exercitium religionis, librumque religionis usum libero bonorum usui statim adjungi, vel luscus videt. Et tamen una vice solum annum 1624, altera autem calendas Ianuarii prædicti anni, & istum quidem ibi etiam, ubi de bonis ecclesiasticis sermo, uti has quoque circa exercitium religionis, nominari statuique, æque clarum est. Ast, ubi prima vice occurrit annus 1624. ibi ille non est terminus, ad quem in posterum respiciendum erit, decretorius, verum ille saltem terminus turbationis atque dejectionis, sive generatim aggravationis, historicus, a quo; cum, quæ ibi nominantur civitates Imperiales utrique religioni addictæ, cumprimis Augusta Vindelicorum, Dunckelspuhla, Biberacum, Ra-

venſpurgum & Kauffbeura, demum inde ab anno 1624. 255) poſt hujus anni *calendas primas*, aggravari cœperint. Terminus autem, ſecundum quem civitates illæ reſtituendæ ſint, decretorius, demum in ſubſequentibus verbis (*in eum ſtatum, in quo calendis Ianuarii prædicti anni* 1624.) indicatur atque ideo uterque & *annus* & *dies* eſſe jubetur, quia illæ non ſolum religionis ſuæ dicto anno & quacunque illius parte exercitæ cauſa, verum etiam bonorum eccleſiaſticorum dictis anni iſtius calendis poſſeſſorum intuitu reſtituendæ erant. Quo minus enim verba illa (*in quo calendis Ianuarii prædicti anni* 1624. *fuerunt*) premamus, ſicque etiam quoad exercitium religionis, abſtrahendo tantiſper a poſſeſſione bonorum eccleſiaſticorum, nonniſi calendas Ianuarias terminum reſtitutionis eſſe dicamus, non ſolum æquale Catholicis & Evangelicis hac ratione neceſſario inferendum præjudicium, verum etiam hoc obſtat impetitque, quod civitates illæ non minus ac reliqui Status Imperii ſuperiores reſtituendæ ſint, atque eodem cum hiſce jus habere debeant. Sicuti igitur hi quoad *exercitium religionis* terrarum ſuarum in eum ſtatum reſtituendi ſunt, quo anno 1624. *ſive quacunque anni ejus parte* fuerunt; ita non ſine injuria civitatum diceres, eis quoad religionis ſuæ *exercitium* arctiorem præfixum fuiſſe terminum, quam reliquis Statibus Imperii ſuperioribus, quibus tamen hoc loco diſerte aſſimilantur. 256) Quo argumento id abunde patet, quod de *exercitio* religionis *totus annus*, de *poſſeſſione* autem bonorum eccleſiaſticorum *primus* ſaltem *Ianuarii dies* exaudiendus ſit. Alias enim huic §. XXIX. aperte contradiceret ſequens ille XXXI. Qua cujuscunque generis ſubditorum & meditatorum tam publicum quam privatum A. C. exercitium cuicunque anni parti adſcribitur. Hæc enim §. XXXI. æque ac proxima XXXII. & quæ proximam inſequitur, XXXIII. una cum ſequentibus XXXIV. XXXV. & XXXVII. XLII. XLVIII. & XLIX id quod nobis hoc loco quoad *prius* REGVLÆ noſtræ *membrum*, toties ſcilicet totum annum & quamcunque ejus partem decretoriam eſſe, quoties de exercitio tantum religionis, abſtrahendo ab omni bonorum eccleſiaſticorum poſſeſſione, agitur, probandum incubuit, adeo manifeſte probat, ut ne verbulum quidem addere neceſſum habeamus, ſed

Lecto-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0348
DFG

Lectoribus noſtris evolutionem, lectionem atque inveſtigationem illarum ſecuri commendare queamus. Cujus enim oculos non ſtatim perſtringat *formula* §. illius XXXI. Statuum Catholicorum ſubditi cujuscunque generis, qui ſive *publicum*, ſive *privatum* AVG. CONFESS. EXERCITIVM anno 1624. QVACVNQVE ANNI PARTE habuerunt, retineant id etiam in poſterum, *quatenus illa* DICTO ANNO *exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt* Quis non laudet decretam in §. XXXII. turbatorum aut quocunque modo deſtitutorum plenariam reſtitutionem, in eum, quo ANNO MDCXXIV. fuerunt, ſtatum? Quis non extollat exactam in hac §. inter ſubditos Catholicorum Statuum A. C. addictos, & A. C. addictorum Statuum ſubditos catholicos, quoad *uſum & exercitium religionis ſuæ*, quod dicto ANNO MDCXXIV. habuerunt. §. XXXII. pacta, transactiones & conventiones Statuum eorumque ſubditorum de publico vel etiam privatæ religionis exercitio introducendo, permittendo & conſervando initas, nonniſi eatenus ratas & firmas eſſe juſſit *quatenus obſervantiæ* DICTI ANNI MDCXXIV. *utpote quæ inſtar* REGVLA *obtinere debeat, non adverſantur.* Poſſunt quidem talia pacta, tales transactiones, & conventiones, inter immediatos Imperii Status, ceu Dominos territoriales, eorumque Status provinciales & ſubditos de bonis quoque eccleſiaſticis in poſterum poſſidentis iniri & fieri, exemplis paſſim proſtantibus. 257) Quoniam vero hæc bona eccleſiaſtica nonniſi *mediata & mediatis* quidem, hoc eſt *ſubditis*, reſtituenda eſſe poſſunt; hæc vero ſecundum poſterius regulæ noſtræ membrum eundem cum exercitio religionis, totum ſcilicet pariter annum, terminum habent decretorium: nihil prorſus obmoveri heic poterit. In §. XXXIV. illi etiam diverſæ a Domino territorii religionis ſubditi patienter tollerare jubentur, qui anno 1624. publicum vel etiam privatum religionis ſuæ exercitium NVLLA ANNI PARTE habuerunt. Quæ dictio, NVLLA ANNI PARTE, e diametro oppoſita eſt illi, quæ in §. XXIX. XXX XXXI. occurrit, QVACVNQVE ANNI PARTE. Qui territorium quoddam, cujus jus, vel ante, vel poſt terminum anni 1624 controverſum fuit, ſecundum allegatum in folle §. XLIII. præfato anno poſſedit, donec ſuper poſſeſſorio & petitorio cognoſcatur & dedicatur, idem jus eſto, quantum equidem AD PVBLICVM EXERCITIVM attinet. Ibi quidem in fine præter annum dies

quoque occurrit. Sed uti annus ratione publici exercitii ibi memorati notorie intelligendus est, ita diem recte retuleris ad bona ecclesiastica eorumque possessionem, ibi titulo *aliarum rerum religionem concernentium* insignitorum. De §. XLVIII. jam supra 258) nos aliquid dixisse meminimus. Quod vero ibi supereſt, ut & § XLIX. sua luce radiat. Vtrobique enim publicum religionis Evangelicæ & Catholicæ, æque ac quarundam civitatum Imperialium mixtæ religionis & solus etiam annus memoratur. Plures vero vel *diserte* totum annum vel solum saltem annum *tacite* statuentes §. in Instrumento pacis haud occurrunt.

242) § 31. *Art. V.*

243) Supra, §. *XXV. XXXII. XXXIII. pag.* 35. & 57.

244) *Art. II. III & IV.* § 1.

245) Scilicet *XIX. XXII & XXXVIII. pag.* 26. 31. *&* 74.

246) Miro sane consensu, citra omnem ferme disputationem, quoad religionem civium *Oppenheimensium* Evangelicam, in posterum quoque exercendam, *statum anni* 1624 ceu normam & regulam ejus, decretoriam, statim adoptabant, tum SVECI, in projecto instrumenti pacis, die 14 Aprilis 1647. exhibito, *Tomo V. pag.* 459. nec non in projecto restitutionis Palatinæ, die 1. Aug. anni illius dato *Tomo IV. pag.* 414 tum GALLI, in projecto instrumenti pacis, medio Iulio ejusdem anni exarato, *Tomo V. pag.* 144. tum & ipsi CÆSAREI, in projecto diei 29. Jan. 1648 *Tom IV. pag.* 953. Vnde idem hoc, quod in §. 19. *Articuli IV.* P. W. O & in §. 27. P. W. M. occurrit, jamjam in illis pacis Instrumentis *Suecico* & *Gallico* legitur, quæ die 27. Iul. & 5 Sept 1648. adprobabantur obsignabanturque *Tomo VI pag.* 133. & 378. Causam horum civium apud Evangelicos Osnabrugi agebat immediatæ Nobilitatis Orator L. B. de GEMMINGEN. *Tomo V. pag.* 219. *sq.* Cæterum de *executione* hujus §. 19. vide *Tomi I. pag.* 30. 46. 69. 363. 733. 852. & 856.

247) *Art. V.* §. 13.

248) Eo magis legi huic meretur *discursus* GVNDLINGIANVS, *pag.* 166. quo magis hic nescius est H. de HENNIGES, *pag.* 82. quoque magis nos heic desiderunt *acta* MEIERIANA. vid. *pag. indicis* 635 & 639. Hoc enim modo *restitutionem* ejus limitabant HISPANI, qui patrem ejus sed demum post *annum* illum 1624. terris suis exuerant.

249) *Art. IV.* §. 24. 25.

250) *Art. V.* §. 25.

251) *Art. III.* §. 2.

252) *Art. V.* §. 25. *in fin.*

253)

253) Conf. IO. PH. KNIPSCHILDIVS, *de jure liberarum Imp. Civitatum L. II. cap. 3. n.* 166 & B. GABR. SCHWEDERVS, *in disp. de pacis religiosæ constantia & perpetuitate, §. XVI. Tomo Disp. I. p.* 27. qui ex §§. *Art. V.* 3 5 *sq. &* 29. notionem civitatis *mixtæ* adcurate satis determinant.

254) Scilicet *immediatorum*, veluti in §§. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 23. 24. nec non & 46.

255) Primum quidem Evangelici singulas hasce civitates Imperiales in statum omnibus plane turbationibus anteriorem, generatim, velut *Pacis religiosæ anni* 1618. vel saltem *anni* 1621. restituendas esse censuerunt, at postea tamen facile in *statum anni* 1624 ejusque *calendarum Ianuarii* consenserunt. Confer, quod ad *Vindelicorum* AVGVSTAM attinet *Tomum actorum III. pag.* 167. 284. 335. 426. *Tomum IV pag.* 84. 123. 193. 198. 536. 541. 957. nec non IO. EL. LEOP. HERVARTI *comment. de jure suffragiorum, præcipue in incluto Senatu Augustano, ad Art. V. §.* 9. *Francof. anno* 1743. *in* 8. ed. porro, quoad BIBERACVM, *Tomum II. pag.* 615. 859. *Tomum III pag.* 167. 285. 335. 361. 413. 426. *Tomum IV. pag.* 90. 193. 198. 536. 541. 957. quoad DÜNCKELSPÜHLAM, *Tomum II. pag.* 615. *Tomum III pag.* 167. 285. 335. 413. 426. *Tomum IV. pag.* 90. 193. 198. 536. 541. 957. quoad KAVFFBEVRAM, *Tomum II pag.* 314. 614. *Tomum III pag.* 167. 284. 336. 413. 426. *Tomum IV. pag.* 185. 198. *Tomum V. pag.* 750. *Tomum VI. pag.* 144. & denique quoad RAVENSPVRGVM, *Tomum II. pag.* 314. 614. *Tomum III pag.* 167. 204. 335. *Tomum IV. pag.* 90. 185. 198. 536. 541. 957. *Tomum VI. pag.* 751.

256) Conf. CHR. WILDVOGELII *disp. de exercitio juris circa sacra civitatum Imp. liberarum. Protestantium, Ienæ* 1713. edita.

257) Quorsum omnino conferri debet IO. IAC. MOSERI *diss. de pactis & privilegiis circa religionem & alia ecclesiastica, Francofurti ad Viadrum anno* 1736 edita.

258) §. nempe *XVI. pag.* 133.

§. LI.

PROBATIO ALTERIVS MEMBRI, AXIOMATIS Imi „ QVOTIES DE RESTITVTIONE BONORVM ECCLESIASTICORVM MEDIATORVM MEDIATIS FACIENDA AGATVR, TOTIES QVAMCVNQVE ANNI 1624. PARTEM DECRETORIAM ESSE. “

AD *alterum* igitur & *posterius* quidem REGVLÆ nostræ supra §. XLIX. *tradita* nos convertimus *membrum*. Bona nempe ecclesiastica

cleſiaſtica *mediata* & *mediatis* quidem pacis vigore reſtituenda & conſervanda. Cujus probatione citius multo breviusque defungemur. Vbi enim in Inſtrumento pacis circa bona eccleſiaſtica non totus annus, ſed primus ſaltem Ianuarii terminus conſtituitur decretorius, ibi vel de bonis eccleſiaſticis immediatis, 259) immediatis etiam Statibus reſtituendis, vel certe de bonis, *mediatis quidem*, velut in §. XXV. ad non mediatis, ipſis ſcilicet ſubditis & civibus ſed potius *immediatis* quoque, Electoribus, Principibus & Statibus reſtituendis ſermo eſt. Vnicus vero & ſingularis eſt locus, 260) in quo non ſolum de bonis mediatis, verum etiam talibus ſermo eſt, quæ non immediatis, ipſis ſcilicet Statibus & Dominis territorialibus, ſed mediatis tantum, civibus & ſubditis eorum, reſtituenda, inque poſterum relinquenda erant. Eſt vero locus ille, §. puta XXXI. is ipſe, quo non datur clarior expreſſiorque alter, qui formulam illam, QVACVNQVE ANNI PARTE, continet, qui totus, quantusquantus eſt, de mediatis, lanſaſſiis & ſubditis Statuum Catholicorum cujuscunque generis, ad quos ab immediatis in §. proxime antecedenti paciſcentium ſtylus progrediebatur, agit, qui non ſolum *publici* & *privati* A. C. *exercitii*, verum etiam ejus *annexorum* meminit, cujusmodi etiam alia ſimilia jura, velut *patronatus*, quæ, ceu res, incorporales, ut bona quoque eccleſiaſtica conſiderari poſſunt, qui præterea quoque, ut iidem ſubditi & mediati, non minus in poſſeſſione omnium dicto tempore in poteſtate eorundem conſtitutorum templorum, fundationum, monaſteriorum, hoſpitalium, cum omnibus pertinentiis, reditibus & acceſſionibus, maneat, diſerte poſcit, qui nihilominus, licet eorundem exercitio religionis poſſeſſionem quoque bonorum ſuorum eccleſiaſticorum, mediatorum nempe, mediatis reſtituendorum, junxerit, ſolius tantum anni & ut dictum CVIVSCVNQVE ANNI PARTIS meminit, hocque implicite verbis illis *dicto tempore* repedit, qui nulla prorſus ratione diei quoque mentionem facit, qui proin ſolus ferre in cauſa eſt, cur haud ſufficiat, vel inter exercitium religionis & bonorum eccleſiaſticorum poſſeſſionem, vel inter reſtituendos mediatos & immediatos, quoad *anni* & *diei* decretum diſcrimen diſtinguere, cui denique nulla alia §. obſiſtit vel jure opponi poteſt.

259)

259) *Art. V.* §. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 23. 24. nec non 46.
260) Si modo a paucis aliis jam supra a nobis latius expositis §§. discesseris.

§. LII.

AXIOMA II.

ALTERA vero, sive *posterior*, quæ *priori* illi REGVLÆ, *priori* isti axiomati, respondet, *alia* esse non poterit, quam hæc:

Quoties nonnisi de restitutione bonorum ecclesiasticorum, sive *mediatorum*, sive *immediatorum*, IMMEDIATIS quibusvis facienda agitur, toties *prima* anni istius MDCXXIV. *dies* DECRETORIA est.

§. LIII.

EIVS PROBATIO.

PRIMA, quæ *eam*, utpote non etiam *bimembrem* probat, §. est *Articuli quinti* II. Hæc tam in *principio*, quam in fine non solius duntaxat ANNI, sed ANNI potius & *diei* conjunctim facit mentionem. Iam igitur, de quonam *objecto* agat ista, ut dispiciamus, necesse est. Loquitur vero generatim modo *de restitutione in ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in politicis mutata sunt*, neque proin vel de restituendis tandummodo bonis ecclesiasticis, vel de restituendo saltem exercitio religionis, sed potius implicite de *utroque* hoc *argumento* solicita est. Vnde etiam neque ANNI tantum absque *die*, neque DIEI saltem absque toto velut *anno* sive *quacunque* ejus *parte*, sed utriusque potius, & *anni* & *diei*, meminit. Et illius quidem *propter exercitium* religionis, *hujus* vero *propter possessionem* bonorum ecclesiasticorum. Prout caput hocce, paullo *generalibus*, ex aliis ejusdem pacis dispositionibus *specialioribus*, analogia vel potius rationis indentitate duce, explicandum est. Loquitur deinceps illa non nisi de restitutione ecclesiastica *immediatorum, Electorum, Principum & Statuum utriusque religionis, libere Imperii Nobilitatis ut & communitatum & pagorum* 261) *immediatorum*. Neque tamen inter bona illis restituenda, vel *mediata*, vel *immediata* distin-

ſtinguit. Conſequenter jure meritoque ad probationem REGVLÆ noſtræ poſterioris adhiberur, hoc modo itidem, ſed tamen *reſtituendos* inter mediatos & immediatos, diſtinguentis. Sequens §. III. paullo identitem *generalior*, vel ideo tamen notatu digna eſt, quod, cum diſerte tam de bonis & juribus eccleſiaſticis, quam de exercitio religionis quarundam Imperii Civitatum, velut Auguſtæ Vindelicorum, Dunckelſpülæ, Biberaci & Ravenspurgi loquatur, tum ANNI *totius*, tum vero etiam *ſolius* rurſum DIEI diſtinctam ſatis injiciat mentionem. Primo namque *annum*, deinde vero etiam *diem* denominavit. Quod vero bonorum eccleſiaſticorum reſtitutionem ibi decretam ſingulatim attinet, cum ea civitatibus Imperialibus, conſequenter immediatis & Statibus, 262) facienda fuerit, *primis* anni iſtius *calendis*, illa non potuit non adſtringi. Omni plane dubio caret §. XIV. Sicuti enim *immediata* tantum bona eccleſiaſtica, certe non mediatis, ſed immediatis, modo reſtituenda, attinet illa; ſic quoque non niſi *diem primam Ianuarii* anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti, neutiquam vero totum annum, vel quamcunque anni partem laudavit. Idem prorſus de proxime inſequenti §. XV. judicandum. Ad quos ſeſe refert, quæ *præfati* ſaltem *termini* reſtitutionis bonorum eccleſiaſticorum immediatorum *immediatis* faciendæ totidem verbis meminit, §. XX. Neque adeo magna eſt quæ ex §. XXIII. ſuboriri poſſet, dubitatio. *Duo* potiſſimum ſunt illius *membra*. *Vnum* poſſeſſionem bonorum eccleſiaſticorum immediatorum, *alterum* vero exercitium religionis continet. *Vtrumque* vero ad epiſcopatus pertinet *mixtos*. *Iſtud* de *die* principaliter, & de *anno* per neceſſariam conſequentiam, *hoc* vero de *anno* tantum, abſtrahendo ab omni *die*, loquitur. Ita ſcilicet vobis præjudicio adfectionis & amoris in REGVLAS veſtras videtur, ogganient multi, quibus *prima* ſtatim §. hujus pars æque ac *altera* de exercitio religionis agere videtur. Dum ei, *primo*, de *capitularibus* aut *canonicis*, qui, *ſecundo*, *die prima Ianuarii anni* 1624. *uspiam fuerunt* eorumque, *tertio*, *religione* & religionis exercitio, prout nec nos negare poſſumus, ſermo eſt. Verum enim vero non tam de ipſis *capitularibus aut canonicis*, eorum religione & religionis exercitio, quam potius de eorundem, quæ poſſumus, tenent, & queis fruuntur, *bene-*

beneficiis atque præbendis ecclesiasticis ibi agitur. Nonne vero hæc bona & jura sunt ecclesiastica, 263) quæ ab *utriusque religionis consortibus* possideri possunt. Ita scilicet ipsa hæc §. in medio: *Si vero alicubi jam plures Catholici vel A. C. capitulares aut canonici* BENEFICIA POSSIDENT, quam anno MDCXXIV. *ii quidem supernumerarii beneficia & præbendas ad vitam retineant, mortuis vero Catholicis A. C. & his Catholici succedant.* Neque objicere poteris, eo tamen ipso loco, quo beneficiorum & præbendarum, tanquam bonorum ecclesiasticorum, *possessio* clarius ac quidem ante exprimitur, solius tantum anni, neque vero amplius *diei* mentionem fieri. Hic enim restrictivam omnino interpretationem ab *anno* ad *diem* capiendam esse, omnis analogia & contextus, magnumque, quod subversatur, præjudicium suadet, imo jubet. Tamdiu nempe *Catholicis A. C. & his Catholici succedant, donec redintegratus fuerit utriusque religionis capitularium & canonicorum numerus, qui die* 1. *Ianuarii anno* 1624. *erat.* In medio itaque, quo solum nominarunt *annum, diem* excludere ideo noluerunt paciscentes, uti deinceps *in fine.* Quod vero de immediatis tantum, si ita loqui licet, canonicatibus, beneficiis & præbendis sermo sit, connexio cum antecedentibus & altero hujus §. membro, in quo de *episcopatibus mixtis*, certe non mediatis, eorumque religionis exercitio, sermo est. Hic vero recte deinceps & secundum *regulam* nostram *secundam* annus tantum nominatur & solus (absque omni die) terminus exercitii istius constituitur & regula. In §. namque XXV. de *mediatis* demum *bonis ecclesiasticis*, velut *monasteriis, collegiis, balliviis, commendis, templis, scholis, hospitalibus, aliis, eorum reditibus juribusque, quocunque nomine ea appellata fuerint*, restituendis agitur. Cum vero in omni longiuscula licet §. solus *annus* absque *die* nunquam *hic* vero una cum *illo* bis occurrat, satis adparet, inter restitutionem bonorum ecclesiasticorum *mediatorum & immediatorum*, termini intuitu, distinguendum haud esse, siquidem illa non itidem quoque *mediatis*, sed potius *immediatis*, uti in hoc §. *A. C. Electoribus, Principibus & Statibus* fieri debeat. Prout singulare istud idemque domesticum nobis, *monasteriorum* puta *Würtembergicorum*, exemplum abunde comprobat. *Monasteria, fundationes atque bona illa ecclesiastica* erant omnino *mediata.* 264) Cum vero non *mediatis* rursus PRÆLA-

TIS sed *immediato* potius PRINCIPI noſtro reſtituerentur, reſtitutio hæc, quatenus ex capite gravaminum fiebat, neque vero ſimul etiam ex amneſtia erat, 265) futuraque illius obſervantia aliud ſane fundamentum nanſciſci haud poterat, quam *die* 1. *Ianuarii anno* 1624. habitam poſſeſſionem, VNICVM SOLVMQVE, ideo notanter hoc loco dictum. Neque aliter intelligendum §. XXVI. principium, idem, quod antecedens §. A. C. addictis indulſerat, Catholicis vice verſa concedens. Loquitur de *monaſteriis, fundationibus & ſodalitiis mediatis, die* 1. *Ian.* 1624. *a Catholicis realiter poſſeſſis ſimiliter in poſterum poſſidendis. Idque* deinde quoad bona eccleſiaſtica Catholicorum mediata repetit, quod §. XXIII. de immediatis ſanxerat. Nulli namque dubitamus, quod licet *monaſteria, fundationes & ſodalitia mediata* heic tantummodo nominata fuerint, nihilominus tamen iſtis quoque accenſeri debeant *collegia, balliviæ, commendæ, templa, ſcholæ, hoſpitalia, aliave bona eccleſiaſtica*, in ſuperiori §. XXV. diſerte nominata, eodem modo ſint intelligenda, ac quidem ex hocce capitulo XXVI. priori illi XXV. inſerenda ſint omiſſa ſodalitia. Sicuti porro tam ex connexione, quam oppoſitione ad A. C. Statuum territoria & ditiones, adparet Catholicorum nomine hoc loco nonniſi Electores, Principes, Status, aliosque immediatos, religionem iſtam colentes intelligi. Recte igitur DEI mentio facta fuit in §. hujus principio. Id quod, & jure quidem meritoque, regulis noſtris convenienter fecit verſus: *in quibuscunque vero fundationibus*. rel. Hic enim non tam de religione vel Catholicorum vel A. C. addictorum, quam potius de poſſeſſione beneficiorum & præbendarum in illis fundationibus & eccleſiis collegiatis, itemque monaſteriorum & hoſpitalium ſermo eſt. Neque quidquam difficultatis habet ſubſequens mox verſus, S. C. Majeſtatis jus primarium precum in fundationibus mediatis 266) poſtea exercendum, prima Ianuarii diei adſcribens. Neque enim iſtud ad exercitium religionis pertinet, cum ejusdem religionis conſors ſit præſentandus 267) cujus & defunctus fuit ſicque iſtud ſemper idem maneat. Neque Imperatorem, hoc loco reſti uendum, in mediatorum claſſem retuleris. Hactenus ſcilicet in hac quoque §. XXIX. omnia ex voto & ſua velut ſponte fluunt. Iam vero ex improviſo magna & fere inſupera-

perabilis exoritur difficultas nodusque tantum non insolubilis. Verba, quæ fere in medio § leguntur, hæc sunt: *Publicum etiam religionis exercitium idem maneat, quod quovis in loco dicto anno dieque usitatum fuit, absque unius vel alterius partis impedimento.* Hic enim objectum diserte vocatur exercitium religionis, idemque speciatim publicum, privato & domesticæ devotioni opponi solitum. Id quod non æque, ac paullo ante dictum, ad possessionem bonorum ecclesiasticorum referri potest. Cum exercitium hocce religionis publicum veluti opponatur possessioni fundationum, ecclesiarum collegiatorum, monasteriorum, hospitaliumque. Quodsi enim unum idemque §. hujus ejusque versiculi secundi objectum fuisset, quid repetitione opus fuisset? Vbi vero in fine exercitium religionis velut singulatim producitur, hoc quidem priorem nostram sententiam, in prima versus istius periodo, non tam de exercitio religionis, quam potius de possessione bonorum ecclesiasticorum, apprime confirmat, at eo majorem crucem figit, dum non solius anni, sed potius *anni dieique* normam contra thesin & regulam nostram primam, criticam statuit & decretoriam. Quid igitur dicendum? An eliminanda forsan, quæ tamen in nullo exemplari deest, vocula *dieique*? Quod absit. An istam ex incuria potius & consuetudine, quam deliberatione irrepsisse dicamus? Quod tamen probare non possumus. Forsan conjunctio *anni* & *diei*, *annum* totum haud excludit. Quodsi enim solum tantum *diem* voluissent pacisentes, *annum* penitus omisissent, probe gnari, omnes quem intelligant diem, intellecturos. Ast latitudinem *anni*, *dies* potius restringit limitatque. A commentatoribus pacis nostræ nihil hic expectandum erit. Omnes nos multo incertiores dimiserunt. Ipsimet GODOFR. FERDINANDVS de BVCKI CH 268) fatetur antinomiam inter hanc & §. XXXI. in præjudicium Catholicorum vergentem. HENRICVS HENNIGESIVS 269) novam proponit distinctionem: Credit namque subditos & mediatos ratione exercitii religionis suæ contra jus reformandi gaudere termino *decretorio* totius *anni*, contra eos autem omnes qui alio, quam juris reformandi, titulo agant, non uti nisi calendarum Januarii norma & regula. Verum ita nullibi distinguunt pacisentes, quibus hic æque ac in §. XXXI. de jure

reformandi, ad exercitium quippe religionis ſpectante, per annum diemque normalem limitando, ſermo eſt. Quid igitur conſilii? Erimus ſcilicet audaces, quos aliquando fortuna juvat? de publico ibi, non de omni, religionis exercitio, ſermo eſt. Inſtituitur illud in *templis*, hoc eſt ædificiis publicis, huic fini deſtinatis, omnique huic fini inſerviente jure gaudentibus. *Templa*, in quibus publicum religionis exercitium peragitur, ſunt bona eccleſiaſtica. Totus autem verſus ille de ejusmodi bonis agit eccleſiaſticis mediatis, in quibus Catholici & A. C. addicti promiſcue vixerunt, hosque etiam poſthac promiſcue numero prorſus eodem, qui dicto die & anno fuit, vivere, hoc eſt, bona iſta poſſidere atque percipere jubet. Ejus itaque finis de illis duntaxat templis erit intelligendus, quæ Catholicis & A. C. addictis communia, quæ ab utrisque dicto *anno dieque* poſſeſſa fuere, quæ conſequenter etiam neutri parti privative adjudicare poterant, ſed de quibus cavendum erat, ut publicum in illis inſtitui ſolitum exercitium in poſterum quoque idem maneat, quod quovis in loco dicto *anno & die* uſitatum fuit. De ſimultaneo 270) itaque religionis, in uno ſcilicet eodemque templo inſtituendo, publico religionis exercitio, verba iſta agunt, ſicque magis compoſſeſſionem templorum, quam ipſum, heic per accidens & indirectum ſaltem concurrens, exercitium religionis, adtinent. Vnde neceſſario non *anni* tantum, ſed & diei *mentio* fieri debuit. Hinc adjectum, absque unius vel alterius partis impetimendo. Quæ verba ſuperflua fuiſſent, ſi de privativo religionis exercitio directe & proprie egiſſet §. iſta. Vbi vero diverſæ religionis conſortes unum idemque templum poſſederunt, ibi varia toto *anno* poſſeſſio ejus eſſe potuit, ibi conſequenter termino unius ſaltem *diei* opus fuit. Magis itaque placent, quæ poſtea hanc in rem ſcripſit HENNIGESIVS, 271) quem & hoc modo intellexiſſe videtur NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS 272) Progrederemur nunc ad §. XXIX. eamque pluribus ſcopo noſtro adcommodaremus, niſi hoc jam factum maximamque partem in ſuperiori §. occupatum fuiſſet. *Bis* illa ſolius tantum & totius conſequenter anni, ut & *bis* calendarum Ianuarii ſæpe dicti anni meminit. *Iſta* duo loca nihil hoc loco ad nos. *Hæc* vero non unius

ſen-

sensus sunt, atque diversimode intelligi debent. Qui ultimo loco & in ipso §. huius umbilico memoratur status, in quo nempe civitates illæ Imperiales inde ab anno 1624. propter religionem vel bona ecclesiastica aggravatæ, calendis Ianuarii prædicti anni 1624. tam in sacris, quam in profanis fuerunt is generalis est & utrumque continet objectum, tam religionis exercitium, quam bonorum ecclesiasticorum possessionem, isti proin *annum*, huic vero *diem* adsignans. Nullibi enim summi pacisentes, ubi quidem utrumque objectum & terminum vocabulo ipsis familari *status* conjunxerunt, distinctius, quam hic quoque factum fuit, annum ad prius istud & diem ad hanc posteriorem retulerunt. Cum igitur hoc quoque loco annum & diem nominaverint, totusque ille annus non magis ad possessionem bonorum ecclesiasticorum, ac quidem solus dies illius initialis ad exercitium religionis salva pacis nostræ analogia, referri queat, recte omnino ex generali quoque hac dispositione, secundum specialiores illis facile derogantes, explicata, argumentum pro secunda regula nostra elicimus. Illum vero statum, cleri intra prædictum terminum non introducti, qui fuit 1. Januar. anno 1624. deinceps quoque conservandum, in fine partis hujus §. prioris, memoratum, non ad exercitium religionis, de quo extra parenthesin illam sermo, verum potius ad possessionem beneficiorum & præbendarum, vel quoque monasteriorum & cœnobiorum, clero unice dicatam, pertinere, jam evicimus. Postquam summi pacisentes, §. XLII. jus reformandi a sola qualitate feudali vel subfeudali non dependere, edixerant, pergunt, *sed feuda ista & subfeuda, nec non vasalli, subditi & bona ecclesiastica, in causis religionis, & quicquid juris dominus feudi prætendat, introduxerit, aut sibi arrogarit, ex statu anni 1624. die prima Januarii perpetuo censeantur, quæ vel judicialiter vel extrajudicialiter innovata fuerint, tollantur, & in pristinum statum restituantur.* Quatenus igitur hoc loco *de bonis ecclesiasticis*, diserte nominatis, in pristino & decretorio quidem statu suo conservandis, sermo est, eatenus recte omnino & analogice restrictio ad primam Januarii facta fuit. Eatenus autem totius anni 1624. & cujuscunque ejus partis status, terminus dicendus est decretorius, quatenus non solum de jure reformandi & cau-

sis religionis, diserte nominatis, verum generatim quoque de omni eo, quicquid juris (circa exercitium religionis) dominus feudi prætendat, introduxerit aut sibi arrogarit, sermo est. Quis enim subditos feudales, ut ita loquamur, sive ejus domini directi, qui terras suas, velut feuda vel subfeuda recognoscit, cui tamen omne jus reformandi hoc loco denegatum fuit, subditos circa exercitium religionis suæ, infelicioris multo sortis, ac quidem reliquos mediatos & Statuum cujuscunque generis subditos, hoc est, ad unicum diem, calendas puta Januarias, restringendos esse finget vel somniabit, reliquos omnes quacunque anni istius parte juvante. De §. sq. XLIII. id quoque jam supra nos dixisse meminimus, quod pariter huc spectaret. Omnium autem clarissimi sunt §. XLVI. & XLVII. Prior illa versatur I.) circa reditus, census, decimas & pensiones: & eas quidem speciatim, quæ II.) Statibus A. C. III.) vigore jam dictæ pacis religiosæ, IV.) ob fundationes ecclesiasticas: V.) ante vel post pacem religiosam acquisitas: VI.) immediatas vel mediatas, VII.) e Catholicorum provinciis debentur, & in quarum possessione VIII.) vel quasi percipiendi anno 1624. die 1. Januar. fuerunt illi. Supponunt autem hi reditus, census, decimæ & pensiones bona ecclesiastica, e quibus illæ percipiendæ, vel potius ipsæ jam bona sive jura sunt ecclesiastica, ex *alieno* præsertim *territorio* 273) debita, cum exercitio religionis parum vel nihil connexa. In quo una & palmaria quidem ratio consistit, cur illæ secundum dictam possessionem vel quasi percipiendi, anno 1624. die 1. Januar. non vero etiam quacunque anni parte exercitam, in posterum quoque absque ulla exceptione solvendæ sint. Debentur illæ porro & competunt non mediatis, non subditis, sed potius immediatis, & quidem A. C. Statibus, nec non, argumento sequentium ibi verborum, Catholicis quoque. In quo altera nec magis secundaria ratio consistit, cur præcise possessio dicti diei requiratur, neque vero quæcunque anni pars, sed prima saltem ejus dies atque particula hoc casu decretoria sit. Prior ratio contrario sensu regulam nostram confirmat primam; utraque autem secundam. Cum non solum circa bona ecclesiastica, sive mediata, sive immediata, non distinguat lex, verum etiam circa bona ecclesia-

cleſiaſtica, non mediatis, ſed immediatis reſtituenda, hic verſemur, ſicque primam ſaltem Januarii diem unice præ oculis habere non queamus non. Idem prorſus de ſequenti etiam §. XLVII. dicendum, cui quippe reditus, decimæ, canones & penſiones A. C. Statibus ex *fundationibus jam deſtructis & collapſis* in alienis territoriis debitæ anno 1624. die 1. Jan. poſſeſſæ atque perceptæ curæ cordique ſunt. Quæ vero fundationes ab anno 1624. deſtructæ fuerunt, aut in futurum concident, earum penſiones etiam in alienis territoriis dominio deſtructi monaſterii ſeu loci, in quo id ſitum fuit, exſolvantur. Quo loco totus ille & ſolus quidem annus 1624. absque ulla diei mentione iterum non eſt terminus reſtitutionis redituum illorum ſecundum quem decretorius, ſed terminus ſaltem deſtructionis & collapſionis fundationum illarum a quo hiſtoricus. Deſtructio & collapſio, quæ ante calendas Ianuarias anni 1624. contigit, nihil huc facit, cum unice ad poſſeſſionem vel quaſi perceptionis dicti diei ſit reſpiciendum, ſive fundationes nunc collapſæ fuerint nec ne? Totus autem annus 1624. hic nihilominus laudari potuit, quia unica ſaltem & primordialis quidem illa dies, terminus poſſeſſionis decretorius in antecedentibus conſtitutus fuit. Quæ igitur ſtatim ſecunda Ianuarii die collapſæ fuerunt fundationes, eæ non prioris, ſed poſterioris partis §. hujus diſpoſitioni ſubjacent. Noli igitur totius anni factam ibi mentionem regulæ noſtræ objicere. Hæc omnia tandem confirmare atque corroborare liceat appoſito, ſpeciali licet, exemplo OSNABRVGESI, *in §. IV. Articuli VIII.* ſtabilito. Ibi: *Status religionis ac cœtus eccleſiaſtici, totiusque cleri utriusque religionis tam in ipſa urbe Oſnabrugenſi, quam in reliquis ad hunc epiſcopatum pertinentibus, ditionibus, oppidis, villis, pagis, omnibusque aliis locis, maneat & reducatur in eum, qui fuit 1. Januar. anno 1624. ſtatum.* Per ſtatum religionis non poſſumus non intelligere ea omnia, quæ exercitium religionis abſolvunt. Per ſtatum autem cœtus eccleſiaſtici totiusque cleri utriusque urbis, ea quoque ſummos paciscentes indigitare voluiſſe ambiget nemo, quæ ad poſſeſſionem bonorum cujuscunque generis eccleſiaſticorum ſpectant. Vnde non potuerunt non & *anni* & *diei* facere mentionem. Quodſi vero hic quoque

que obvertas, diem tamen magis, quam annum, & illum quidem principaliter, hunc vero saltem per necessariam consequentiam nominatum fuisse, ea omnia tibi in memoriam revocare licebit pacis nostræ loca, quæ eodem prorsus modo *diei* & *anni* meminerunt, cum de exercitio religionis æque, ac de possessione bonorum ecclesiasticorum, sermo fuerit. Specialis præterea & singularis hoc loco nobis suppetit istud probandi ratio, in sequenti generalis istius dispositionis limitatione latens. *Ita tamen, ut prius fiat singularis quædam determinatio & dispositio de iis, quæ post annum* 1624. *quoad verbi ministros & divinum cultum mutata deprehendentur, etiam supra dictæ capitulationi inserenda.* Primo namque hic quoad verbi ministros & divinum cultum totius saltem anni mentio repetitur, quia hæc non ad bona, sed ad religionem, non ad possessionem illorum, sed exercitium hujus, pertinent quacunque anni istius parte exercitum. Deinde vero hic non dicitur, quæ inde a 1. Ian. 1624. vel quæ inde ab anno 1624. sed quæ post annum 1624. mutata deprehendentur. Manifesto, ut putamus, argumento, mutationes dicto adhuc anno, & quidem quacunque anni istius parte, circa religionem factas servandas, eas vero demum capitulationi inserendas fuisse, quæ post illum, illo finito in sequentibus demum annis contigerunt. 274) Quodsi enim dixerint, *inde a 1. Ian.* oppido quoque exercitium religionis eidem adscripsissent, easque insimul quoque intellexissent mutationes dicto anno factas. Quodsi vero dixerint inde ab anno 1624. 275) solum iterum excluſissent primum ejus *diem* sicque totum *annum* & quamcunque ejus partem exercitio religionis salvam haud reliquissent. Denique præter urbem Osnabrugensem ibi quoque mentio fit ditionum, oppidorum, villarum & pagorum, hoc est, omnium episcopatus istius civium, incolarum atque subditorum, qui, nisi nostram agnoscas distinctionem, deterioris sine causa forent conditionis, ac reliquorum omnium Statuum cujuscunque generis subditi. Ad extremum, si nihil inde concludi posset, pro regulis nostris, ob causam forte specialem, 276) neque contra eas inde argumentum ducere liceret dissentientibus, quos ut nos amice moneamus atque modeste contrarii, si hoc verius, convincamus, est, quod enixe rogamus.

261) Præter *Deductiones* in *Bibliotheca deductionum* LIPENIO IENICHIANA, *P. I. pag.* 447 *sqq.* laudatas, conferri huc omnino meretur tum IMMAN. WEBERVS, *in disp. de jure circa sacra pagorum Imperii immediatorum*, *Giessæ* 1717. habita, tum *Cel.* nobisque amicissimus Antecessor Giessensis, GOTTLOB AVG. IENICHEN, in der Abhandlung von Reichs-Dörffern und Reichs-freyen Leuthen, §. *XI pag.* 47. qui pagos istos immediatos in *Art. XVI.* §. 5. COMMVNITATVM appellatione indigitari recte putavit §. *I. pag.* 8. *not. e)* Adde *Acta pacis publica*, *Tomo V. pag.* 89. 118. 181. 193. 563. & I. P. W. M. §. 47.

262) *Art. V.* §. 29. *princ.* ubi: *Prout omnes atque singulæ libræ Imperii civitates sub appellatione Statuum Imperii, non tantum in pace religionis & præsenti ejusdem declaratione, sed & alias ubique indubitate continentur.*

263) Hæc enim, bona scilicet ecclesiastica, in toto suo ambitu atque complexu, pro omnibus plane bonis, ad *ecclesiam* spectantibus, accepta, vel corporales, vel incorporales, & illas quidem vel mobiles, vel immobiles res esse posse, quis ambigat? Inprimis vero beneficia, *præbendas* & dignitates, de quibus passus iste loquitur, ad bona ecclesiastica pertinere, atque vel incorporales res ecclesiæ esse omnis *præbendarum* historia, ultimusque illarum ortus, ex ipsis bonis ecclesiasticis, docet, luculenter demonstratus a B. I. H. BŒHMERO, *ad tit. Decret. de præb. & dign. in Tomo juris eccles. Protest. II. pag.* 294.

264) Confer supra §. XXVI. *in notis* 79) 80) & 81) *pag.* 40. & 41. laudata *loca.*

265) *Art. IV.* §. 24.

266) Pluribus id edocente *Illustri* GE. HENR. AYRERO, in laudatâ jam *commentatione de jure prim. precum, cap. II.* §. 7. *sqq. pag.* 72. *sqq.*

267) *Art. V.* §. 18. ubi: *nisi beneficium vacans religionis consors possederit.* Conf. iterum AYRERVS, *cap. VI.* §. 4. *p.* 189. 190. nec non *Cel.* CHR. GOTTL BVDERVS, in diatribe *de S. R. I. Vicariorum jure præsentandi ad beneficia ecclesiastica*, §. *XXII. pag. opusculorum in* 8. editorum 472.

268) *Ad Art. V.* §. 26. *observ. XLVIII. pag.* 189.

269) *Ad Art. V.* §. 26. *not. t) pag.* 405. *sqq.*

270) Dari enim *simultaneum* aliquod justum & *licitum*, veluti in *episcopatibus*, *fundationibus* atque *civitatibus* Imperii *mixtis*, nec non in terris pignoris jure aliis Statibus obligatis, §. 27. vel ubi istud anno 1624. introductum receptumque fuit, abunde patet ex traditis B. G. SCHWEDERI *in disp. de coexercitio, sive simultaneo utriusque R. C. & Ev. religionis exercitio licito ac illicito, th. I — VII. Tomo Dispp. II. pag.* 793. Hoc posterius autem plerumque in *condominio & compossessione templorum*

consistit, in quibus utraque religio hodie exercetur. Vid. I. H. BOEHMERVS, *in disp. de jure templorum.*

271) All. loco, *pag.* 406.

272) Ad *Art. V.* §. 26. *n.* 3) *pag.* 314.

273) Scripta huc facientia, in utramque & *Hanovienſium* & *Francofurtenſium* partem edita, junctim exhibet HENR. HENNIGES, *in ſpec. ſuo meditationum X & ultimo.* Sed addas neceſſe eſt CHR. IO. CONR ENGELBRECHTVM, *de ſervitutibus juris publici, ſect. II. membro* 2. §. 23.

274) Recte ſic judicante H. HENNIGESIO, *ad dict.* § 4. *Art. XIII. nota k*) *pag.* 1628.

275) Prout dixerunt *in* §. 50. *Art. IV.* & in §. 29. & 47. *Art. V.* ubi: AB *anno* 1618. & AB *anno* 1624.

276) Sufficiet omnino, *actorum Oſnabrugenſium* cauſa, Lectorem ad *indicem* WALTHERIANVM, *Tomo VII. pag.* 429. *m. ſq.* ablegaſſe.

§. LIV.

QVIDNAM SIT ILLE DIES DECRETORIVS? — EX ANTEA DEDVCTIS CONCLVDITVR.

Ex hiſce tandem omnibus, *methodo*, quam in ſcholis *ſyntheticam* vocant, colligere atque eruere licet, quid tandem ſit DIES *ille*, quem præſentis *commendationis* frons DECRETORIVM vocavit, *primum*que *Ianuarii diem anni* MDCXXIV. eſſe indicavit. Id quod nemo ſane eo, quo par eſt modo intelligere poterit, niſi qui, tum *hiſtoriam* hujus *diei* probe cognitam, tum vero etiam inſigne illud ANNI & DIEI *diſcrimen*, hactenus propoſitum, ſatis perſpectum habet. Noli autem *definitionem* omnibus numeris *logicis* abſolutam expectare Sufficere poterit qualiscunque, quam nunc dabimus, *deſcriptio*, quæ, ſi rem exhaureat, eodem ſane, ſplendido licet, *definitionis* titulo digna erit. Eſt vero DIES ille, de quo hucusque ex inſtituto egimus ſcripſimusque, DECRETORIVS, *prima* nempe *Ianuarii* MDCXXIV. terminus in pacis Weſtphalicæ Inſtrumento, Cæſareo præſertim Suecico, 277) *Oſnabrugenſi*, eum in finem conſtitutus, ut ſecundum poſſeſſionem, qualis iſta die fuit, omnis generis bona eccleſiaſtica, mediata & immediata, ſed non niſi IMMEDIATIS (§. LII.) reſtituantur, atque regula, a ſummis ibi paciſcenſi-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0364
DFG

centibus eum in finem ſtabilita, ut & in poſterum utriusque religionis *quivis* IMMEDIATI (§. LII.) in ſua bonorum iſtorum poſſeſſione contra quascunque turbationis defendantur & contra quascunque deſtitutiones reſtituantur, 278) Cujus definitionis præcipuam laudem in eo poſitam arbitramur, quod eisdem fere concepta ſit verbis, quibus paſſim utitur pax Weſtphalica, quam in omnibus hiſce argumentis omnium tutiſſime ſequimur. Eo magis enim heic erramus, quo longius ab ipſa hac pace ejusque verbis, vel hiſce non omnino ſufficientibus, genuina interpretatione 279) cognita mente & analogia recedimus. Inde vero etiam rationem reddimus ejus rei, quæ in *definitionibus* alias inſolita eſt, quod *duplici genere*, TERMINI & REGVLÆ, uſi fuerimus. Nam utroque vocabulo non ſolum diſerte utitur pax Weſtphalica, 280) verum etiam diem noſtrum paſſim ſub diverſo hoc ſchemate repreſentat. Cum ſcilicet duplicem *diei* hocce *decretorio* uſum intenderint paciſcentes: *alterum* ratione reſtitutionis bonorum ejusmodi eccleſiaſticorum mediatorum, mediatis belli tempore a quacunque ablatorum, dictoque tamen *die* quandam poſſeſſorum; *alterum* intuitu retenſionis & futuræ eorundem poſſeſſionis, totiusque obſervantiæ; duplex hæc relatio *diei* noſtri deſcriptionem ejus non potuit non ingredi.

277) Non tamen penitus excluſo altero illo *Cæſareo-Gallico*, MONASTERIENSI, pacis Weſtphalicæ INSTRVMENTO, cujus loca, OSNABRVGENSI parallela, ſubinde allegavimus.

278) *Exercitii* nempe *religionis* nulla prorſus in hac *definitione* fieri potuit mentio, definitioni quippe totius anni decretorii unice reſervanda. Vid. H. HILDEBRANDVS, *de anno decretorio*, *cap. I. §. 2. pag.* 12. 13. ubi tamen ANNVM & DIEM *ſimul* definit.

279) De qua poſt B. CHRIST. GODOFR. HOFFMANNVM, *in diſp. de ratione interpretandi leges Imperii R. G. publicas, occaſione Art. V. §. 50. & 56. Art. VIII. §. 2. Art. XVII. §. 3. Pacis Oſnabr. Lipſ. anno* 1720. edita, e Catholicis conferri omnino merentur JO. PETR. BANNIZA, *in diſp.* cui titulus: *Subſidia interpretationis doctrinalis pacis religioſæ & Weſtphalicæ, ac utriusque ſynopſis hiſtorica, Wirceb. anno* 1741. noſtro potiſſimum *Reverendiſſimo Dn. Cancellario* oppoſita, & JO. MICH. DAHM, *ICtus Moguntinenſis, in diſp. de jure comitiorum Imp. circa ſacra anno* 1747. edita, §. *XXXI. & XL. pag.* 53. *ſqq.*

280) *Art. V. §. 2. & 33.*

§. LV.

DE APPELLATIONE DIEI DECRETORII, VARIISQVE EIVS COGNOMINIBVS ET ELOGIIS.

QVEM AD MODVM nempe DIES iſte omnis bonorum eccleſiaſticorum, ſive mediatorum, ſive immediatorum, immediatis faciendæ, reſtitutionis *terminus a quo*, ſive, habita & exercitia iſto die poſſeſſio, *fundamentum*, norma, *regula*, cenſura & criſis futuræ etiam reſtitutionis & poſſeſſionis eſt: ita diem huncce variis quoque elogiis, epithetis & cognominibus, paſſim exornaunt mactaruntque juris publici ſcriptores. Omnia vero *iſte* cum *anno* 281) ſuo habet *communia*. TERMINVS, 282) FVNDAMENTVM 283) & REGVLA 284) is in ipſo pacis noſtræ inſtrumento dicitur. Vnde nos quoque iſthæc præcipua ejus arbitrati ſumus elogia Sic *dies prima Ianuarii anni milesimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti reſtitutionis in eccleſiaſticis, &, quæ intuitu eorum in politicis mutata ſunt*, TERMINVS A QVO dicitur *in* §. 2. *Articuli V.* Eadem pro porro, ſive potius habita dicto die poſſeſſio, *unicum ſolumque hujus* (de gravaminibus 285) *tranſactionis, reſtitutionis, obſervantiæque futuræ* FVNDAMENTVM appellatur §. XXV. Vbi deinde *obſervantia* totius anni MDCXXIV. *inſtar* REGVLÆ *obtinere* dicitur, §. XXXIII. ibi diem noſtrum penitus excludi, haud putamus. Cum vero NORMA idem ſit quod REGVLA, 286) haud mireris, *annum & diem* noſtrum non ſolum *regulativum* ſed & *normalem* a multis plerumque adpellitari. Verum, quid ſectemur, quibus alii huncce diem noſtrum inſignire ſolent, nomina. Sufficiat nobis impræſentiarum ejus, qua nosmetipſi in rubro uſi fuimus, adpellationis rationem reddidiſſe. Adpellavimus ipſam DECRETORIVM. Certe non ipſius quidem pacis atque legis noſtræ exemplo auctoritate, at tamen vigore indolis, naturæ & præſertim effectus ſui, quo is vero, prout inde etiam plerumque in ipſis actis publicis ab utriusque religionis conſortibus adpellatur de reſtitutione turbatorum atque dejectorum, ſecundum poſſeſſionem nudumque ejus factum DECERNIT, ſicque vere & omnino tam *criticus* eſt quam DECRETORIVS. Neque vero etiam absque *auctoritate*, ad quam tamen ultimo forſan loco pro-

VO-

vocandum erit, *grammatica*. Non enim est, cur veniam lectorum, vel veterum potius rethorum, implorent, terminum istum, vel *annum*, vel *diem*, vel DECRETORIVM, vel CRITICVM adpellitantes. Quicquid enim jam olim de *istius* adjectivi radice, verbo nempe CERNERE, inter se invicem disputaverint IAC. GRONOVIVS, IAC. PERIZONIVS, & LAVR. KVSTERVS; 287) nobis tamen sufficere poterit, eodem prorsus sensu, L. A. SENECAM, *arma decretoria*, 288) *stylum* decretorium, 289) quin ipsum quoque *diem mortis* supremum, decretorium, 290) QVINCTILIANVM, *decretoriam pugnam*, 291) C. C. PLINIVM, *decretorium sydus*, 292) diem decretorium, 293) & decretorium quatriduum, 294) FIRMICVM denique *climactericos numeros*, quod velut decernant de vita hominis, & in utramque partem statuant, vel ut servetur, vel ut perimatur, *decretorios*, 295) dixisse. Adeo latina, sive linguæ latinæ genio adcommodata est hæc DIEI DECRETORII adpellatio. Neque minus latinum vel minus adpositum est DIEI CRITICI nomen. Neminem namque latet, quod jam veteribus, tum *Græcis*, tum *Latinis*, 296) complures DIES, variis respectibus, visi dictique fuerint CRITICI. (Κρίσιμοι) Sicuti nempe hodienum, ut nunc infimul ad *exempla* perveniamus, tum THEOLOGIS, 297) tum & in variis aliis materiis IVRECONSVLTIS, 298) imprimis vero etiam MEDICIS, hisque vel *proprii* 299) vel cum illis *communes*, 300) nec non & PHILOSOPHIS, præsertim qua PHYSICIS & CHRONOLOGIS, *dies* sui CRITICI sunt atque DECRETORII, quos latiori & generaliori quodam significatu, cum nostro conferre omnino licet DIE DECRETORIO. 301) Quodsi enim ab omnibus & singulis hisce exemplis generalem istam tertiamque velut DIEI CRITICI & DECRETORII notionem abstrahamus, hancque cum isto contendamus conceptu, quem hactenus de *prima Ianuarii die* pluribus exposuimus, sufficiens illa satis adparebit ratio, cur utraque hæc adpellatio in ipsismet *actis publicis*, præsertim gravamina religionis deducentibus, in morem abierit observantiamque omnino laudabilem.

281) Vid. H. HILDEBRANDVS, *in disp. de anno decretorio, cap. I. §. I. pag. 11 12.* nec non AM. STRYKIVS, *in disp. de via facti Principibus Imp. permissa, cap. III. §. 5*

282) *Art. V. §. 2.*

283) *Art. V. §. 25.*

284) *Art. V. §. 33.*

285) *Art. V. princ.*

286) *Sensu* nempe *morali.* Proprio namque, *physico & fabrili* inprimis sensu NORMAM & REGVLAM omnino differre, M. VICTRVVIVS POLLIO, scriptor ille *architecturæ civilis* adcuratissimus, in *libro de Architectura VII. cap.* 3. de tectorio opere loquens, hisce nos docet verbis. *Longitudines ad* REGVLAM *& lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad* NORMAM *respondentes exigantur.*

287) Horum *disputationis instrumentum*, sese totum in *novum linguæ latinæ Thesaurum*, voce: *Cerno, Tomo I. col.* 857. transtulisse, ipsemet nobis, pro ingenuitate sua, ibi indicavit *Cel.* jo. MATTH. GESNERVS, ingens Academiæ suæ decus & ornamentum.

288) *In Epistola CXVII. in fine, & CXVIII.*

289) *In Libro de clementia I. cap.* 14.

290) *In Epistola CII.*

291) *In libro Institutionum rhetoricarum VI. cap.* 4. *n.* 6.

292) *In Libro Hist. nat. XVIII. cap.* 28. sive 68. 3.

293) Ibidem *cap.* 29. sive 69. 4.

294) Ibidem, *L. II. cap.* 2.

295) *L. III. pag.* 731. *C.*

296) Vel *solo*, ut reliquos omnes nunc præteream, CENSORINO *teste.* Cujus libellus *de die natali* pereruditus, chronologis utilissimus, variisque huc pertinentibus observationibus refertus est. *Eum* quondam ipsemet PRISCIANVS artis grammaticæ doctissimum adpellavit.

297) *Nota* est, quæ ante plures jam annos, inter magni nominis THEOLOGOS, *nata*, magnoque animorum moto sat diu agitata fuit, controversia, *de termino humanæ salutis decretorio atque peremtorio*, scriptis utrinque editis aliquot *Volumina* complentibus. Vid. M LIPENII *Bibl. Theol. P. I. pag* 521. & *P. II. pag.* 810.

298) Tametsi verissima omnino sit, hodieque adhuc immota stet, nova quippe præsidia, e recentiorum *Philosophorum* scholis, eorumque definitione, tempus, ordinem esse rerum sibi invicem succedentium, nacta regula: solum & in se spectatum tempus, omni ævo, nullum prorsus effectum juris producere, nullamque obligationem vel constituere, vel finire posse: egregie propugnata a NIC HIER. GVNDLINGIO, *in Gundlingianis, parte XV. num.* 4. *pag.* 465. *sq.* magna tamen in omni jurisprudentia est *doctri-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0368
DFG

doctrina temporum legalium, a priorum sæculorum ICTIS magis, quam nostra ætate culta. Primus fere ejus cultor erat, qui *de diversis temporum adpellationibus*, *Vitemb.* 1546. scripsit ALBERICVS GENTILIS. Quo titulo deinceps quoque, *Hanoviæ*, *anno* 1607. usus fuit IO. EM. a ROSBACH. Ita porro non contemnendus est AYMONIS CRAVETTÆ *tractatus de antiquitatibus temporum*, *Francof. anno* 1572. primum editus, insertus deinceps *tractatui tractatuum*, *Tomo XVII.* M. A. BARDVM *de tempore utili & continuo*, ibidem *Tomo V.* reperiundum, jam supra *nota* 217) *pag* 126. laudavimus. *Romæ*, *anno* 1660. *de tempore legali* egregie commentatus est JO. CAR. ANTONELLVS. *De varia temporum in jure civili observatione* perquam utilis est EVSTATHII, Antecessoris Constantinopolitani, *Rostochii anno* 1671. editus liber. Minoris molis sunt JO. FRID. BOECKELMANNI, GVIL. LVDWELLI, JO. STRAVCHII, GE. GROSSMANNI, VRB. JOS. STREITII, CASP. ZIEGLERI, aliorumque quam plurimorum, *de tempore legali*, *legitimo*, *civili*, opuscula. Quibus omnino accensendæ sunt CHR. WILDVOGELII, quem & *de tempore quadragesimali*, nec non *de justo tempore matutino* speciatim commentatum fuisse novimus, *Chronoscopia legalis*, & nostratis quondam WOLFFG. AD. LAVTERBACHII (cujus nomen & honos manebunt) *disputatio de varietate temporum*, *Tubingæ* 1659. edita. Transeat vero nunc & tempus *nocturnum*, quod JO. FR RIPAM, & *momentum* temporis, quod JO. FRID. TROPPANEGGERVM occupavit, transeantque omnia ejusmodi tempora legalia, ab instituto nostro prorsus aliena, nihil quippe, nisi pauciſſima quædam ANNORVM DIERVMQVE DECRETORIORVM a nobis efflagitante exempla. Quorum notissima sunt ANNI, *luctus*, a MOLLENBECIO, *deservitus*, a BŒHMERO, & *gratiæ* a STRYKIO, abunde collustrati. Taceamus *climactericos*, non omni prorsus considerationi juridicæ subtrahendos. FATALIA quæ omnia sine dubio & vel maxime quidem *critica* sunt atque *decretoria*, vid. omnino *Perillustris* LEOP. NIC. L. B. ab ENDE, in *commentatione*, *de iniquo fatalium rigore temperando*, *cap. I. §. IX. sq. pag.* 16. *sq.* vel ad ANNVM usque haud pertingunt, vel intra *eum* haud subsistunt. Quorum vero *terminus* secundum jus *civile* & *canonicum* ANNVS est, ea, si non omnia, pleraque tamen & potiora eleganti compendio recensuit LAVTERBACHIVS, *all. loco*, *Artic. VII. §. 2.* Quocum jungi poterunt, tum GE. HENR. MYLIVS, *in disp. de anno juridico ejusque effectibus generalibus*, *Lipsi. anno* 1682. edita, tum & CHR. GOD. BERGERVS, *in disp.* quam *de anno intercalari*, ibidem *anno* 1688. defendit. Nostro *provinciali* jure WÜRTEMBERGICO, non solum, omnium ferme *retractuum* ultimus finis & terminus fatalis, criticus nempe & decretorius est ANNVS & DIES; *P. II. tit.* 16. rubro: von Zeit der Losungen, *princ.* Vid. B. JO. ANDR. FROMMANNI *delineatio juris retractus Würtembergici*, §. *XXI. LXVI. LXVII.* verum speciatim quoque ANNVS MDXXXVI. *perpetuæ reluitioni* ita *decretorius* est, ut, quæ post hunc demum annum in manus forensium

um pervenerunt bona territorii Würtembergici immobilia, ab omnibus subditis Würtembergicis, perpetuo, citra omnem plane novam alienationem, revocari queant. *Ordin. Prov. Wurtemb. Tit. XX.* atque inprimis *Excellentissimus* W. AD SCHŒPFFIVS, *in disp. de retractu territoriali communi, jure perpetuæ reluitionis & alienatione necessaria, ceu modis cumprimis Wurtembergicis reuniendi bona incorporata a forensibus possessa, anno* 1742. edita. Alia porro jura nostra Würtembergica sanxerunt *tempora legalia*, ut de *illis*, æque ac de *Hamburgensibus* ANT. CORDES & de *Prutenicis* ANDR. AMSELIVS, commentari posset illorum peritus. In jure feudali, quod ANNVS & DIES terminus petendæ renovationis investituræ decretorius sit, textus 2. *F.* 24. *pr.* 40. *&* 52. §. *ult.* unumquemvis docent. Conf. B. JO. P. de LVDEWIG, *disp. de indultu feudali ejusque prorogatione, cap. I. sq.* Spurium vero & neutiquam legitimum est, quod sequentibus *scripti* cujusdam *illustris & pragmatici* verbis, adducere non possumus non, anni, in publico jure, decretorii, exemplum. Scilicet in der Hoch fürst. allerneuest-Würtembergischen Vorlegung der anwachsenden Reichs-Ritterschaftlichen Irrungen und dahero entstehender Nothdurfft eines endlichen, hinlänglichen, gerecht- und billig-mäßigen Reichs-Regulativs, (quæ deductio in Comitiis *hoc* demum *anno* publici juris facta fuit) *pag.* 96. ex mente Nobilitatis Imperii immediatæ hæc legimus: dieses 1560ste Jahr, als das Geburths-Jahr der jetzigen Ritter-Verfassung, wird sofort weiter zu einem *anno normali & decretorio* zwischen den Ständen und der Ritterschafft also vorgestellet: daß, was vor Güther in der hoc anno verfertigten und Kayserl. Majestät exhibirten Ritter-Matricul enthalten, der Ritterschafft auf ewig verbleiben, das übrige aber denen Ständen endlich eingestanden seyn solle. ꝛc. Hæc ibi. *Confer. pag.* 110. DIEM, absque ANNO, quod nunc propius & speciatim adtinet, ejus jura dudum latius explicarunt JO. VOLCM. BECHMANNVS *in diss. de eo quod justum est circa dies, Jenæ* 1673. P. MÜLLERVS, *de diebus juridicis, ibidem* 1687. & TH. BOLZ, *de die, Regiom.* 1734. Est vero alius naturalis, alius civilis, artificialis alius, alius naturalis, vid. ÆG. STRAVCHIVS, *in brev. chronol. P. gen. L. I. cap.* 4. *pag.* 33. *sq.* alius continuus, alius utilis, alius fastus, alius nefastus, festus alius & profestus, alius vero non festus, vid. JAC. REVARDVS, *de diebus sessionum*, alius denique, ICtis præsertim, certus, alius incertus, quorum ille inprimis pro homine dici solet interpellare. *Numeros* eorum ab *uno* usque ad *centum* e legibus conquisivit B. LAVTERBACHIVS, *all. loco, Artic. IV.* §. 4. Omnium vero celeberrimus est *tricesimus*, de quo CASP. HORNIVS *Vitemb.* 1693. singulatim disseruit, uti CHR. WILDVOGELIVS, tum *de die dominico*, tum & *de diebus canicularibus.* Falsa, quæ diem (sive *datum*) dolose immutando committi solent, in sua *de repetita die diss. Halæ, anno* 1700. edita, graphice descripsit S. P. GASSERVS, qui etiam, alia *disp.* quæ demum *anno* 1729. prodiit, singulares *dierum & mensium in devolvendis*

dis hæreditatibus prærogativas (welche Tage es doppelt gut erben seye) adcurate evolvit. *Vnus* vero *dies*, in jure civili, exempli gratia, *decretorius* est, appellationis viva voce faciendæ, *L.* 5. §. 5. *de appellationibus* & potestatis judicis, sententiam suam supplendi, *L.* 42. *de re judic.* Neque vero plane contemnendum prorsusque rejiciendum putamus istud juris civilis argumentum, quod ad materiam nostram, habitæ scilicet & exercitæ, vel primo Januarii, vel quocunque alio die anni 1624. possessionis bonorum ecclesiasticorum, mediatorum & immediatorum, ex *L.* I. §. 4. *de aqua quotidiana* duci potest. Ita vero ibi ICTVS D. VLPIANVS: *Quod autem scriptum est in interdicto, uti hoc anno aquam duxisti, hoc est, non cottidie sed hoc anno, vel una die, vel nocte.* Sed confer *L.* 42. & 138. *de V. obl.*

299) Perantiqua sane, &, si probe purgetur, perutilis quoque est, in omni arte medica, *crisium* generatim, ita speciatim quoque *dierum criticorum & decretoriorum* theoria. Præcipui, qui illam tradiderunt, & veluti *fontes*, sunt HIPPOCRATES, COVS, *vir*, ICTI PAVLLI elogio, in *L.* 12. *de statu hominum, doctissimus*, & CLAVDIVS GALENVS, PERGAMENVS, enarrator ejus fidissimus. Ejus enim *Librum de diebus decretoriis singularem*, in nostra *operum* illius editione, *Basileensi, de anno* 1526. deprehendimus *pag.* 327. *sq.* Hujus vero *tres libri de crisibus*, in ea extant *operum* illius editione; quam possidemus, pariter *Basileensi, de anno* 1529. *pag.* 488. distincti tamen ab aliis ejus *tribus libris*, de *diebus decretoriis*, quos IO. LALAMANTIVS latinos reddidit, commentariis illustravit & *Lugduni, anno* 1560. 4. edidit. E recentioribus, de diebus decretoriis, nominatim scripserunt ALPHONSVS DAZA, AVG. FERRERIVS, *Tholosanus*, qui potissimum PYTHAGORÆ doctrinam suis illustravit libris, AM. LVSITANVS & ANDR. LAVRENTIVS. Vt L. GAVRICVM & H. OBICIVM, *illum* HIPPOCRATIS, & *hunc* GALENI hoc in argumento *commentatorem* taceamus, commendantes potius, tum GE. WOLFG. WEDELII *disp. de diebus criticis, Jenæ* 1667. habitam, tum & JAC. *van* VELDE *diss. de crisi & diebus criticis, Marburgi* 1717. editam.

300) De quibus, tam *Medicorum*, quam *Jureconsultorum* sententias, post IO. EISENHARDTVM, *in disp. de die vulnerum critico, Helmst. anno* 1679. edita, luculenter satis proposuit IO. KLEINIVS, *in disp. juridica, de diebus criticis seu decretoriis*, von denen Gefährd-Tägen, qua insimul *articulos* 147. & 149. *Ord. C. C.* evolvit, *Jenæ* haud ita pridem recusa. Jungatur IO. IOACH. SCHOEPFFERI *disp. de hæmorrhagia vulnerarium, cap. II. num.* 98. *sq. pag.* 35. *sq.*

301) Mentem hic subit, quod apud jam supra laudatum FIRD. CAR. MOSERVM, in dem Versuch einer Staats-*grammatic, P. I. cap.* I. §. 5. *pag.* II. legimus: In einer von einer grossen Fürstlichen Regierung Nahmens ihres Herrn an Ihro Kayserl. Majestät erstatteten wichtigen Haupt-Relation, war, unter mehreren geringern, dieser starke Schreibfehler eingeschli-

chen, daß statt: *annus decretorius*, ANNVS DECEPTORIVS gesetzet worden. Turpissimum sane *sphalma* orthographicum! Omni namque veneratione digni sunt, utrique religioni addictis proficui & utiles, ANNVS atque DIES, DECRETORII.

§. LVI.

CONCLVSIO.

QVVM vero non tam GRAMMATICI, 302) quam potius CHRONOLOGI, 303) generatim de vera, propria & universali DIEI notione, ambitu & mensura, inter se dissentiant, neque unum idemque principium omnes populi DIEI assignaverint, 304) nec non in ipsa Germania 305) jam tempore conditæ pacis, duplex calendarium, 306) IVLIANVM sc. *vetus* & GREGORIANVM *novum* obtinuerit, posteaque *undecim dierum veteri calendario subtractarum* 307) discrimen accesserit: *duplex* potissimum *quæstio*; *una*, de tempore diei nostro decretorio adscribendo, num scilicet & noctem, sicque totum quatuor & viginti horarum spatium includat, nec ne? 308) altera vero de primo *veteris* vel *novi* styli 309) Ianuarii die, num primæ vel alius vel hujus calendarii intelligendæ sint kalendæ? moveri hocque loco responderi posset. Verum enim vero has æque ac alias ejusmodi quæstiones heic intactas relinquere, quam vel instituti limites & consuetos commentationis academicæ fines migrare, vel quoque justo & debito adparatu illas haud pertractare maluimus. Vnde *generali de* DIE DECRETORIO *tractatione* hac vice contenti, reliqua omnia, ex specialissimis quibuscunque gravaminibus religionis, 310) per volumina hodie numerari solitis, haurienda, vel præstantiori alterius cujusdam labori relinquimus, vel &, si hocce forsan haud adeo displicuerit specimen, propriæ industriæ, alii loco & commodiori occasioni reservamus, hicque, in aperto PACIS templo, eique dicata ARA, 311) sub finem opusculi, pro utriusque, & sæcularis Westphalicæ, & noviſſimæ Aquisgranensis, *æternitate* supplicantes subsistimus.

302) Præstantiora horum tradita conjunctim exhibentur *in novo linguæ latinæ Thesauro* GESNERIANO, voce: *Dies*, *col. Tomi I.* 155. *sqq.* Add. *eadem voce* CAR. DU FRESNE.

303)

303) *Quos* inter, magno ſtudio, multaque cura, de DIE *generatim*, egerunt, IOS. IVL. CÆS. F. SCALIGER, *de emendatione temporum*, *fol. editionis Francofurtanæ*, *de anno* 1593. 4. *d.* 34. *a.* 190. *a.* 269. *b.* & 300. *b.* FRID. SPANHEMIVS, *in Chronologia ſacra*, *Parte Operum Lugd. Batav. anno* 1701. editorum *I. cap. XIV. pag.* 66. *ſq* DION. PETAVIVS, *S. I. in opere de doctrina temporum*, *Antwerpiæ*, cum præfatione IO. HARDVINI, *anno* 1705. edito, *L. VII. cap. I. Tomo I. pag.* 348. & *in Tomo III. pag.* 105 nec non ÆGID. STRAVCHIVS, *in breviario chronologico*, *Parte generali*, *L. I. cap.* 4. *pag. edit. ſextæ* 32. *ſq.*

304) Vetus eſt *diſtichon* illud *memoriale*, quo varietatem auſpicii dierum notarunt *Chronologi:*

Atticus *occaſum* ſpectat, Babylonius *ortum*,
Nox media Auſoniis, *media* at *lux* perplacet Vmbris.

Sciendum namque, eos plerumque populos omnes, qui in annis & menſibus ordinandis *lunæ* curſum obſervarunt, DIEM *ab occaſu ſolis* auſpicatos eſſe. Id quod de Judæis, Arabibus, *Athenienſibus*, Numidis, aliisque Orientis & Africæ incolis teſtatiſſimum eſt laudatis paullo ante Autoribus. Conf. *Levit. cap. XXIII. v.* 32. *Babyloniis* contra, Chaldæis, Syris & Perſis, HIPPARCHVM & PTOLOMÆVM ſecutis, *ortus ſolis* absque omni dubio fuit diei auſpicium. Quod vero hodienum, inde a PTOLOMÆO, Mathematici & Aſtronomi omnes, propter commoditatem calculi, cujus cauſa immobilitas meridiani eſt, diei auſpicium capiunt, *meridiem* puta, vel præcedentis, vel ſubſequentis diei: idem & olim jam *Vmbros* atque *Hetruſcos*, priſcos Italiæ, circa montes Apenninos & mare Adriaticum, incolas, cepiſſe teſtes ſunt PLINIVS. *L. III. cap.* 14. & SOLINVS *cap. VIII. Auſoniis* contra, hincque etiam *Romanis*, hodierno more tantum non univerſali, diem a media nocte auſpicantibus atque ad mediam usque noctem continuantibus. Conf. præter ICTVM PAVLLVM, in *L.* 8. *de feriis & dilationibus*, cui jungi poteſt *cap.* 24 *x. de off. & pot. judicis delegati*, PLVTARCHVS *in probl.* VARRO & A. GELLIVS, in hujus *noctibus Atticis*, *L III. cap.* 2. CENSORINVS, *cap. XXII.* & PLINIVS, *L. II. cap.* 77. ubi tamen idem de *Ægyptiis* tradit, a multis ideo notatus. vid. STRAVCHIVS, *loc. all. qu. XII. pag.* 40. 41. Variabat itaque DIEI auſpicium ſecundum quatuor, quos vocant, CARDINES.

305) GALLOS nempe atque GERMANOS, moribus ſimillimos, ſtrenuosque LVNÆ cultores (ſatis ſuperque hoc teſtantibus J. CÆSARE, *de bello Gall. L. I. cap.* 50. PLVTARCHO, *in Cæſare*, CLEM. ALEXANDRINO, *Strom. L. I.* & PLINIO, *L. XVI. cap.* 44. *L. XXIV. cap.* 4.) non idem, cum *Romanis*, diei principium ſtatuebant, propius, ut videtur, ad inſtitutum Judæorum, diem ab occaſu ſolis auſpicantium, accedentes. Ita namque de illis, C. IVLIVS CÆSAR, *de bello Gallico*, *L. VI. cap.* 18. *Galli, ſe omnes, ab Dite patre prognatos prædicant, idque Druidibus proditum dicunt. Ob*

eam causam spatia omnis temporis, non numero DIERVM, *sed* NOCTIVM *finiunt; & dies natales & mensium & annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur.* De hisce vero C. C. TACITVS, diligens ille omnis, quod Romanos & Germanos mores intercedebat discriminis, indagator, *de moribus Germanorum, cap. XI.* hæc memoriæ prodidit: *Cœunt, nisi quid fortuitum & subitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur* LVNA, *aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt. Nec dierum numerum, ut* NOS (Romani) *sed noctium computant. Sic constituunt, sic condicunt. Nox ducere diem videtur.* Ad quem locum eruditus alias TACITI *commentator*, J. CHR. DITHMARVS, *pag.* 70. 71. *not.* 5) Romanorum atque Germanorum mores, diserte id negante TACITO, eosdem fuisse perperam putavit. Romanis enim hac in re, neque cum Orientalibus, neque cum Germanis convenisse, ex antecedenti *nota* abunde patet. Recte vero idem ibidem observat, ex eodem hoc more in *legibus Salicis* causarum civilium intervalla sæpissime per *noctes* distingui & numerari. Conf. ÆG. STRACHIVS, *in disp. de comp. vet. Germ. §. 20. sq.* JO. GE. ECCARDVS in *notis* suis *ad LL. Sal. pag.* 74. H. GROTIVS, *de veritate religionis christianæ, L. I. §. 16.* CAR. du FRESNE, VOCE: *nox.* JO. LOCCENIVS, *in antiquit. Sueco-Gothicis, L. I. cap. IV. p.* 18. JO. NIC. HERTIVS, *in vol. II. opusc. P. I. cap. IV. §. 4. pag.* 60. JE. GE. KEYSLERVS, in loco *supra nota* 91) *pag.* 58. laudato, *pag.* 197. idem de aliis quoque septendrionis populis observans, NIC. HIER. GVNDLINGIVS, *in Gundlingianis, parte XXVI. num.* I. von der Sächsischen Frist, §. 13. *seq. pag.* 12. *sq.* CHR. G. HALTAVS, *in calend. medii ævii Germ. pag.* 21. nec non JO. JAC. SORBERVS, *de comitiis veterum Germanorum antiquis, P. I. cap.* 3. §. 68. *pag.* 41.

306) Historiam *kalendariæ* illius litis, a GREGORIO XIII. P. R. sua *veteris & Juliani kalendarii*, qua isthoc omnino indigebat, *emendatione*, in *Germania* excitatæ, ex omnis generis actis publicis, nostræ quoque *pacis*, ejus *exsequutionis*, *comitiorum*que *Ratisbonensium*, quam amplissime recensuit JO. JAC. MOSERVS, in dem Teutschen Staats-Recht, *Parte III. L. II. cap.* 38. *pag.* 463. *m. sq.* & *Parte VIII. L. II. cap.* 156. §. 20. *pag.* 311. *m. sq.*

307) Quod demum introductum fuit *notissimo* illo & laudatissimo CORPORIS EVANGELICORVM *concluso, die XXIII. Septembris* 1699. exarato, quo inter alia & complura quidem ejus capita, undecim, decimum octavum Februarii diem, secundum vetus calendarium proxime subsequentes dies, proximo anno 1700. omittere sicque tum festum Divi Matthiæ jam decimo octavo Februarii die celebrare jusserunt Evangelici. Quorum *undecim dierum, calendario subtractarum, jus* atque discrimen, *singulari* quidem *disputatione, Halæ, anno* 1700. edita, prosecutus fuit JAC. BRVNNEMANNVS, verum nihil prorsus, quod nostris inservire potuisset usibus, adtulit.

308)

308) Adfirmativæ quæstionis hujusce responsioni perquam favet, quod *dies civilis*, 24. horis constans (qui, licet *naturali*, non nisi 12. horarum, diei opponatur, ipse tamen, intuitu *artificialis*, alio nempe sensu, *naturalis* appellari solet) *diei* vocabulo simpliciter prolato, semper intelligatur atque in dubio intellectus præsumatur. Id quod, naturali prorsus ratione, non solum H. GROTIVS, *de jure belli ac pacis, L. II. cap.* 16. §. 5. induciarum exemplo firmat, verum etiam legum civilium argumento, communis Jureconsultorum schola probat. Vid. JAC. CVIACIVS, *L. XV. opsc.* 32. ALBERICVS GENTILIS, *de diversis temporum appellationibus, cap. V. in fine* JO. FRANC. RIPA, *de tempore nocturno, cap. III. num.* 17. JO. GŒDDÆVS, *ad L.* 2. §. 1. *de V. S. num.* 12. 20. 25. 27. W. AD. LAVTERBACHIVS, *in disp. de varietate temporum, Art. IV.* §. 2. *pag.* 24. Cur vero in hoc saltem argumento *restitutionis*, adeo favorabili, restrictiva utamur interpretatione, non adparet. Præsertim cum regulariter possessio semel & quidem interdiu corpore adprehensa, noctu etiam absque dubio, solo etiam animo continuetur, sicque is, qui vel *ultima* anni 1623 *nocte* adhuc possedit, *die* quoque nostro *decretorio*, prima Januarii 1624. adhuc possedisse, majori jure censeatur quam ille, qui possessionem *ea* demum *nocte* adprehendit, quæ *secundum Januarii diem* proxime antecessit. Cæterum, non admodum utilem vel necessariam arbitramur quæstionem hanc, quum dictis præcise noctibus, circa possessionem bonorum ecclesiasticorum immediatorum, nullibi forsan litigatum fuerit.

309) Admodum pauca sunt, quæ hujus quæstionis *responsioni* inservire poterunt. In ipsis quidem pacisentium congressibus, causam atque controversiam istam *kalendariam*, plane non tractatam, sed potius ad proxima saltem comitia, inque his deinceps, anno 1654. rursus, instar pilæ, ad quævis alia proxima rejectam fuisse, præter *novissimi Recessus Imperii* §. 158. auctores sunt MOSERVS, *all. loco, L. II. cap.* 38. §. 29. *Parte III. pag.* 481. & BRVNNEMANNVS, *all.* itidem *loco, cap. I.* §. 13. *pag.* 18. Quam ob rem in *actis* pacis nostræ *publicis*, vid. *Tomus I. pag.* 821. *Tomus II. pag* 529. 583. *Tomus III. pag.* 105. 285. 335. *& Tomus V. pag.* 481. 491. 498. nihil fere huc pertinens reperire licet, nisi quod *Legatus* SAXO VINARIENSIS, *die* 26. *Jan.* 1646. monuerit, daß das *datum* sowohl nach dem neuen als alten Calender in denen Aufsätzen möge gesetzet werden. *Tomo II. pag.* 281. Recte vero nihilominus in *præfatione indicis actorum pacis* Westphalicæ *universalis*, WALTHERIANI, *pag. II.* B. JO. GODOFR. de MEIERN observavit: Was die Zeit Ordnung betrifft, so ist bey denen auf dem congress vorgefallenen Handlungen, durchgängig der alte stylus beybehalten, und die vorkommende data des neuen styli sind nach dem alten mit Fleiß ausgerechnet worden. Ipsum quidem *Pacis Westphalicæ* INSTRVMENTVM OSNABRVGENSE, utroque, *& prisco, & novo*, sequentem in modum

Acta sunt hæc Osnabrugis Westphalorum, Die { decima / vigesima } quarta Mensis Octobris, Anno Christi Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo.

subscriptum fuit, *stylo*. Apud B. de MEIERN, *Tomo VII. pag. L.* Vt proinde oppido erraverit GOD. FERD. de BVCKISCH, *ad Art. V. §. 2. obs. X. pag.* 140. *Instrumenta pacis, Cæsareo-Suecicum & Gallicum*, secundum *calendarium novum confecta* fuisse scribens Licet de cætero sententia ejus, quod *dies I. Ianuarii, secundum calendarium novum a Catholicis subintellectum*, computandus sit, neque adeo improbabilis, neque Evangelicis adeo damnosa sit. Hoc enim modo decendium istud decrescit anno 1624. & adcrescit anno 1623. belli initio propiori. Nobis autem, quod *veteri formula* pronunciamus, NONDVM LIQVET.

310) Quorum multifariam, hodieque vix amplius enumerabilem, injuriam, acerbe pariter atque facunde questus est B. GOTTL. SAM TRBVERVS, *in disquisitione optimæ legitimæque rationis componendi dissidia circa statum religionis in Germanico Imperio excitata*, publica oratione *in Academia Iulia* (hodie Iulia Carolina) *d. XXVI. Nov. anni* 1723. exposita, postea vero e legibus Imperii actisque fusius illustrata, iterumque edita *anno* 1730. *pag.* 1. 2. *sq.* Non enim, nisi perbreves & succinctæ potiorum saltem gravaminum recensiones sunt, quas tum BVRC. GOTTH. STRVVIVS, in der ausführlichen Historie der Religions-Beschwerden, tum & CHRIST. GODOFR. HOFFMANNVS, in der gründlichen Vorstellung der Religions-Beschwerden, *Lipsi. anno.* 1722. dederunt. Multo namque major est, quæ, titulo *Corporis Actorum & Gravaminum Religionis* im Heil. Röm. Reich insignita, STRVVIIque *præfatione de simultaneo* exornata, passimque adaucta, *Francofurti ad Mœnum anno* 1724. *III. Voluminibus* maximæ formæ, prodire cœpit. Eorum, quæ inde demum a *pace Badensi* prodire cœperunt, satis longus & amplus index legitur in ANT. FABRI Europ. Staats-Canzley *Tomo XXXIX. pag.* 491. *Tomo XLI. pag.* 492 & in *Tomo XLII. pag.* 427. Conf. IO. IAC. MOSERI *disp. de gravaminibus religionis provisorie ad statum pacis Badensis reducendis, Francof. anno* 1737. edita, *in Opuscc. Academ. pag.* 36. *sq.* Novissima vero & quotidie emergentia, tum in novissimis & quotannis prodeuntibus *cancellariæ* istius partibus, tum & in *Selectis juris publici novissimis*, contineri atque recenseri, quis est, qui ignoret? Cæterum vero idem, qui hodie utriusque hujus collectionis auctor est IO CAR. KOENIG, celebris *Marburgensium* sive mox *Hallensium* Antecessor, *in adpendice disquisitionis de modo & jure intercedendi Corporis Evangelicorum, Marb. anno* 1746. edita, *num. III. pag.* 73. *sq.* conspectum literarum interessionalium Corporis Evangelicorum, inde ab anno 1653. usque ad annum 1745. tam in causis religio-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0376
DFG

ligionis, quam politicis, exaratarum, multa cura atque diligentia conscriptum exhibuit, GRAVAMINVM RELIGIONIS *noviſſimæ hiſtoriæ* apprime inſervientem.

311) Cujus *hiſtoriam & antiquitates*, tam *Græcas*, quam *Romanas*, e ſcriptoribus, nummis, inſcriptionibus, omnibusque reliquis vetuſtatis monumentis, non ſine diligentia, *in ſæcularem pacis Weſtphalicæ memoriam* deſcripſit ſpemque majoris de *ſimulacro temploque pacis* operis haud injucundam fecit *clariſſimus* IO. FRID. FISCHERVS, in *commentatione de ara pacis, Lipſ. anno* 1748. propugnata.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697302149/phys_0378
DFG

Adfirmativæ quæſtionis hujuſce reſponſioni perquam favet, quòd *dies vilis*, 24. horis conſtans (qui, licet *naturali*, non niſi 12. horarum, ei opponatur, ipſe tamen, intuitu *artificialis*, alio nempe ſenſu, *natu-lis* appellari ſolet) *diei* vocabulo ſimpliciter prolato, ſemper intelliga-r atque in dubio intellectus præſumatur. Id quod, naturali prorſus tione, non ſolum H. GROTIVS, *de jure belli ac pacis, L. II. cap.* 16. 5. induciarum exemplo firmat, verum etiam legum civilium argumen-, communis Jureconſultorum ſchola probat. Vid. JAC. CVIACIVS, *L. V. opſ* 32. ALBERICVS GENTILIS, *de diverſis temporum appellationi-us, cap. V. in fine* JO. FRANC. RIPA, *de tempore nocturno, cap. III. um.* 17. JO. GŒDDÆVS, *ad L.* 2. §. 1. *de V. S. num.* 12. 20. 25. 27. . AD. LAVTERBACHIVS, *in diſp. de varietate temporum, Art. IV.* §. 2. g. 24. Cur vero in hoc ſaltem argumento *reſtitutionis*, adeo favora-li, reſtrictiva utamur interpretatione, non adparet. Præſertim cum re-lariter poſſeſſio ſemel & quidem interdiu corpore adprehenſa, noctu iam absque dubio, ſolo etiam animo continuetur, ſicque is, qui vel *ltima* anni 1623 *nocte* adhuc poſſedit, *die* quoque noſtro *decretorio*, ima Januarii 1624. adhuc poſſediſſe, majori jure cenſeatur quam ille, i poſſeſſionem *ea* demum *nocte* adprehendit, quæ *ſecundum Januarii iem* proxime anteceſſit. Cæterum, non admodum utilem vel neceſſari-n arbitramur quæſtionem hanc, quum dictis præciſe noctibus, circa poſ-ſſionem bonorum eccleſiaſticorum immediatorum, nullibi forſan litiga-m fuerit.

Admodum pauca ſunt, quæ hujus quæſtionis *reſponſioni* inſervire pote-nt. In ipſis quidem paciſcentium congreſſibus, cauſam atque contro-erſiam iſtam *kalendariam*, plane non tractatam, ſed potius ad proxima ltem comitia, inque his deinceps, anno 1654. rurſus, inſtar pilæ, ad nævis alia proxima rejectam fuiſſe, præter *noviſſimi Receſſus Imperii* §. 58. auctores ſunt MOSERVS, *all. loco, L. II. cap.* 38. §. 29. *Parte III.* ag. 481. & BRVNNEMANNVS, *all.* itidem *loco, cap. I.* §. 13. *pag.* 18. uam ob rem in *actis* pacis noſtræ *publicis*, vid. *Tomus I. pag.* 821. *omus II. pag* 529. 583. *Tomus III. pag.* 105. 285. 335. *& Tomus V. pag.* 481. 491. 498. nihil fere huc pertinens reperire licet, niſi quod *Legatus* SAXO VINARIENSIS, *die* 26. *Jan.* 1646. monuerit, daß das *da-um* ſowohl nach dem neuen als alten Calender in denen Aufſätzen möge eſetzet werden. *Tomo II. pag.* 291. Recte vero nihilominus in *præfatio-e indicis actorum pacis* Weſtphalicæ *univerſalis*, WALTHERIANI, *pag. II.* JO. GODOFR. de MEIERN obſervavit: Was die Zeit Ordnung betrifft, ſo t bey denen auf dem congreſs vorgefallenen Handlungen, durchgängig der lte ſtylus beybehalten, und die vorkommende data des neuen ſtyli ſind ach dem alten mit Fleiß ausgerechnet worden. Ipſum quidem *Pacis Weſtphalicæ* INSTRVMENTVM OSNABRVGENSE, utroque, & *priſco*, & *novo*, ſe-uentem in modum